Titilius quarta decades

I

Lucii [illegible] Dolat

ME QVOQVE IVVAT velut ipse in parte laboris ac
periculi fuerim ad finem belli punici pervenisse. Nam et si pro-
fiteri ausim perscripturum res omnes romanas in partibus singulis
tanti operis fatigari minime conveniat, tamen cum in mentem
venit tres et sexaginta annos, tot enim sunt a primo punico ad
secundum bellum finitum, eque multa volumina occupasse michi quam
occupaverunt quadringenti septuaginta octo anni a condita urbe
ad Appium Claudium consulem qui primum bellum carthaginensibus intulit. Iam pro-
vido animo veluti qui proximis litoris vadis inducti mare pedibus ingrediuntur
quidquid progredior in vastiorem me solitudinem ac velud profundam in-
ve et crescere pene opus quod priora quoque persinendo minui videbatur. Pacem
punicam bellum macedonicum excepit, haud quaquam comparandum aut virtute ducis aut
militum robore, claritate regum antiquorum, vetustate quoque fama gentis et magnitudine
imperii quo multam quondam Europe, maiorem partem Asie obtinuerat armis prope
nobilius. Ceterum ceptum bellum adversus Philippum decem ferme ante annis triennio prius
depositum erat cum Etoli et belli et pacis fuissent causa. Vacuos deinde pace iam punica
romanos, et infensos Philippo tum ob infidam adversus Etolos aliosque regionis eiusdem
pacem, tum ob auxilia cum pecunia nuper in Affricam missa Hannibali Penisque, preces
atheniensium quos agro pervastato in urbem compulerat excitaverunt ad renovandum
bellum. Sub idem fere tempus et Attalo rege et Rhodiis legati venerunt nunciantes
Asie quoque civitates sollicitari. His legationibus responsum est curae Asyana rem
senatui fore. Consultatio de macedonico bello integra ad consules qui tunc in pro-
vinciis erant reiecta est. Interim ad Ptholomeum Egipti regem legati tres missi
C. Claudius Nero, M. Emilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus, ut eciam nun-
ciarent victum Hannibalem Penosque, et gracias agerent regi quod in rebus dubiis cum
finitimi eciam socii romanos desererent in fide mansisset, et peterent ut si coacti iniuriis
bellum adversus Philippum suscepissent, pristinum animum erga populum romanum conservaret.
Eodem tempore fere P. Elius consul in Gallia cum audisset a Boiis ante suum adventum
incursiones in agros sociorum factas, duabus legionibus subitariis tumultus eius causa
scriptis additisque ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo C. Appium prefectum sociorum
hac tumultuaria manu per Umbriam, qua tribum Sabiniam vocant, agrum Boiorum
invadere iussit. Ipse eodem aperto itinere per montes duxit. Appius ingressus hostium
fines primo populationes satis prospere ac tute fecit. Delecto deinde ad castrum
milituum satis idoneo loco ad demetenda frumenta, iam enim mature erant segetes, pro-
fectus neque explorato circa nec stationibus satis firmis que armate inermes atque
operi intentos tutarentur positis, improviso impetu gallorum cum frumentatoribus est
circumventus. Inde pavor fugaque eciam armatos cepit. Ad septem milia hominum palata per
segetes sunt   cesa. Inter quos ipse C. Appius prefectus. Ceteri in castra metu com-
pulsi, inde sine certo duce consensu militari proxima nocte relicta magna parte rerum suarum
ad consulem per saltus prope invios convenere. Qui nisi quod populatus est Boiorum
fines et cum Ingaunis liguribus fedus icit, nichil quod esset memorabile aliud

in provincia cum gessisset / romam redijt Cu primu senatu habuit vniuersi postulatibus
ne qua prius rem · qua de philippo socior que querelis ageret relatu ex templo est
Decreuit que frequens senatus vt p. Elius consul quem videretur ei cum imperio
mitteret / qui classe accepta / qua ex Cecilia C. Octauius reduceret in macedoniam
traijceret M Valerius leuinus proconsul missus circa Vibonem due de quadraginta
nauibus a Consule octauo acceptis in macedoniam transmisit / Ad quem cum M
Aurelius legatus venisset edocuisset que eum / quantos exercitus quantu nauium
numerum comparasset rex / et quemadmodu circa omnes non continentes modo Vrbes / sed etiam
insulas partim ipse adeundo / parti per legatos conciret homines ad arma maiore
conatu romanis ad capessendu bellu esse ne cunctantibus hijs auderet philippus
quod pirrus prius ausus ex aliquanto maiore regno esset / Hec eadem scribere Au-
relio Consulibus et senatui placuit / Exitu huius anni cum de agris veteru militu
relatu esset qui ductu atque auspicio p. C. Sapionis in affrica bellu perfecissent
Decreuerunt vt M. Iunius pretor vrbis si ei videretur decem viros agro sammnii
quod eius publicu po. ro. esset metiendo diuidendo que crearet Sed creati P.
C. Seruilius M Cecilius metellus C. et M. Seruilius geminus ambobus co-
gnomen erat l. et A. Hostilius Cathones P. C. Iulius titus Apuleius M. ful
uius flaccus p. C. Elius petus Quinctius flaminius / per eos dies p. C. Elio
consulum comicia habente creati consules P Sulpicius · Galba · C · Aurelius
Cotta pretores ex inde facti Q. minucius ruffus libius furius pinpurio. Q.
fuluius Gilo · C · Sergius plautus / ludi romani scenici · eo anno magnifice
apparate que facti · ab edilibus curulibus · l Valerio flacco et T. Quinctio flami
nio · biduu instauratu est frumenti que vim ingentem quod ex affrica p. C.
Sapio miserat quaternis eris populo cum summa fide et gratia diuiserunt Et
plebei ludi ter toti instaurati ab edilibus plebis l. Apulio fulone et Q
Minucio ruffo qui ex edilitate pretor creatus erat / et Iouis epula fuit ludorum
causa Anno quingentesimo quadragesimo ab vrbe condita P. Sulpicio
Galba · C Aurelio Consulibus bellum cum rege philippo initu est · paucis mesibus
post pacem Cartaginensibus datam Omnium primu eam rem idibus marcijs
quo die cum consulatus inibatur P. Sulpicius consul retulit Senatusque
decreuit Vt hij consules maioribus hostijs rem diuinam facerent quibus dijs
ipsis videretur cum precatione ea quidem Senatus populusque · ro de rep. deque
ineundo nouo bello in animo haberent Ea res vti populo · ro · socijsque ac
nomini latino bene ac feliciter eueniret / secundu rem diuinam precationem
que vt de rep. deque prouincijs senatum consulerent Per eos dies oportune
irritandis ad bellum animis et littere a M. Aurelio legato et M Aure-
lio leuino pro pretore allate et Atemensium noua legacio venit / que Re-
gem appropinquare finibus suis nunciaret / breuique non agros modo sed vrbe
etiam in dicionem eius futura nisi quid in romanis auxilij foret
CUM pronunciassent consules rem diuinam rite perfectam esse et precationi
deos annuisse / aruspicem respondere leta que exta fuisse et prolacionem
finium victoriam que et triumphum portendi Tum littere Valerij Aurelij
que lecte et legati Athemensium auditi / senatus inde consultum factum est
/ vt socijs gracie agerentur quod dij sollicitati nec obsidionis quidem metu
fide decessissent de auxilio mittendo tum res- pondere pla

rere cum consules provincias sortiti essent. Atque is consul cui Macedonia provincia obvenisset ad populum tulisset ut Philippo regi Macedonum indiceretur bellum. P. Sulpicio consuli provincia Macedonia sorte evenit, isque rogationem promulgavit: vellet iuberet ut Philippo regi Macedonibusque qui sub regno essent ob iniurias armaque illata sociis populi romani bellum indici. Alteri consuli Aurelio Italia provincia obtigit. Praetores exinde sortiti sunt: C. Sergius Plautus urbanam, Q. Fulvius Gillo Siciliam, Q. Minucius Rufus Bruttios, L. Furius Purpurio Galliam. Rogatio de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus fere centuriis antiquata est. Id fessi diuturnitate et gravitate belli sua sponte homines taedio laborum periculorumque fecerant. Tum quia Q. Baebius tribunus pl. viam antiquam criminandi patres ingressus incusaverat bella ex bellis seri, ne pace umquam plebs frui posset. Aegre eam rem passi patres, laceratusque probris in senatu tribunus pl., et consulem pro se quisque hortari ut de integro comitia rogationi ferendae ediceret, castigaretque segnitiem populi atque doceret quanto damno dedecorique dilatio ea belli futura esset.

Consul in campo Martio comitiis priusquam centurias in suffragium mitteret contione advocata: Ignorare inquit videmini mihi Quirites non utrum bellum an pacem habeatis vos consuli, neque enim liberum id vobis permittet Philippus qui terra marique ingens bellum molitur, sed utrum in Macedoniam legiones transportetis an hostem in Italiam accipiatis. Hoc quantum intersit si umquam ante alias proximo Punico certe bello experti estis. Quis enim dubitat quin si Saguntinis obsessis fidemque nostram implorantibus impigre tulissemus opem, sicut patres nostri Mamertinis tulerant, totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus. Ne illud quidem dubium est quin hunc ipsum Philippum pactum iam per legatos litterasque cum Hannibale ut in Italiam traiceret, misso cum classe Laevino qui ultro ei bellum inferret, in Macedonia continuerimus. Et quod tunc fecimus cum hostem Hannibalem, devictis Carthaginiensibus cunctamur facere. Patiamur in expugnandis Athenis sicut in Sagunto expugnando Hannibalem passi sumus segnitiem nostram experiri regem. Non in quinto mense quemadmodum a Sagunto Hannibal, sed quinto die quam a Corintho solverit in Italiam perveniet. Ne aequaveritis Hannibali Philippum, ne Carthaginiensibus Macedonas, Pyrrho certe aequabitis. Dico quantum vel vir viro vel gens genti praestat. Minima accessio semper Epirus regno Macedoniae fuit et hodie est. Peloponnesum totam in dicione habet Philippus, Argosque ipsos non vetere fama magis quam morte Pyrrhi nobilitatos. Nostra nunc compara: quanto magis florentem Italiam, quanto magis integras res, salvis ducibus, salvis tot exercitibus quos Punicum postea bellum absumpsit, aggressus Pyrrhus tamen concussit et victor prope ad ipsam urbem romanam venit. Nec Tarentini modo oraque illa Italiae quam maiorem Graeciam vocant, ut linguam ut nomen secutos crederes, sed Lucanus et Bruttius et Samnis a nobis defecerunt. Haec vos si Philippus in Italiam transmiserit quietura aut mansura in fide creditis? Manserunt enim Punico postea bello. Numquam isti populi, nisi cum deerit ad quem desciscant, a nobis non deficient. Si piguisset vos in Africam traicere, hodie in Italia Hannibalem et Carthaginienses hostes haberetis. Macedonia potius quam Italia bellum habeat; hostium urbes agrique ferro atque igni vastentur. Experti iam sumus foris nobis quam domi feliciora potentioraque arma esse. Ite in suffragium bene iuvantibus diis, et quae patres censuerunt vos iubete. Huius vobis sententiae

Oratio consulis

adversari

Graecia maior

ne non consul modo autor est sed etiam dii immortales qui michi sacrificanti pre-
cantique ut hoc bellum michi senatuique vobisque et sociis ac nomini latino classibus ex-
ercitibusque nostris bene ac feliciter eveniret / leta omnia prosperaque portendere

Ab hac oratione in suffragium missi uti rogaret bellum iusserunt / Supplica-
tio inde a consulibus in triduum ex senatus consulto indicta est / obsecratique circa om-
nia pulvinaria dii / quod bellum cum philippo populus iussisset id bene ac feliciter eveniret
Consultique fetiales a consule sulpicio bellum quod indiceretur regi philippo utrum ip-
si utique nuntiari iuberent An satis esset in finibus regni quod proximum regium esset
/ eo nuntiari / fetiales decreverunt / utrum eorum fecisset recte facturum / Consuli a
patribus permissum ut quem videretur ex hiis qui extra senatum essent lega-
tum mitteret ad bellum indicendum / Tum de exercitibus consulum pretorumque actum / Con-
sules binas legiones scribere iussi veteres dimittere exercitus / Sulpicio cui
novum ac magni nominis bellum decretum erat / ut de exercitu quem P. Scipio ex affri-
ca deportasset voluntarios quos posset duceret / Invitum ne quem militem vete-
rem ducendi ius esset / Pretoribus lucio furio purpurioni et Q. minucio
furio quina milia sociorum latini nominis consul daret / quibus presidiis al-
ter galliam alter brutios provinciam obtinerent / Q. fulvius Gilo iussus
sub ex eo exercitu quem P. Elius consul habuisset ut quisque minime multa sti-
pendia haberet legere donec et ipse quinque milia sociorum / ac nominis latini ef-
fecisset / M. Aurelio Coctoni qui pretor priore anno Campaniam provinciam ha-
buerat / prorogatum in annum imperium est / uti pro populo romano in Sardiniam
traiceret / quoque de exercitu qui ibi esset quinque milia sociorum latini nominis qui
eorum minima stipendia haberet legeret / et consules duas legiones urbanas scri-
bere iussi / que si quo res posceret / multis in ytalia contactis gentibus punici
belli societate iraque inde tumentibus mitterentur / Sex legionibus romanis eo an-
no usura res erat / **In ipso** apparatu belli legati a ph. ptholomeo rege ve-
nerunt qui nuntiarent athenienses adversus philippum petisse a rege auxilium
Ceterum etsi communes socii sint tamen nisi ex Auctoritate populi romani neque classem
neque exercitum defendendi aut oppugnandi cuiusque causa regem in greciam missurum
esse vel quieturum eo in regno si populi romani socios defendere liceret vel romanos
quiescere / si malint passurum atque ipsis auxilia quibus facile adversus philippum tu-
eri athenas possent missurum / Gratie regi a Senatu / sed belli opus sit indi-
caturos regi regnique eius opes scire subsidia firma et fidelia sue reipublice esse
Munera deinde legatis in singulos quina milia quinquaginta eris ex senatus
consulto missa / **Cum** dilectum consules haberent pararentque que ad bellum
opus essent / civitas religiosa in principiis maxime novorum bellorum supplicationibus
habitis iam et obsecratione circa omnia pulvinaria facta ne quid preter-
mitteretur quod aliquando factum esset / ludos Iovi donumque vovere consulem
cui provincia macedonia evenisset iussit / Moram voto publico licinius ponti-
fex maximus attulit / qui negavit ex incerta pecunia vovere debere / si ea pe-
cunia non posset in bellum usui esse reponique statim deberet nec cum alia pecunia
misceri quod nisi factum esset votum rite solvi non posse / Quamquam et res et auc-
tor movebat tamen ad pontificum collegium referre consul iussus si posset recte
votum incerte pecunie suscipi posse / rectius quoque esse etiam pontifices decreve-
runt Vovit in eadem verba consul preeunte maximo pontifice / quibus ante

latini

quas

acte responsumque tutari socios populi Romani in animo esse si quam rem ad

quinquennalia vota suscipi solita erant / preterquam quod tantam pecuniam quanta tum in
quinquennalia vota [ut] solverentur senatus censuisset ludos donaque facturum vovit
consul ante ludi magni certa pecunia voti erant / hii primum de incerta / Om
nium animis in bellum macedonicum versis repente nihil minus eo tempore ti
mentibus gallici tumultus fama exorta / insubres Cenomanique et Boii excitis
Celinibus Ilvatibusque et ceteris ligustinis populis / Amilcare peno duce qui i(n)
hiis locis de hasdrubalis exercitu substiterat / placentiam invaserant / et direpta
urbe ac per iram magna in parte incensa vix duobus milibus hominum inter incen
dia ruinasque relictis / traiecto pado ad cremonam diripiendam pergunt vicine
urbis audita clade / spatium colonis dedit ad claudendas portas presidiaque per
muros disponenda ut obsiderentur tamen prius quam expugnarentur / nuntiosque mit
terent ad po. ro. / Lucius furius purpureo tunc provincie preerat / cetero ex sena
tusconsulto exercitu dimisso / preter quinque milia sociorum / Ac nominis latini cum hiis co
piis in proxima regione provincie circa Ariminum substiterat / Iste senatui scripsit
quo in tumultu provincia esset / duarum coloniarum que ingentem illam tempestatem belli
punici subterfugissent / Alteram captam ab hostibus ac direptam / alteram oppugnari
nec in exercitu suo satis presidii colonis laborantibus fore / nisi quinque milia socior(um)
quod quadraginta milibus hostium tot enim in armis esse trucidanda obiiceret ob
icere velit / et tanta sua clade iam inflatos excidio colonie romane augeri hosti
um animos / Hiis litteris recitatis decreverunt ut C. Aurelius consul exercitum
cui in Hetruriam ad conveniendum diem edixerat / Arimini eadem die adesse
iuberet / Aut ipse si per commodum rei p. posset ad opprimendum gallicum tumul
tum proficisceretur / Aut Q. Minucio pretori scriberet / ut cum ad eum legiones
ex Hetruria venissent missis inde quinque milibus sociorum qui interim He
trurie presidio essent / proficisceretur ipse ad coloniam liberandam obsidione Le
gatos inde mittendos in affricam censuerunt / eosdem Carthaginem ut nuntiarent
rent civem Amilcarem relictum in gallia haud satis scire ex Hasdrubalis
prius An ex magonis postea exercitu / bella contra fedus facere / exercitus gallo
rum ligurumque excivisse ad arma contra populum ro. / eum si pax placeret revo
candum illis et dedendum po. ro. esse / Simul nuntiare iussi perfugas sibi non
omnes esse / ac magnam partem eorum palam carthagini obversari dici / quos ap
prehendi conquirique debere ut sibi ex federe restituantur / Hec ad cartha
ginenses mandata Masinisse gratulari iussi quod non patrium modo recuperas
set regnum / sed parte florentissima Syphacis finium adiecta etiam auxisset
nuntiare preterea iussi bellum cum rege philippo susceptum / quod carthaginenses
auxiliis iuvissent / iniuriasque inferendo sociis populi romani flagrante bello i(n)
ytalia coegisset classes / exercitusque in greciam mitti et distinendo copias causa
in primis fuisset / serius in affricam traiciendi / petereturque ut ad id bellum mitte
ret auxilia Numidorum equitum / dona ampla data / que mitterent regi vasa
aurea argenteaque toga purpurea et palmata tunica cum eburneo scipi
one et toga pretextaque cum curuli sella iussique polliceri si quid ei ad firmandum
augendumque regnum opus esse iudicasset / enixe id populum romanum merito eius pre
staturum / Verminae quoque Syphacis filii legati per eos dies senatum
adierunt excusantes errorem adolescentiaque et culpam omnem in fraudem Cartha
ginensium avertentes / et Massinissam romanis ex hoste amicum factum Verm

Gallicus tumultus

Vermina filius Siphacis

neam quoque ad iniuriam ne offensas in populum romanum aut a masinissa aut ab ullo alio ~~[illegible]~~ vincatur / Peterent ut rex sociusque et amicus a Senatu appellaretur.
Responsum legatis est / et Syphacem patrem eius sine causa ex socio et amico hostem populi ro. repente factum / et eum ipsum rudimentum adolescentie / bello lacessentem romanos posuisse / itaque parem illi prius petendam a populo ro. esse / quam ut rex sociusque et amicus appelletur / Nominis eius honorem / pro magnis erga se regum meritis dare / populum romanum consuesse / legatos romanos in affrica fore quibus mandaturum senatum ut vermine pacis dent leges / liberum arbitrium eius populo romano permittente / si quid ad eas addi demi mutarique vellet rursus a senatu ei postulandum fore / legati cum hijs mandatis in affricam missi. C. Terentius Varro lucretius · C. Octauianus quinqueremis singulis date / litere deinde in Senatu recitate sunt · Q. Minucij pretoris cui brutia provincia erat pecuniam locris ex proserpine thesauris nocte clam sublatam · nec ad quos pertineat facinus vestigia ulla extare / indigne passus Senatus non cessari a sacrilegijs et ne pleminium quidem tam clarum recensque noxe ac pene exemplum hominis deterrere · C. Aurelio consuli negocium datum / et ad Minucium in brucios scriberet Senatum placere questionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi quo M. pomponius pretor triennio ante habuisset / que inventa pecunia esset reponi / Si quo minus inventum foret expleri ac piacularia si sibi videretur sicut ante pontifices censuissent fieri cura expiande violationis eius templi **Prodigia** Etiam sub idem tempus pluribus locis nunciata acciderunt In lucanis celum arsisse afferebant priverni sereno per diem totum rubrum solem fuisse / lanuuini templo sospite iunonis nocte strepitum ingentem exortum / Jam animalium obscenj fetus pluribus locis nunciabantur In Sabinis incertus infans natus masculus an femina esset / Alter sedecim iam annorum item in ambiguo sexu / inventus frusione agnus cum suillo capite / Sinuesse porcus cum humano capite natus / In lucanis in agro publico equuus cum quinque pedibus feda omnia et deformia · errantisque in alienos fetus nature visa / ante omnia semimares abhominati iussique in mare extemplo deportari sicut proxime C. Claudio · M. livio Consulibus deportatus similis prodigij fetus erat nichilominus decemuiros adire libros de eo portento iusserunt / ex libris res diuinas easdem que proxime secundum prodigium facte essent imperaverunt · // Carmen preterea a ter novenis virginibus cani per urbem iusserunt / Donumque regine iunoni ferri / Ea uti fierent C. Aurelius consul ex decemvirorum responso curavit / Carmen sicut patrum memoria livius ita tum condidit / P. licinius tegula / Expiatis omnibus religionibus · nam etiam locris id sacrilegium pervestigatum a Minucio erat pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros reposita / **Cum** Consules in provincias proficisci vellent / privati frequentes quibus ex pecunia quam M. Valerio M. Claudio consulibus mutuam dederant tercia pensio debebatur eo anno adierunt Senatum / quia consules cum ad novum bellum quod magna classe magnisque exercitibus gerendum esset vix erarium sufficeret negaverunt esse unde ijs in presentia solveretur / Senatus querentes eos non sustinuit si in publicum bellum pecunia data in macedonicum quoque bellum vti rei publice vellet alijs ex alijs orientibus bellis · quid aliud quam publicatam pro beneficio tamquam ob noxam suam pecuniam fore / cum et privati equum postularent nec tamen solvendo ere alieno res publica esset quod medium inter equum et utile erat · decreverunt ut quorum magna pars agrorum vulgo venales esse diceret ut sibimet empti opus

i. decemuiros
non morem antiquorum

esse agri publici qui intra quinquagesimum lapidem esset copiam iis fieret Consules a
grum estimaturos et in iugera ~~posses~~ asses vectigales testandi causa publicum agrum
esse imposituros ut si quis cum solvere posset populus pecuniam habere quam agrum
mallet restitueret agrum populo / Leti eam condicionem privati accepere trientabulumque
is ager / quia pro tertia parte pecunie datus erat appellatus / Tum P. Sul
picius secundum vota in Capitolio nuncupata / paludatis lictoribus profectus ab urbe
brundusium venit et veteribus militibus voluntariis ex affricano exercitu in legiones de
scriptis navibusque ex classe C. Cornelii electis altera die quam a brundisio solvit in
Macedoniam traiecit et ibi ei presto fuere atheniensium legati orantes ut se ob
sidione eximeret / Missus extemplo est C. Claudius athenas Centumalus cum viginti
longis navibus et militum copiis / neque enim ipse rex athenas obsidebat / Eo maxime tem
pore Abidum oppugnabat / iam cum Rhodiis et Attalo navalibus certaminibus neutro
feliciter prelio vires expertus // sed animos ei faciebat preter ferociam insitam fe
dus iunctum cum Anthiocho Syrie rege / divisesque cum eo iam Egipti opes / cui morte
audita ptholomei regis ambo imminebant / Contraxerant autem sibi cum philippo bel
lum Athenienses haud quaquam digna causa dum ex vetere fortuna nichil preter ~~animos~~
animos servant Acharnanes duo iuvenes per initiorum dies non initiati templum
Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingressi sunt / facile eos sermo pro
didit absurde / quedam percunctantes deductique ad Antistites templi cum palam
esset per errorem ingressos / tamquam ob infandum scelus interfecti sunt / Id tam fede hos
tiliter gens acharnanum factum ad philippum detulit / Impetravitque ab eo ut datis Mac
edonum auxiliis bellum se inferre atheniensibus pateretur / Hic exercitus primo terram
atticam ferro ignique depopulatus / cum omnis generis preda in Acharnaniam redit et
irritatio animorum prima fuit / postea iustum bellum decretis civitatum ultro indicendo
factum / Attalus enim rex Rhodiique persecuti cedentem in Macedoniam philippum
cum Eginam venissent / rex pyreum renovande firmandeque cum Atheniensibus soci
etatis causa traiecit / Civitas omnis obviam effusa cum coniugibus ac liberis sacer
dotes cum insignibus suis intrantem urbem / ac dii prope ipsi exciti sedibus suis exce
perunt / In concionem extemplo vocatus / ut rex que vellet coram ageret / Deinde
ex dignitate magis visum scribere eum de quibus videretur quam presentem Aut referendis
suis in civitatem beneficiis erubescere / Aut significationibus Acclamationibusque multi
tudinis assentatione immodica pudorem onerant // In litteris autem que misse in
concionem recitateque sunt / commemoratio erat beneficiorum primum in civitatem suorum
deinde rerum quas adversus philippum gessit / Ad postremum adhortatio capessendi
bellum dum se dum rodios / tum quidem dum etiam romanos haberent ne quicquam postea si
tum cessassent ~~dum se dum rodios tum~~ quidem pretermissam occasionem quesituros //
Rhodii deinde legati auditi sunt / quorum recens erat beneficium quod naves longas
tres atheniensium captas nuper a Macedonibus recuperatasque remiserant / Itaque inge
nti consensu bellum adversus philippum decretum Honores regi primum Attalo immodici
deinde et Rhodiis habiti tum primum mentio illata de tribu / quam attalida appella
rent ad decem veteres tribus addenda / Et Rhodiorum populus corona aurea virtutis
gratia donatus / civitasque rhodiis data quemadmodum rodii prius atheniensibus
dederant / Secundum hec rex attalus Eginam ad classem se recepit / Rhodii Sciam
ab Egina inde per insulas rodum navigarunt omnibus / preter andrum parumque
et [illegible] que presidiis macedonum tenebantur in societatem Acceptis / Attalum Eg

causa belli philippi contra Athenienses

decem tribus Atheniensium

me missum missi in Etoliam unum expertatque inde legati Alexandriam nihil agen-
tem tenuere et neque illos excire ad arma potuit gaudentes utrisque composita cum
Philippo pace / Rhodiisque cum ea institissent / Philippo fregiu libertate per se titulum
Graeciae habere potuissent patiendo rursus eum in Hellespontum traijcere occupantemque
Graeciae opportuna loca vires colligere bella alere / gloriamque eius gesti perfectique
romanus concessserunt PHILIPPUS magis regio animo est usus / qui cum
Attalum Rhodiosque hostes non sustinuisset / ne romano quidem quod imminebat ter-
ritus bello / Philocle quodam ex prefectis suis cum duobus milibus peditum equitibus
ducentum ad populandos Atheniensium agros misso / classe tradita Heraclidi ut
Maroneam peteret / ipse terra eodem cum expeditis duobus milibus peditum equiti-
bus ducentis pergit et Maroneam quidem primo impetu expugnavit / Enum in-
de cum magno labore postremo per proditionem Ganimedis prefecti Ptholomei
cepit / Deinde alia castella / et Doriscon et Serream occupat / inde profectus
ad Chersonessum Elenunta et Alepeconessum tradentibus ipsis recepit / Galipolis
et Madytos dedita et castella quedam ignobilia / Abideni ne legatis quidem
admissis regi portas clauserunt / Ea oppugnatio diu Philippum tenuit / Eripique ab
obsidione ni cessatum ab Atthalo et Rhodiis foret potuerunt / Attalus trecentos tan-
tum milites in presidium Rhodii quadriremem unam ex classe cum ad Tenedo staret
miserunt / Eodem postea cum iam vix sustinerent obsidionem / et ipse Attalus quom
traiecisset / spem tantum auxilii ex propinquo ostendit / neque terra neque mari ad-
iutis sociis Abideni primo tormentis per muros dispositis non terra modo adeun-
tibus aditum arcebant sed navium quoque statione infestum hosti faciebant / postea
quom et muri pars strata ruinis et ad interiorem raptim oppositum murum cunicu-
lis iam pervenientum esset / legatos ad regem de condicionibus tradende urbis miserunt
Paciscebantur autem ut Rhodiam quadriremem cum sociis navalibus Attalique presi-
dium emitti liceret / atque ipsis urbem excedere cum singulis vestimentis / Quibus cum
Philippus nichil pacati nisi omnia permittentibus respondisset / Adeo renunciata hec
legatio ab indignatione simul ac desperatione iram accendit ut ad Saguntinam
rabiem conversi matronas omnes in templo Diane ingenuos infantesque et virgines cum
suis nutricibus in gimnasium includi iuberent Aurum et Argentum in forum deferri ves-
tem preciosam in navem Rhodiam / Cyzicenamque que in portu erant conijci sacer-
dotes victimasque adduci et altaria in medio poni / ibi delecti primum qui ubi cesam
aciem suorum pro diruto muro pugnantem vidissent extemplo coniuges liberosque
interficerent Aurum Argentum vestemque que in navibus essent in mare deicerent
~~tectis plurimisque privatis publicisque locis~~ Tectis publicis privatisque quam plurimis
locis possent / ignes subicerent et se facinus perpetraturos precuntibus et execrabi-
le carmen sacerdotibus iureiurando adacti / Tum militaris etas iurare ne-
minem vivum nisi victorem acie excessurum / Hi memores deorum adeo pertinaciter
pugnaverunt ut cum nox prelium diremptura esset rex prior territus rabie eorum pug-
na l. abstiterit / Principes quibus atrocior pars facinoris delegata esset cum
paucos et confectos vulneribus ac lassitudine superesse prelio cernerent luce
prima sacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt / ANTE de-
ditionem ex hijs legatis romanis qui Alexandriam missi erant M. Emilius trium
consensu minimus natu / audita obsidione Abidenorum ad Philippum venit qui
questus / Attalo Rhodiisque arma illata / et quod tum maxime Abidum oppugnaret

1 Cipsella

/cum rex ab Attalo et Rhodijs ultro bello se lacessitum diceret Num abidenj quoque
inquit ultro tibi intulerunt arma / Insueto vera audire ferocior oratio visa est
quam que habenda apud regem esset · Etas inquit et forma et super omnia roma
norum nomen te ferociorem facit / Ego autem primum velim vos federum memo
res servare mecum pacem / si bello lacessitis / michi quoque est animo facere et
regnum et macedonum nomen haud minus quam romanum nobile / bello sentietur Ita
dimisso legato philippus Auro Argentoque que coacervata erant accepto homi
num predam omnem amisit / Tanta enim rabies multitudinem invasit / ut repente pro
ditos rati qui pugnantes morte occubuissent periuriumque alius alij exprobrantes
et sacerdotibus maxime / qui quos ad mortem devovissent. eorum vivorum deditio
nem hosti fecissent repente omnes ad cedem coniugum liberorumque discurrerent / seque
per omnes vias leti interficerent / Obstupefactus eo furore rex suppressit impetum
militum et triduum se ad moriendum Abidenis dare dixit / pro quo spacio
plura facinora in se victi ediderunt · quam infesti edidissent victores / Nec nisi quem
vincula Aut alia necessitas mori prohibuit quisquam vivus in potestatem venit / Phi
lippus imposito Abide presidio in regnum rediit / Cum velut Sagunti excidium
Hanibali / sic philippo Abidenorum clades ad romanum bellum animos fecisset /
Nuncij occurrerunt Consulem iam in Epiro esse et Apolloniam terrestres copias
navales Corciram in hiberna deduxisse / Inter hec legati qui in affricam missi erant
de Amilcare gallici exercitus duce / responsum est a carthaginensibus nichil ultra
se facere posse / quam ut exilio eum multarent / bonaque eius publicarent / perfugas et fugi
tivos quos investigare potuerunt reddiderunt / Et de ea re missuros legatos
romam qui senatui satisfacerent / ducenta milia modium tritici Romam du
centa ad exercitum in Macedoniam miserunt / Inde in Numidiam ad regem profec
ti legati Dona data mandataque edita / Equites ducenti Numide cum da
ret / accepti / Ipse in naves ponendos curavit / Et cum ducentis milibus modium
tritici ducentis ordei in Macedoniam misit / Tertia legatio ad Verminam
erat Is ad primos fines regni legatis obviam progressus ut scriberent ipsi
quas vellent pacis condiciones permisit / omnem pacem / iustam bonamque fore
sibi cum populo romano / Date leges pacis iussusque ad eam confirmandam mit
tere romam

PER idem tempus · L · Cornelius lentulus proconsul ex his
pania redijt qui cum senatui res a se per multos annos fortiter feliciterque
gestas exposuisset · postulassetque · ut triumphanti sibi invehi urbem liceret res tri
umpho dignas esse censebat Senatus sed exemplum a maioribus non accepisse
ut qui neque dictator neque consul neque pretor gessisset res / triumpharet / procon
sulem illum hyspaniam provinciam non Consulem Aut pretorem obtinuisse
Decernebatur tamen ut ovans eo urbem iniret Intercedente · T · Sempronio
longo tribuno plebis / qui nichilominus id more maiorum Aut ullo exemplo fu
turum dicebat / postremo victus consensu patrum tribunus cessit / et ex Sena
tusconsulto lentulus ovans urbem est ingressus / Argenti tulit ex preda qua
draginta quatuor milia pondo / Auri duo milia quadringenta quinquaginta
militibus ex preda / centum viginti asses divisit / Iam exercitus consularis ab A
rethio Ariminum reductus erat Et quinque milia sociorum latini nominis ex Gallia
in Hetruriam transierant / Itaque · L · furius magnis itineribus ab Arimino ad
versus gallos Cremonam tum obsidentes profectus castra mille quingen

/ ferocior

·/ sentietis

quid actum est a legatis romanis cum cartaginensibus

Tertia legacio ad Verminam

De iure triumphandi

torum passuum intervallo ab hoste posuit / Occasio egregie rei gerende fuit / si
protinus de via ad castra oppugnanda duxisset / pallati passim vagabantur per
agros nullo satis firmo relicto presidio lassitudinem militum timuit quod raptim duc
tum agmen erat Galli clamore suorum ex agro revocati missa preda que in
manibus erat castra repetivere / et postero die in aciem progressi nec romanus
moram pugnandi fecit / sed vix spatium instruendi fuit / eo cursu hostes in pre

diviso exercitus

lium venerunt / Dextera ala quia in alas divisum socialem exercitum habebat in
prima acie locata est / in subsidiis due romane legiones / M. furius dextere ale
legionibus M. Cecilius Equitibus L. Valerius flaccus legati omnes erant pre
positi / pretor secum duos legatos C. letorium et P. Titinium habebat cum quibus cir
cumspicere et obicere et obire ad omnes hostium subitos conatus posset / pri
mo galli omni multitudine in unum locum conixi obruere atque obterere sese dex
teram alam que prima erat speraverunt posse / ubi id parum procedebat circuire
a cornibus et amplecti hostium aciem quod multitudine adversus paucos
facile videbatur conati sunt / id vidit pretor / et ut ipse dilataret aciem du

a dextera

as legiones ex subsidiis a leva que alas que in prima acie pugnabant circumdat
Edemque deo Iovi vovit si eo die hostes fudisset / L. valerio imperat ut par
te duarum legionum equites altera sociorum Equitatum in cornua hostium e
mittit ne circuire eorum aciem patiatur. simul et ipse ut extenuatam mediam
deductis cornibus aciem gallorum vidit / signa inferre confertos milites . et pro
rumpere ordines iubet / et cornua ab Equitibus et medii a pedite pulsi ac re
pente cum omni parte cede ingenti sternerentur / galli terga vertunt fugaque effu
sa repetunt castra fugientes prosecutus eques mox et legiones insecute
/ in castra impetum fecerunt minus sex milia hominum inde fugerunt effugerunt

Ingens gallorum interemptio

Cesa aut captaque sunt quinque et triginta milia cum signis militaribus sep
tuaginta Carpentis gallicis multa preda oneratis plus ducentis Hamilcar
dux penus eo prelio cecidit et tres imperatores nobiles gallorum placen tim
/ captiui ad duo milia liberorum capitum redditi colonis / Magna victoria letaque
roma fuit litteris allatis / supplicatio inde triduum decreta est / Romanorum sociorumque
ad duo milia / eo prelio ceciderunt plurimi dextere ale in qua primo impetu
vis hostium ~~[illegible]~~ ingens illata est / Quamquam per pretorem prope debella
tum erat / Consul quoque ~~[illegible]~~ C. Aurelius / perfectis que rome agenda erant
/ profectus in galliam victorem exercitum a pretore accepit / Consul alter quom
autumpno ferme exacto in provinciam venisset / circa apolloniam hybernabat a
classe que corcyre subducta erat / C. Claudius triremesque romane sicut

pireum

ante dictum est Athenis misse / cum pireum pervenisset / despondentibus iam ani
mos socijs spem ingentem attulerant / Nam et terrestris a Corintho que
per megeram incursiones in agros fieri solite erant / non fiebant et predo
num a chalcide naves / que non mare solum infestum / sed etiam omnes mari
timos agros atheniensibus fecerant / non modo sunium superare / sed ne extra
fretum Euripi committere aperto mari se audebant / Supervenerunt hijs tres
rhodie quadriremes et erant attice tres aperte naues ad tuendos maritimos
agros comparate / Hac classe si urbs agrique atheniensium defenderentur
satis in presentia existimanti Claudio esse / maioris etiam rei fortuna obla
ta est / Exules a calcide regiorum iniurijs pulsi / attulerunt / occupari chalc

eadem sine certamine ullo posse / Nam et macedonas quia nullus in propinquo
sit hostium metus vagos passim et oppidanos presidio macedonum fretos custodi
am urbis negligere / His auctoribus profectus quamquam isthmum ita adierat ut
inde provehi ad primas angustias euboee posset ne superato pro
montorio prospiceretur classem in statione usque ad noctem tenuit et tran
quillo provectus Chalcidem paulo ante lucem qua infrequentissima edificia ur
bis sunt paucis militibus turrim proximam murumque circa scalis cepit Alibi so
pitis custodibus, Alibi nullo custodiente progressi / Inde ad frequentia edificiis
loca custodibus interfectis refractaque porta ceteram multitudinem armatorum
acceperunt // Inde in totam urbem discursum aucto etiam tumultu quod circa
forum ignis tectis iniectus erat / Conflagraverunt et horrea regia et ~~arm~~
armamentarium cum ingenti apparatu machinarum tormentorumque Cedes
inde passim fugientium pariter ac repugnantium fieri cepta est / Nec ul
lo iam qui militaris etatis esset non ~~autem~~ aut ceso aut fugato / Sopatro
etiam acarnane prefecto presidii interfecto / Preda omnis primo in fo
rum ~~collecta~~ collata / Deinde in naves imposita / Carcer etiam Rhodiis re
fractus / emissique captivi quos philippus tamquam in tutissimam custodiam con
diderat / Statuis inde regis deiectis truncatisque signo receptui dato tran
scenderunt naves et pireum unde profecti erant ~~reddiderunt~~ redierunt Quod
si tantum militum romanorum fuisset ut Calcis teneri et non deseri presidium athe
narum potuisset magna res principio statim belli Calcis et Euripus adempti re
gi forent Nam ut terra thermopilarum Angustie greciam ita mari fretum Euri
pi claudit / **Demetriade** tum Philippus erat quo cum esset nunciata clades
socie urbis quamquam serum auxilium perditis erat / tamen que proxima auxilio est ul
tionem petens / cum expeditis quinque milibus peditum et trecentis equitibus exte
plo profectus / cursu prope calchidem contendit / Haud quaquam dubius op
primi romanos posse / A qua destitutus spe nec quicquam aliud quam ad defor
me spectaculum semiruti ac fumantis socie urbis / cum venisset / paucis vix qui
sepelirent bello ~~absum~~ absumptos relictis / eque raptim ac venerat trans
gressus / ponte Euripum per boetiam athenas ducit / pari incepto haud dispa
rem eventum ratus responsurum et respondisset / nisi speculator Hemero
dromos vocant greci ingens die uno cursu emetientes spacium / contemplatus
regium agmen e specula / quadam pregressus / nocte media athenas perve
nisset / idem ibi sompnus eademque licentia erat / que Chalcidem paucos ante
dies perdiderat / Excitati nuncio trepido et pretor Atheniensium et Dyo
sippus prefectus cohortis / mercede militantium auxiliorum convocatis in forum mili
tibus tuba signum ex arce dari iubent / ut hostes adesse tumultus omnes
scirent Ita undique ad portas ad muros discurrunt / paucas post horas phi
lippus aliquanto tamen ante lucem appropinquans urbi conspectis luminibus
crebris et fremitu hominum trepidantium et in talibus tumultu exaudito sustinuit
signo / et considere ac conquiescere agmen iussit / vi aperta propalam usurus
quando parum dolus profecerat / ab dypolo accessit / Porta ea velut in ore ur
bis posita maior aliquanto patentiorque quam cetera est et intra eam extraque
late vie sunt / ut et oppidani dirigere Aciem a foro ad portam possent et ex
tra mille passus in achademie gimnasium ferens pediti equitique hostium libe

Capcio et direpcio Calcidis

porta dipilos

cum spatium preberet. Eo limite athenienses cum attali presidio et cohorte dioxippi acie intra portam instructa signa extulerunt. quod ubi philippus vidit habere se hostes in potestate ratus, et diu optata cede neque ex ulla civitatum grecarum infestior erat expleturum, cohortatus milites ut se intuentes pugnarent scirentque ibi signa ibi aciem esse debere ubi rex esset concitat in hostes equum. non ira tantum sed etiam gloria elatus, quod ingenti turba complentis etiam ad spectaculum muros conspici se pugnantem egregium ducebat. Aliquantum ante aciem cum equitibus paucis evectus in medios hostes ingentem cum suis ardorem tum pavorem hostibus iniecit. plurimos manu sua cominus eminusque vulneratos impulsosque in angustias consecutus et ipse cum maiorem in angustiis trepidantium edidisset cedem, in temerario incepto tutum tamen receptum habuit. quia in turribus porte erant sustinebant tela ne inpermixtos hostibus suos conicerent intra muros. Deinde tenentibus milites atheniensibus philippus signo receptui dato castra ad Cynosarges templum herculis gimnasiumque et lucus erat circumiectus posuit.

Sed Cynosarges et lucus et quidquid sancti amenive circa urbem erat incensum est. diruta que non tecta solum sed sepulcra. nec divini humanive iuris quicquam pre impotenti ira est servatum. Postero die quom primo clause fuissent porte deinde subito aperte, quia presidium attali ab Egina romanum a pireo venerat urbem, castra ab urbe retulit rex tria milia passuum. inde Eleusinam profectus spe improviso templi castellique quod imminet et circumdatum est extemplo capiendi. quom haud quaquam neglectas custodias animadvertisset et classem a pireo venire omisso incepto megaram ac protinus corinthum ducit. et cum argis acheorum concilium esse audisset inopinantibus acheis contioni ipsi supervenit. Consultabant de bello adversus Onabim tyrannum lacedemoniorum qui translato ab acheis imperio philopomene ad Ciliadem nequaquam parem illi ducem dilapsa cernens Achiorum auxilia reintegraverat bellum, agrosque finitimorum vastabat eratque urbibus quoque iam terribilis. Adversus hunc hostem quom quantum ex quaque civitatibus militum scriberentur consulerent, philippus dempturum se eis curam quod ad Onabim et lacedemonios pertineret pollicitus, nec tantum agros sociorum populantibus prohibiturum, sed terrorem omnem belli in ipsam laconicam ducto eo extemplo exercitu translaturum. Hec oratio cum ingenti assensu hominum acciperetur ita tamen equum est inquit me vestra meis armis tutari ne mea interim nudentur presidiis. Itaque si vobis videtur tantum parate militum quantum ad horeum et chalcidem et corinthum tuenda satis sint, ut in eis a tergo tutis securus bellum onabidi inferam et lacedemoniis. Non fefellit acheos quo spectasset tam benigna pollicitatio auxiliumque oblatum adversus lacedemonios id querit ut obsidem acheorum iuventutem educeret ex peloponesso, ad illigandam romano bello gentem. et id quidem coarguere Ciliades pretor acheorum nichil attinere ratus, id modo cum dixisset non licere legibus acheorum de aliis rebus referre quam propter quas convocati essent, decreto de exercitu parando adversus Onabim facto concilium fortiter ac libere factum ac habitum dimisit, inter assentatores regi=

Cynosarges templum

Onabis tirannus lacedemoniorum

et imminet

lacedemoniorum

os ante eum diem habitis/ Philippus magna spe depulsus voluntariis mi-
litibus paucis conscriptis/ Corinthum atque in Atticam terram venit / per eos
ipsos dies quibus Philippus in Achaia fuit/ Philocles prefectus regius ex Euboe-
a profectus cum duobus milibus thracum macedonumque ad depopulandos atheniensium
fines regione eleusinis saltum citeronis transcendit/ Inde dimidia parte militum
ad predandum passim per agros dimissa/ cum parte ipse/ occulto loco ad insidi-
as oportuno consedit ut si ex castello eleusine in predantes suos impetus fi-
eret/ repente hostes effusos ex improviso ~~adorirentur~~/ fefellere insidie. Itaque re-
vocatis qui discurrerent ad predandum militibus instructisque ad oppugnandum castel-
lum Eleusinem profectus/ cum multis inde vulneribus recessit Philippoque se ve-
nienti ex Achaia coniunxit/ Temptata et ab ipso rege oppugnatio eiusdem castelli est
Sed naves romane a Pirheo venientes intromissumque presidium/ absistere incep-
to coegerunt/ Diviso deinde exercitu rex cum parte Philoclem ad Athenas mit-
tit cum parte Pirheum pergit ut dum Philocles subeundo muros et comminanda
oppugnatione contineret urbe athenienses/ ipse pirheum levi cum presidio relictum
expugnandi facultas esset/ Ceterum nihilo ei pirhei quam Eleusinis facilior iisdem
defendentibus/ oppugnatio fuit / A pirheo athenas repente duxit / Inde erupti-
one subita peditum equitumque inter angustias semiruti muri qui brachiis duo-
bus pirheum athenis iungit repulsus. omissa oppugnatione urbis/ Diviso cum Phi-
locle rursus exercitu ad vastandos agros profectus cum priorem populationem se-
pulcris circa urbem diruendis exercuisset / ne quid inviolatum relinqueret / tem-
pla deum que pagatim sacrata habebant/ dirui atque incendi iussit. exorna-
ta eo genere operum eximie/ terra attica et copia domestici marmoris et
ingeniis artificum/ prebuit huic furori materiam / Neque enim diruere modo
ipsa templa ac simulacra evertere satis habuit / Sed lapides quoque ne
integri cumularent ruinas frangi iussit / Et postquam non iram ira sa-
tiata quam irae exercende her deerant/ agro hostium in boeciam excessit
nec aliud quidquam dignum memoria in grecia egit/ Consul Sulpitius eo
tempore inter apoloniam ad Durachium ad tharsum flumen habebat cas-
tra/ quo accersitum titum ~~Apolloniam ad Durachium~~ Apustium legatum cum par-
te copiarum ad depopulandos hostium fines mittit/ Apustius extrema ma-
cedonie populatus Corago et gerritino et orgesso castellis/ primo impetu
captis ad Antipatriam in faucibus angustis sitam urbem venit / Ac primo
evocatos principes ad colloquium ut fidei romanorum se committerent pellicere
est conatus / Deinde ubi magnitudine et menibus situque urbis freti dicta
aspernabantur vi atque armis adortus expugnavit / puberibusque interfectis preda
omnis militibus concessa diruit muros atque urbem incendit / Hic metus Co-
drionem satis validum et munitum oppidum sine certamine ut dederetur ro-
manis effecit/ presidio ibi relicto indus nomen propter alteram in asia urbe
quam oppidi notius vi capitur/ Revertentem legatum ad consulem cum magna preda sa-
tis/ Athenagoras quidam regius prefectus in transitu fluminis a novissimo fla-
mine agmine adortus/ postremos turbavit/ ad quorum clamorem et trepida-
tionem cum revectus equo propere legatus Apustius signa convertisset/ Con-
iectisque in medium sarcinis aciem direxisset/ non tulere impetum romanorum mili-
tes regii multi ex hiis occisi plures capti/ legatus incolumi exercitu reducto ad co

ł adoriret

Impia philippi strages

Codrion

sulem penetrabitur / inde extemplo ad classem / nec satis felici expeditione bello commisso reguli ac principes accole macedonum in castra romana veniunt Pleuratus scerdilei filius / Amynander Athamanum rex / ex dardanis batho longari filius bellum suo nomine / longarus cum demetrio philippi patre gesserat pollicentibus ~~auxilia~~ auxilia / respondit consul dardanorum et pleurati opera / cum exercitum in macedoniam duceret / se usurum / amynandro ethelos concitandos ad bellum attribuit / Attali legatis / Nam hii quoque per id tempus venerant man dat ut Egine rex / ubi hybernabat classem romanam opperiretur · qua ad iuncta bello maritimo sicut ante / philippum regem urgeret / ad rhodios quoque missi legati ut capesserent partem belli / Nec philippus segnius / iam enim in macedoniam pervenerat / apparabat bellum / filium persea / ad modum puerum da tis ex amicorum numero / qui etatem eius regerent cum parte copiarum ad obsi dendas angustias que ad pellogoniam sunt mittit Sciatum et pepetre tum haud ignobiles urbes / ne classi hostium prede ac premio essent diruit Ad ethelos mittit legatos / ne gens inquieta adventu romanorum / fidem ~ mutaret / Consilium etolorum statuta die quod paneetolium vocant futurum erat / Huic ut occurrerent et regis legati iter acceleraverunt / Et a consule mis sus lelius rufus purpurio legatus venit / Atheniensium quoque legati / ad id consilium occurrerunt / primum macedones cum quibus recentissimum fedus erat auditi sunt / qui in illa nova re nichil se novi habere / quod afferrent dixerunt · quibus enim de causis experta inutili societate romana / pacem cum philippo fecissent / compositam semel pacem servare eos debere / An imitari inquit unus ex legatis / romanorum licentiam an levitatem dicam mavultis / qui cum legatis vestris Rome ita responderi iussissent / quid ad nos venitis ~ Etholi sine quorum auctoritate pacem cum philippo fecis tis / Idem ~ ut bellum secum adversus philippum geratis postulant / et antea propter vos et pro vobis arma sumpsisse adversus eum simulabant nunc vos in pace esse cum philippo prohibent / Messane ut Auxilio essent primo siciliam conscenderunt / iterum in Syracusas oppressas a Carthaginien sibus in libertatem eximerent et messanam et Syracusas et totam sicilia ipsi habent / vectigalemque provinciam securibus et fascibus subiecerunt / Sci licet sicut vos naupacti legibus vestris per magistratus a vobis cre atos consilium / habetis socium hostemque / libere quem velitis lecturi pacem ac bellum arbitrio habituri vestro / Sic siculorum civitatibus Syracusas ac messanam / Aut lilibeum indicitur consilium / populi romani / romanus conventus agit / Eo imperio ~ ~ evocati conveniunt / Excelso in sug gestu · superba iura reddentem stipatum lictoribus vident / virge tergo se cures cervicibus imminent Et quotannis alium atque alium dominum sortiun tur Nec id mirari debent aut possunt / cum ytalie urbes Regium tarentum Capuam ne finitimas quarum ruinis crevit urbs Romana / eisdem subiectas videant imperio / Capua quidem sepulcrum et monumentum / Campano populo elato et extorri / everso ipso populo superest urbs ~~romana eius dem subiectas~~ ~~~~ trunca / Sine senatu sine plebe sine ma gistratibus / prodigium relicta / crudelius habitanda quam si deleta foret / furor est / Si alienigene homines plus lingua et legibus et moribus quam maris ·

terrarumque spatio discretis/ hec tenuerunt spectare quidque eodem statu mansu-
rum/ Philippi regnum officere videtur/ aliquid libertati vestre/ qui cum merito
vestro infestus esset/ et nihil a vobis ultra quam pacem petit fidemque hodie
pacis pacte desiderat/ Assuefacite his terris legiones externas et iugum
accipite/ sero ac nequiquam cum dominum romanorum habebitis/ socium
Philippum queretis/ Etholos Acharnanas Macedones eiusdem lingue
homines leves ad tempus orte cause disiungunt coniunguntque/ Cum alieni-
genis cum barbaris eternum omnibus grecis bellum est eritque/ Natura enim
que perpetua est non mutabilis in diem causis hostes sunt/ Sed unde
cepit oratio mea ibi desinet/ Hoc eodem loco idem homines de eiusdem
Philippi pace ante decrevistis/ isdem improbantibus eam pacem romanis/
qui nunc pactam et compositam turbare volunt/ in qua consultatione nihil
fortuna mutavit cur vos mutetis non video **Secundum**
macedonas ipsis romanis concedentibus iubentibusque athenienses/ qui
feda passi iustius in crudelitatem sevitiamque regis invehi poterant/ in-
troducti sunt/ deploraverunt vastationem populationemque miserabilem agrorum
neque id queri quod hostilia ab hoste passi forent/ Esse enim quedam
belli iura/ que ut facere ita pati sit fas/ sata exuri/ dirui tecta/ pre-
das hominum pecorumque agi misera magis quam indigna/ patienti esse/ Verum
enimvero se queri quod is qui romanos alienigenas et barbaros vocat adeo
omnia humana simul divinaque iura polluerit ut priore populatione cum inferis
diis/ secunda cum superis bellum nefarium gesserit/ omnia sepulcra mo-
numentaque diruta esse in finibus suis/ omnium nudatos manes/ nullius
ossa terra tegi/ Delubra ibi fuisse que quondam pagatim habitantes
in parvis illis castellis vicisque consecrata/ ne in urbem quidem contri-
buti maiores sui deserta reliquerunt/ Circa ea omnia templa Philippum
infestos circumtulisse ignes/ semiusta et truncata simulacra deum inter
prostratos iacere postes templorum/ qualem terram atticam fecit/ quondam
exornatam opulentamque/ talem eum si liceat etholiam greciamque omnem fac-
turum/ urbis quoque sue similem deformitatem futuram fuisse/ nisi romani
subvenissent/ Eodem enim scelere urbem colentem hos deos/ presidemque arcis
Minervam petitam/ Eodem eleusine Cereris templum/ Eodem pirhei Iovem
Minervamque/ sed ab eorum non templis modo sed etiam menibus vi atque armis
repulsum in eadem delubra que sola religione tuta fuerint sevisse/ Itaque
se orare atque obsecrare ethólos ut miseriti Atheniensium/ ducibus diis
immortalibus deinde romanis qui secundum deos plurimum possunt bella
susciperent/ **Tum romanus** legatus/ totam orationis mee for-
mam Macedones primum deinde athenienses mutaverunt/ nam et Macedo-
nes cum ad conquerendas Philippi iniurias in tot socias nobis urbes
venissent/ ultro accusando romanos defensionem aut accusationem potiorem
haberem effecerunt/ et athenienses in deos inferos superosque nefanda
ac inhumana scelera eius referendo/ quid mihi aut cuiusque reliquerunt quod
obicere ultra possim/ Eadem Ethios Abidenos Eneos Maronitas Thasi-
os Parios Samios Lariseuses/ Messenios/ hinc ex achaia existimate que-
ri/ graviora etiam acerbioraque eos/ quibus nocendi maiorem facultatem

Augurium in grecos confirmatum hac tempestate scilicet anno [illegible] = 1453

Oratio Atheniensium in Macedones

inferis

Romanorum Legati oratio

habuit / Nam quod ad ea attinet que nobis obiecit / nisi gloria digna sunt / fateor ea
defendi non posse Rhegium et Capuam et Syracusas nobis obiecit Rhegium pyrrhi
bello legio a nobis rheginis ipsis ut mitteremus orantibus in presidium missa ur
bem ad quam defendendam missa erat per scelus possedit / Comprobavimus igitur
id facinus / an bello perfecti federatam legionem in potestatem nostram redactam
tergo et cervicibus penas sociis pendere cum coegissemus / urbem agros suaque omnia
cum libertate legibus / rheginis reddidimus / Syracusanis oppressis ab externis tyra
nis / quo indignius esset cum quom tulissemus opem et fatigati prope
per triennium terraque mari per urbem munitissima oppugnanda essemus / Cum iam
ipsi syracusani servire tyrannis quam capi a nobis mallent captam iisdem armis
et liberatam reddidimus / Neque infitias imus Siciliam provinciam nostram esse
et civitates que in parte Carthaginiensium fuerint / Et uno animo cum illis ad
versus nos bellum gesserunt / stipendiarias nobis ac vectigales esse / quoniam contra hoc
et vos et omnes gentes scire volumus pro merito cuiusque ergo nos fortunam esse
An Campanorum pene de qua neque ipsi quidem queri possint / nos peniteat. Hii
homines cum quibus pro hiis bellum adversus Samnites per annos prope lxx cum mag-
nis nostris cladibus gessissemus / ipsos federe primum deinde conubio atque inde cog-
nationibus postremo civitate nobis coniunxissemus / tempore nostro adverso / primi om-
nium ytalie populorum presidio nostro fede interfecto ad hanibalem defecerunt
deinde indignati se obsideri a nobis hanibalem ad oppugnandum romam miserunt
Horum si neque urbs ipsa neque homo superesset quis id durius quam pro merito ipsorum
statutum indignari posset / et plures sibimetipsi morte conscivere scelerum conscientia
quam a nobis supplicio affecti sunt / Ceteris ita oppidum ita agros ademimus ut agrum
locumque ad habitandum dederimus / Urbem innoxiam stare incolumem pateremur ut qui
eam videat hodie nullum ibi oppugnate capteque vestigium inveniat sed quid ego
Capuam dico cum carthagini victe pacem ac libertatem dederimus / Magis illud est
periculum adversus nos fortunam belli incitemus // Hec pro nobis dicta sunt / Hec
adversus philippum cuius domestica parricidia et cognatorum amicorumque cedes / et libi
dinem inhumaniorem prope quam crudelitatem / vos quo propiores macedonie estis
melius nostis / quod ad vos attinet / ethol / nos pro vobis bellum suscepimus
adversus philippum / vos sine nobis cum eo pacem fecistis / et forsitan dicatis
bello punico occupatis nobis / coactos metu vos leges pacis ab eo qui tunc plus
poterat accepisse et nos cum alia maiora urgerent / depositum a vobis bellum
et ipsi dimisimus / Nunc nos deum benignitate punico perfecto bello totis vi
ribus nostris in Macedoniam procubuimus et vobis restituendi vos in
amicitiam societatemque nostram fortuna oblata est nisi perire cum philippo quam vin
cere cum Romanis mavultis / **Hec dicta** a romano cum essent inclinati
omnium animi ad romanos / Damocritus pretor etholorum ut fama est pecunia a
rege accepta nichil aut huic aut illi parti assensus / rem magni discriminis
consiliis nullam esse tam inimicam quam celeritatem dixit / Celerem enim penitenciam sed tandem seram atque inutilem sequi cum precipitata rapti consilia neque
revocari neque in integrum restitui possint // Deliberacionis autem eius cuius ipse
maturitatem expectandam putaret tempus / ita iam nunc statui posse cum legibus
cautum esset ne de pace bellove nisi in panetolio et pilaico concilio ageretur
/ decreverunt extemplo ut pretor cum sine fraude de bello aut de pace

Pirrus rex

lxx annis cum Sannitibus gestum bellum pro Campanis

Vera nisi a corrupto dicta forent

agere velit aduocet consiliu̅ et quod tum referatur decernaturque ut perinde iu-
ratumque ac si in panetolio aut pirheo consilio actu̅ esset / Dimissis ita suspense
legatis / egregie consultu̅ genti aiebat / nam vtrius partis melior fortuna belli es-
set ad eius societatem inclinaturos / Hec in consilio etholorum acta / Philippus im-
pigre terra marique parabat bellu̅ nauales copias demetriadem in thessalia con-
trahebat / Attalum romanamque classem principio veris ab Egina ratus moturos na-
uibus maritimeque ore prefecit / Heraclidem / que ut antea prefecerat ipse terres-
tres copias comparabat magna se duo auxilia romanis detraxisse credens
ex vna parte etholos / ex altera dardanos / faucibus ad pellagoniam a filio perseo
interclusis / A consule non parabatur sed gerebatur iam bellu̅ / per dassaretiorum fines ex-
ercitu̅ inducebat / frumentumque / quod ex hibernis extulerat integru̅ / vehens / quod in v-
sum militi satis esset / prebentibus agris oppida vici / que partim voluntate partim
metu se tradebant / Queda̅ inde expugnata queda̅ deserta in montes propinquos
refugientibus barbaris inueniebantur / ad lyncum stativa posuit prope fluuium
Bevum vnde frumentatum circa horrea dassaretiorum mittebat / Philippus conster-
nata quidem omnia circa / pauore que ingentem hominum cernebat / sed parum gnarus
qua̅ partem petisset / alam equitum ad explorandu̅ / quonam hostes iter in-
tendissent misit / Idem error apud Consulem erat / mouisse ex hibernis regem sci-
ebat / qua regione petisset ignarus / et quosque speculatum miserat equites · Hee due
ale ex diuerso cum diu incertis itineribus vagate per dassaretios essent / tandem in
vnu̅ iter conuenerunt / neutros fefellit vt fremitus procul hominum equorumque exauditus
est hostes appropinquare / Itaque priusquam in conspectu venirent / equos armaque expe-
dierant / Nec mora ubi primu̅ hostem videre / concurrendi copia facta est · forte et nume-
ro et virtute utpote lecti vtrique haud impares equis viribus per aliquot ho-
ras pugnauerunt / fatigatio ipsorum equorumque / incerta victoria diremit prelium / Ma-
cedonum · xl · equites · romanorum quinque et triginta ceciderunt / Neque eo magis ex-
plorati quicquam in qua regione castra hostium essent / Aut illi ad regem · Aut hij ad
consulem retulerunt / per transfugas cognitum est / quos leuitas ingeniorum ad cognos-
cendas hostium res in omnibus bellis prebet ·

PHILIPPUS aliquid et ad caritatem suorum et ut promptius pro eo pericu-
lum subirent ac adiret / ratus perfecturum se si equitum qui ceciderant in expeditione
sepeliendorum curam habuisset / afferri eos in castra iussit / ut conspiceretur ab omnibus
funeris honos · Nichil tamen incertius nec inextimabile est quam animi multitudinis quod
propriores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum · id metum pigritiamque
incussit / Nam qui hastis sagittisque et raris lanceis facta vulnera vidissent / cum
grecis illyriisque pugnare assueti / postquam gladio hispaniensi detruncata corpora bra-
chijs abscisis aut tota ceruice deserta aut diuisa a corpore capita / patentiaque
viscera et feditatem aliam vulnerum viderunt / aduersusque tela quosque viros pugnandu̅
foret / pauidi vulgo cernebant / Ipsum quoque regem terror nondum iusto prelio cum
romanis congressum / Itaque reuocato filio presidioque quod in pelagonie fauci-
bus erat ut hijs copijs suis augeret / pleurato dardanisque iter in
macedoniam aperuit · Ipse cum viginti milibus peditum · octo milibus equitum duci-
bus transfugis ad hostem profectus / paulo plus ducentis passibus a castris ro-
manis / propinquum tumulum athaco / fossa ac vallo communit / ac subiecta cer-
nens romana castra admiratus esse dicitur / et vniuersam speciem castrorum et

et descripta suis quaeque partibus tum tendentium ordine, tum itinera intra vallis, et ne-
gasse barbarorum ea castra ulli videri posse. Biduum consul et rex, alter alte-
rius conatus expectantes continuere suos intra vallum. Tertio die romanus omnes
in aciem copias eduxit. Rex vero tam celerem aleam universi certaminis timens, qua-
dringentos Trallis, Illiriorum id sicut alio diximus loco est genus, et Cretenses
trecentos addito his peditibus pari numero equitum cum duce Attenagora uno

lacessendos

ex purpuratis ad lacessendos hostium equites misit. A romanis autem aberat aci-
es eorum paulo plus quingentos passus. Velites et equitum duae ferme alae emis-
se ut numero quoque eques pedesque hostem equarent. Credere regii genus pugnae
quo assueverant fore, ut equites invicem insequentes, nunc telis uterentur nunc terga
darent, Illiriorumque velocitas ad excursiones et impetus subitos usui esset. Creten-
ses in invehentem se effusumque hostem sagittas conicerent. Turbavit hunc ordinem pug-
nandi non acrior quam pertinacior impetus romanorum. Nam haud secus quam si to-
ta acie dimicarent et velites emissis in hostes cominus gladiis rem gerebant
et equites ut semel in hostem evecti sunt, stantibus equis partim desilientesque
immiscentesque se peditibus pugnabant. Ita nec eques regis equiti par erat, insue-
tus ad stabilem pugnam, nec pedes concursator et vagus et prope seminudus
genere armorum veliti romano, parmam gladiumque habenti, pariterque et ad
se tuendum et ad hostem petendum armato. Non tulere itaque dimicationem nec a-
lia re —— quam velocitate tutantes se in castra refugerunt. Uno deinde intermisso
die cum omnibus copiis equitum levisque armaturae pugnaturus rex esset, nocte cetratos
quos peltastas vocant loco oportuno inter bina castra in insidiis abdiderat, precepe-
ratque Attenagorae et equitibus ut si aperto prelio procederet res, uterentur for-
tuna. Si minus cedendo sensim ad insidiarum locum hostem pertraherent. Et equitatus
quidem cessit. Duces cetratae cohortis non satis expectato signo ante tempus excitatis
suis occasionem bene gerendae rei amisere. Romani et aperto prelio victores et tuti
a fraude insidiarum in castra sese recepit. POSTERO die consul cum omnibus co-
piis in aciem descendit, ante prima signa locatis elephantis, quo auxilio tunc primo

Primus usus Elephantorum a Romanis.

Romani quia captos aliquot bello punico habebant usi sunt. Ubi latentem intra val-
lum exprobrantes metum successit. Postquam ne tum quidem potestas pugnandi daba-
tur, quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat, dispersos mi-
lites per agros equitibus extemplo invasuris, octo fere milia intervallo tutiore frumen-
tationi habiturus castra ad Atthabolum id est loco nomen, movit. Cum in pro-
pinquo agro frumentarentur romani, primo rex intra vallum suos tenuit ut
cresceret simul et negligentia cum audacia hosti. Ubi effusos vidit cum omni equitatu et
Cretensium auxiliaribus quantum equitem velocissimi pedites cursu equare poterant
citato profectus agmine, inter castra romana et frumentatores constituit signa.
Inde copiis divisis partem ad consectandos vagos frumentatores ——
emisit, dato signo ne quem vivum relinquerent. Cum parte ipse substitit itineraque
quibus ad castra recursuri videbantur hostes obsedit. Iam passim caedes ac fuga
erat. Nec dum quisquam castra romana nuntius cladis pervenerat, quia fugientes
in regiam stationem incidebant et plures ab obsidentibus vias quam ab emissis ad
caedem —— interficiebantur. Tandem inter medias hostium stationes elap-
si quidam trepidi tumultum magis quam certum nuntium intulerunt castris. Consul equi-
tibus iussis qua quisque posset opem ferre laborantibus, ipse legiones e castris educit

et agmine quadrato ad hostem ducit. Dispersi equites per agros quidem
oberrarunt decepti clamoribus aliis ex alio existentibus loco pars obuios ha
buerunt hostes pluribus locis simul pugna cepit. regia statio atrocissimum prelium
edebat. Nam et ipsa multitudine equitum peditumque prope iusta acies erat / et conos
quia medium obsederat iter plurimi in eam inferebantur. Eo quoque superiores mace
dones erant quod et ipse hortator aderat et Cretensium auxiliares multos ex impruiso
vulnerabant. Conferti preparatique in dispersos et effusos pugnantes. Qui si modum inse
quendo habuissent non in presenti modo certaminis gloriam / sed in summam etiam belli profectum
foret. Nunc cedis intemperancia secuti / in progressas cum tribunis militum cohortes
romanas incidere et fugiens eques ut primo signa suorum vidit convertit in effusum
hostem equos. versaque momento temporis fortuna pugne est. terga dantibus qui modo
secuti erant multi comminus congressi multi fugientes interfecti / nec ferro tantum
perire / sed in paludes quidem coniecti / profundo limo / cum ipsis equis absumpti
sunt. Rex quoque in periculo fuit. Nam ruente saucio equo preceps ad terram
datus. haud multo abfuit / quin iacens opprimeretur. Saluti fuit eques qui
raptim ipse desiluit. Pauidumque regem in equum subiecit. Ipse cum pedes equare
cursu fugientes non posset equites / ab hostibus ad casum regis concitatis confossus
periit. Rex circumvectus pavens per vias inviasque trepida fuga in castra tandem
iam desperantibus plerisque evasurum incolumem pervenit. Ducenti macedonum
equites eo prelio periere. Centum ferme capti. octuaginta ad modum ornati equites
spoliis simul armorum relictis abducti fuere. qui hoc die regem themeritatis
Consulem segnicie accusarent. Nam et philippo quiescendum fuisse cum paucis
diebus postquam hostes exhausto circa omni agro ad ultimum inopie venturos sciret
et consulem cum equitatum hostium leuemque armaturam fudisset / ac pene regem
ipsum cepisset / protinus ad Castra hostium ducere debuisset. Nec enim mansuros ita
perculsos hostes fuisse / debilitarique momento temporis debuisse. Id dictu quam re ut
pleraque facilius. Nam si omnibus peditum quoque copiis congressus rex fuisset forsitan
inter tumultum cum omnes victi metuque perculsi ex prelio intra vallum protinus inde
supervadentem munimenta / victorem hostem fugerent exui castris potuerit rex. Cum
vero integre copie peditum in castris mansissent stationes ante portas presidiaque
disposita essent quid nisi ut temeritatem regis / effuse pauloante secuti perculsos
equites imitaretur profecisset. Neque enim ne regis quidem primum consilium quo impetum
in frumentatores palatos fecit per agros reprehendendum foret / si modum prospere
pugne imposuisset. Eo quoque minus est mirum temptasse cum fortuna / quod fama
erat / pleuratum Dardanosque ingentibus copiis profectos domo / iam in macedo
niam transcendisse quibus si undique circumventus copiis foret sedentem romanum
debellaturum credi poterat. Itaque secundum duas adversas equestres pugnas multo minus
tutam moram in eisdem statiuis fore philippus ratus cum abire inde et fallere
abiens hostem vellet / caduceatore sub occasum solis ad consulem misso qui in
ducias ad sepeliendos equites peteret frustratus hostem secunda vigilia multis
ignibus per tota castra relictis silenti agmine abiit. Corpus iam cura
bat Consul cum venisse caduceatorem et quid venisse nunciatum est Responso
tantum dato mane postero die fore copiam conveniendi. id quod quesitum
erat nox dieique insequentis pars ad percipiendum iter philippo data est

montes / qua viam non ingressurum gravi agmine romanum sciebat / petit. Consul
prima luce caduceatore datis induciis dimisso, haud ita multo post abisse ho-
stem quem sensisset / ignarus qua sequeretur hisdem stativis frumentando aliquot
dies consumpsit. Stuberam deinde petit atque ex pelagonia frumentum quod in
agris erat convexit. Inde ad pluvinam est progressus / nondum comperto quam
regionem hostes petissent. **Philippus** quem primo ad bruanam stativa
habuisset et profectus inde transverso limitibus terrorem praebuit subitum hosti. Mo-
vere inquid ex pluvina romani et ad osphagum flumen posuerunt castra. rex
haud procul inde et ipse vallo super ripam amnis ducto. Erigonum incole vo-
cant consedit / inde satis comperto Arduaem petituros romanos ad occupandas
angustias ne superare hostes artis faucibus inclusum aditum possent / processit / ibi
alia vallo alia fossa alia lapidum congerie ut pro muro essent alia arboribus
obiectis ita ut locus postulabat aut materia suppeditabat / opere premunivit
atque ut ipse rebatur viam suapte natura difficilem fecerat. Erant plera que
silvestria circa incomoda phalangi maxime macedonum / que nisi ibi prelongis
hastis velud vallum ante clipeos obiecit quod ut fiat libero campo opus nullius
ad modum est. trachas quoque ingentes rumphee et ipse longitudinis obiectos
undique romanos impediebant. Cretensium una cohors non inutilis erat sed ea
quoque ipsa ut si quis impetum faceret in patentem vulnere equum equitemque sagittis
conicere poterat / Ita adversus scuta romana nec ad traiciendum satis magnam vim
habebat nec apertum quicquam erat quod peterent. Itaque id ut vanum teli genus sen-
serunt etiam esse passim saxis toto valle iacentibus incessebant hostem. ea maiore
cum sonitu quam vulnere ullo / pulsatio scutorum parumper succedentes romanos. Deinde
quoque spretis his primum testudine facta per adversos vadunt hostes / parum brevi circuitu cum
in iugum collis evasissent trepidos ex presidiis stationibusque macedones deturbant
et ut in locis impeditis difficilis fuga plerosque etiam obtruncant. Ita angustie mi-
nore certamine quam animis proposuerant superate et in eurdaneam per ventum
ubi pervastatis passim agris in Elmina se recepit. Inde impetum in horistidem facit
et oppidum zeletrum est aggressus in peninsula situm / lacus menia cingit. Angustis
faucibus unum ex continenti iter est primo / situ ipso freti clausis portis abnuere
imperium. Deinde postquam signa ferri a testudine succedi ad portam obsessasque
fauces agmine hostium viderunt / priusquam experirentur certamen / metu in deditionem
venerunt. a zeletro darsiniaas ad saretios processit. urbemque vi prelii cepit. Ser-
vitia inde cum cetera preda abduxit et libera capita sine precio dimisit / oppidum
que his reddidit presidio valido imposito. Nam et si tum oportuna urbs erat
ad impetus in macedoniam faciendos ita peragratis hostium agris consul in
loca iam pacata ad Appoloniam unde orsus bellum erat copias reduxit /

Philippum Averterant etholi et Athamanas et Dardani et tot bella
repente alia ex aliis locis exorta adversus dardanos iam recipientes ex
macedonia se se Athenagoram cum expeditis peditibus ac maiore parte
equitatus misit iussum stare a tergo abeuntibus et carpendo postremum agmen
segniores eos admonendos. Domo exercitus efficere. Etholos damocritus
pretor qui more ad decernendum bellum ad naupactum auctor fuerat
idem proximo consilio ad arma concitaverat. Post famam equestris ad otto-
lobum pugne dardano

hūc / hoc

plurimis transitu in macedoniam ad classis romane adventum Horeum et super circumfu-
sas tot macedonie gentes / maritimam quoque instantem obsidionem. Hee cause de
morem Ethholosque restituerant Romanis et Amynandro rege athamanum adiuncto /
profecti Cercinium obsidere / clauserant portas incertum / vi an voluntate / quia regi-
um habebant presidium / Ceterum intra paucos dies captum est Cercinium / atque incen-
sum / et qui superfuerant e magna clade liberi servique inter ceteram predam abducti
Is timor omnes qui circumcolunt boebeum paludem relictis urbibus montes coegit
petere / Ethholi inopia prede inde aversi in Perebiam ire pergunt / Ciretias ibi vi ca-
piunt. fedeque diripiunt / qui maleam incolunt voluntate in deditionem societatemque accep-
ti Ex perebia gomphos petendi Amynander auctor fuit et imminet athamanie
huic urbi videbaturque expugnari sine magno certamine posse / Ethholi campos thesalie
opimos ad predam petiere / sequente quamquam non probante Amynandro / nec effusas po-
pulaciones ethholorum nec castra quo fors tulisset loco sine ullo discrimine / Aut cura mu-
niendi. posita / Itaque temeritas eorum negligenciaque sibi ac suis etiam cladis alicuius cau-
sa esset cum campestribus locis subicientes eos castra pherado urbi videret / ipse paulo plus
.V. passuum in tumulum suis quamvis levi munimento in tutum cepit / CUm Ethholi nisi
quod popularentur vix meminisse viderentur se in hostium agro esse / Alii palati semi-
ermes vagarentur / Alii in castris sine stacionibus per somnum vinumque dies noctibus equarent
Philippus inopinatibus advenit quem cum adesse refugientes ex agris quidam pavidi
nunciassent / trepidavere Democritus ceterique duces et erat forte meridianum tempus quo
plerique graves cibo sopiti iacebant / Excitati igitur alii alios iubere arma capere ali-
os dimittere revocandos qui palati per agros predabantur / tantaque trepidacio fuit
ut sine gladiis quidam equitum exirent loricas / plerique non induerent / Ita rapti edu-
cti cum sexcentorum egre simul equites peditesque numerum explessent incidunt in regium eq-
uitatum numero armis animisque prestantem / Itaque primo impetu fusi vix temptato certa-
mine turpi fuga repetunt castra. cesi captique quidam / quos equites ab agmine fugientium
interclusere. Philippus suis iam vallo appropinquantibus receptuique cani iussit. fatigatos
enim equos virosque non tam prelio quam itineris simul longitudine [illegible] simul propterea celerita-
te habebat / Itaque turmatim equites ad invicem manipulos levis armature aquatum
ire et prandere iubet / Alios in statione armatos retinet operiens agmen peditum
tardius ductum / propter gravitatem armorum. quod ubi advenit et ipsis imperatum
ut statutis signis armisque ante se positis rapti cibum caperent / binis ternisque summum
manipulis aquandi causa missis. Interim eques cum levi armatura paratus instructusque
stetit. si quid hostis moveret. Ethholi iam enim et que per agros sparsa multitudo fue-
rat receperant se in castra / ut defensuri munimenta circa portas vallumque armatosque
armatos disponunt / Dum quietos hostes ipsi feroces ex tuto spectabant / Postquam mota
signa macedonum sunt / succedere ad vallum parati atque instructi cepere / repente omnes
relictis stacionibus per adversam partem castrorum ad tumulum ad castra Atha-
manum perfugiunt. Multi quoque in hac tam trepida fuga capti cesique sunt ethholorum / Phi-
lippus si satis diei superesset non dubius quin Athamanes quoque exui castris potuissent
die per prelium deinde per direptionem castrorum Absumpto / sub tumulo in proxima plani-
cie. consedit / prima luce insequentis die hostem aggressurus / Sed ethholi eodem pa-
vore quo sua castra reliquerant nocte proxima dispersi fugerunt / Maximo usui
Amynander fuit quo duce Athamanes itinerum periti summis montibus per calles
ignotos sequentibus eos hostibus in Ethholiam perduxerunt Non ita multos in dis

persa fuga terror intulit in Macedonum equites quos luce prima Philippus ut desertum
tumultum vidit ad carpendum hostium agmen misit. Per eos dies et Athenago
ras regius prefectus Dardanos recipientes se in fines adeptus postremum agmen
primo turbavit. Deinde postquam Dardani ordines conversis signis direxere aciem equa
pugna iusto prelio erat. Ubi rursus Dardani procedere cepissent equite et levi
armatura regii nullum talis auxilii genus habentes Dardanos oneratos immobili

auxilij

bus armis vexabant et loca ipsa adiuvabant. Occisi perpauci sunt plures ~~volne~~
vulnerati, captus nemo quia non excedunt temere suis ordinibus sed conferti
et pugnant et cedunt. Ita damna Romano accepta bello duabus per opportunas
expeditiones coercitis gentibus restituerat Philippus incepto forti non prospero solum
eventu. Minuit deinde ei forte oblata res hostium Etholorum numerum. Scopas prin
ceps gentis ab Alexandria magno cum pondere auri a rege Ptholomeo missus sex
milia peditum et equites mercede conductos Egyptum avexit nec ex iuventute Etho
lorum quemquam reliquisset ni Damocritus nunc belli quod instaret nunc future solli
tudinis admonens incertum cura gentis an ut adversaretur Scope parum donis
cultus partem iuniorum castigando domi continuisset. Hec ea estate a
Romanis Philippoque gesta erant. Classis a Corcyra eiusdem principio cum Lucio Apus
tio legato profecta Malea superata circa Silleum agri Hermionici Attalo regi co
iuncta est. Tum vero Atheniensium civitas cui odio in Philippum per metum iam diu
moderata erat id omne in auxilii presentis spem effudit. Nec unquam ibi desunt lingue
ne prompte ad plebem concitandam quod genus cum in omnibus liberis civitatibus
tum precipue Athenis ubi oratio plurimum pollet favore multitudinis alitur. Ro
gationem extemplo tulerunt plebesque scivit ut Philippi statue imagines omnesque no
mina earum item maiorum eius virilis ac muliebris sexus omnium tollerentur dele
renturque, dies festi sacra sacerdotesque ipsi maioribusve eius honoris causa instituta
essent. Item loca omnia prophanarentur locaque in quibus positum aliquid inscriptum
ve honoris eius causa fuisse detestabilia esse nec in hijs postea quicquam poni dedi
carique placere eorum loco puro poni dedicarique fas esset. Sacerdotes publicos
quotienscunque pro populo Atheniensi sociisque exercitibusque et classibus eorum precarentur
totiensque detestari atque execrari Philippum liberos eius regnumque terrestresque et nava
les copias Macedonum genus omne nomenque. Additumque decreto si quis quid pos
tea quod ad notam ignominiamque Philippi pertineret ferret id omne Atheniensem ius
surum. Si quis contra ignominiam prove honore eius dixisset fecissetve qui oc
cidisset eum iure cesurum. Postremo inclusum ut omnia que adversus Pisistratidas de
creta quondam erant eadem in Philippo servarentur. Athenienses quidem litteris ver
bisque quibus solis valent bellum adversus Philippum gerebant. Attalus Romanique
cum Pireum primum ab Hermione petissent paucos ibi morati dies oneratique eis
immodicis ad honores sociorum atque in iram adversus hostem fuerant Atheniensium
decretis navigaverunt. A Pireo Andrum et cum in portu quem Gaurelon vocant consti
tissent missisque qui temptarent oppidanorum animos si voluntate tradere urbem quam
vim experiri mallent, postquam presidio regio arcem teneri nec se potestatis sue esse
respondebant, expositis copiis omnique apparatu urbium expugnandarum diversis parti
bus rex et legatus Romanus ad urbem subeunt. Plus aliquanto Grecos Romana sig
na armaque non ante visa animique militum tam prompte succedentium muros terru
ere. Itaque fuga extemplo in arcem facta est. Urbe hostes potiti et in arce cum biduum

loca se magis quam armorum fiducia tenuissent, tertio die pacti ipsi presidiumque ut cum sin-
gulis vestimentis Delium Boetiam transveherentur, et a romanis regi attalo concessam
predam armaque urbis ipsi avexerant. Attalus ne desertam haberet insulam et
Macedonum fere omnibus et quibusdam Andriorum ut manerent persuasit. Perduxit pos-
tea et a Delio qui ex pacto transvecti eo fuerant promissis regis, cum desiderium quoque
patrie facilius ad credendum inclinaret animos, revocati. Ab Andro Cithnum traiecerunt.
Ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequiquam absumpti et quia vix operepretium erat, ab-
scessere. Ad Prasias continentis Atice locus est Issaeorum viginti lembi classi ro-
manorum adiuncti sunt. Hii missi ad populandos Caristiorum agros. Cetera classis
Geraestum nobilem Euboae portum dum a Caristo Issei redirent tenuit. Inde omnes
velis in altum datis maris medio preter Scyrum insulam Icum pervenere. Ibi pau-
cos dies seviente borea retenti, ubi prima tranquillitas data est, Sciathum tra-
iecere vastatam urbem direptamque nuper a philippo. Per agros palati milites fru-
mentum et si qua alia usui esse ad vescendum poterant ad naves retulere. Prede
nec erat quicquam nec meruerant greci cur diriperentur. Inde Cassandream petentes
primum ad Mendeum vicum maritimum civitatis eius vicum tenuere. Inde cum superato
promontorio ad ipsa menia urbis circumagere classem vellent, seva cohorta tem-
pestate prope obruti fluctibus dispersi, magna ex parte amissis armamentis in terram
effugerunt. Omen quoque ei maritima tempestas ad rem terra gerendam fuit. Nam collec-
tis in unum navibus expositisque copiis aggressi urbem cum multis vulneribus repulsi et erat
validum ibi presidium, irrito incepto regressi Canastreum Pallenes traiecere. Inde
superato Toronae promontorio navigantes Achantum petiere. Ibi primo ager vasta-
tus, deinde ipsa urbs vi capta ac direpta. Nec ultra progressi, iam enim graves pre-
da naves habebant, retro unde venerant Sciathum et a Sciatho Euboeam repetunt.
Ibi relicta classe decem navibus expeditis sinum Maliacum intravere ad colloquendum
cum Etholis de ratione belli gerendi. Sipirrichas Etholus princeps legationis eius fuit quae
ad communicanda consilia Heracleam cum rege Atthalo et cum romano legato venit. Petitum
ex federe ab Attalo est ut mille milites, tantum enim numerum bellum gerentibus adver-
sus philippum debebat. Id negatum Etholis quod illi quoque gravati prius essent ad po-
pulandam Macedoniam exire, quo tempore philippo circa Pergamum urente sacra profa-
naque abstrahere eum inde respectu rerum suarum potuissent. Ita Etholi cum spe magis roma-
nis omnia pollicentibus quam cum auxilio [illegible] dimissi. Apustius cum Attalo classem
[illegible] redit. Inde agitari de Horreo oppugnando ceptum. Valida ea civitas et
menibus et quia ante fuerat temptata, firmo ante erat presidio. Coniunxerant
se his post expugnationem Andri cum prefecto Agesimbro viginti rodie naves tec-
te omnes. Eam classem in stationem ad Zelasium miserunt. Hisiime id super
Demetriadem promontorium est, peropportune obiectum ut si quid inde moverent
Macedonum naves in presidio essent. Heraclides prefectus regius classem ibi te-
nebat, magis per occasionem si quam negligentia hostium dedisset quam aperta vi
quicquam ausurus. Horreum diverse Romani et rex Attalus oppugnabant. Romani a
maritima [illegible] arce, regii adversus vallem inter duas iacentem arces qua et
muro intersepta urbs est; et ut loca adversa, sic dispari modo oppugnabant:
romani testudinibus et vineis et ariete admovendo muris, regii balistis catapul-
tisque et alio omni genere tormentorum tela ingerentes et pondere ingenti saxa ia-
ciebant et cuniculos et quicquid aliud priore oppugnatione expertum profuerat. Cete-

./ prestatoribus

non plures tantum macedones quam ante tuebantur urbem, sed etiam presentioribus animis
et castigationibus regis in admissa culpa et simul minarum simul promis-
sionum in futurum memores cum ratione celeris spei esset/ Interim et aliud agi
posse ratus legatis relictis quod satis videbatur ad opera perficienda traicit
in proxima continentis Larissamque non illam in tessalia nobilem urbem/ sed alteram
quam Cremastem vocant/ subito adventu preter arcem cepit/ Attalus quoque Egelon nichil
minus quam tale quicquam in alterius oppugnatione urbis timentibus oppressit/ etiam cum
opera in effectu erant circa Oreum tum presidium quod intus erat labore assiduo
vigiliis diurnis pariter nocturnisque et vulneribus confectum/ Muri quoque pars ari-
ete incusso subruta multis iam locis prociderat perque apertum ruina iter nocte
romani quod quasi super portum est in arcem perrumpunt/ Attalus luce prima vel
primo signo ex arce dato romanis et ipse urbem invasit/ stratis magna ex par-
te muris presidium oppidanique in alteram arcem perfugere/ Unde biduo post/ deditione
facta/ urbs regi/ captiva corpora romanis cessere. Iam autumpnale equinoctium insta-
bat/ et est sinus Euboicus quem coela vocant suspectus nautis/ Itaque hyemales mo-
tus evadere inde cupientes/ pyreum unde profecti ad bellum fuerant repetunt/ Apus-
tius triginta navibus ibi relictis super malleam chalcum navigat. post Corcyram re-
gem statum minorum cereris et sacris interesset tenuit secundum initia et ipse in-
Asiam se recepit a Gesimo brotho et Rodiis domum remissis/ Hec ea estate
terra marique adversus philippum sociosque eius a consule et legato romanis adiuvan-
tibus/ rege attalo et Rhodiis gesta/ Consul alter. C. Aurelius ad confectum bellum
cum in provinciam venisset/ haud clam tulit iram adversus pretorem quod absen-
te se rem gessisset/ Misso igitur eo in Hetruriam ipse in agrum hostium legiones in-
duxit populandoque/ cum preda maiore quam gloria bellum gessit/ Lucius Furius simul quod
in hetruria nichil erat rei quod gereret/ simul gallico triumpho imminens quem absente
consule irato atque invidente facilius posse impetrari ratus/ rome inopinato cum
venisset senatum in edem bellone habuit/ Expositisque rebus gestis ut triumphanti
sibi in urbem invehi liceret petiit/ Apud magnam partem senatus ob magnitudinem
rerum gestarum valebat et gratia/ Maiores natu negabant triumphum et quod alieno
exercitu rem gessisset/ et quod provinciam reliquisset utilitate rapiendi per occasionem
triumphi/ id vero eo nullo exemplo fecisse/ Consulares precipue expectandum consu-
lem censebant/ potuisse enim castris prope urbem positis tuendaque colonia ita ut aut
non decernerent in adventum eius rem extrahere et quod pretor non fecisset/ se-
natum/ faciendum esse consulem/ expectaret ubi coram disceptantes consulem et pre-
torem audissent/ verius de causa estimaturos esse/ Magna pars senatus nichil preter
res gestas et an in magistratu suis quis auspiciis gessisset censebant/ Senatum
spectare debere ex duabus coloniis que velut claustra ad cohibendos gallicos
tumultus opposite fuissent/ cum una direpta et incensa esset. traiecturumque et ad ince-
dium velut ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam esset quid tandem
pretori faciendum fuisse/ Nam si sine consule geri nichil oportuit/ Aut senatum pec-
casse qui exercitum pretori dederit/ potuisse enim si cum non pretoris sed consulis
exercitu rem geri voluerit/ ita finire senatusconsulto ne per pretorem sed per consu-
lem gereretur/ Aut consulem qui non cum exercitu ex Hetruria transire in galliam iussis-
set/ ipsi Ariminum occurrerit ut bello interesset quod sine eo geri fas non esset
/ Non expectare belli tempora/ moras et dilationes imperatorum et pugnandum esse/ int

dum non quia velit sed quia hostis cogat / Pugnam ipsam eventumque pugne / specta
ri oportere / fusos cesos hostes / castra capta ac direpta / colonia liberata obsidi
one alterius colonie captivos recuperatos restitutosque suis / debellatum uno prelio esse
Non homines tantum ea victoria letatos sed diis quoque immortalibus per
triduum supplicationes habitas quod bene ac feliciter non quod male ac temere res p.
a lucio furio pretore gesta esset / Dato fato etiam quondam etiam furie genti gallica
bella / Huius generis orationis ipsius amicorumque victa est presentis gratia pretoris
absentis consulis maiestas / triumphumque frequentes L. furio decreverunt Triumphavit de
gallis in magistratu L. furius pretor et in erarium tulit trecenta viginti milia eris
Argenti centum septuaginta milia. neque captivi ulli ante currum ducti neque spolia
predata neque milites secuti / omnia preter victoriam penes consulem esse apparebat
ludi deinde a P. Cornelio Scipione quos consul in affrica voverat magno ap
paratu facti Et de agris militum eius decretum ut quot quisque eorum annos in af
frica aut in hispania militasset in singulos annos bina iugera acciperet Eum agrum
decemviri assignarent Triumviri item creati ad supplendum venusinis colonorum nu
merum / bello hanibalis attenuate vires eius colonie erant / C. Terentius varro titus
Quinctius flaminius P. Cornelius Scipio hii colonos venusiam adscripserunt / Eo
dem anno C. Cornelius zetegus qui proconsul hispaniam obtinebat magnum hostium nu
merum in agro seditano fudit / Quindecim milia hispanorum eo prelio dicuntur cesa Sig
na militaria capta octo et septuaginta / C. Aurelius Consul cum ex pro
vincia romana comitiorum causa venisset non id quod animis preceperat questus est non
expectatum se a [illegible] senatum neque disceptandi cum p. r. consuli potestatem factam
sed ita triumphum decrevisse senatum ut nullius nisi eius qui triumphaturus esset et eorum
qui bello interfuissent verba audiret Maiores ideo instituisse ut legati tribuni Cen
turiones milites denique triumpho adessent ut veritas rerum gestarum eius cui tantus ho
nos haberetur publice videretur / neque ex eo exercitu qui cum gallis pugnavit sine mi
lite unum saltem fuisse quem percontari posset senatus / quid veri pretor vanique referret
Comitiis deinde diem edixit quibus creati sunt L. Cornelius lentulus A. villius T.
Apallius pretores inde facti L. Quintius flaminius / Annona quoque eo anno pervilis
fuit / frumenti vim magnam ex affrica advectam Ediles curules M. marcellus et Sex
tus elius petus binis eris in modios populo diviserunt et ludos romanos magno
apparatu fecerunt diem unum instauraverunt / Signa enea quinque ex multatitio
argento in erario posuerunt / plebei ludi ab edilibus lucio terentio massiliota et
C. bebio Tamphilo qui pretor designatus erat / ter toti instaurati / et ludi fune
bres eo anno / per quadriduum in foro mortis valerii levini causa a P. et M.
filiis eius facti et [illegible] munus gladiatorum / datum ab hiis / paria quinque et viginti pug
naverunt M. Aurelius Cotta decemvir sacrorum mortuus in eius locum M. attilius
glabrio suffectus comitiis ediles curules creati sunt / forte ambo / qui statim
accipere magistratum non possent / nam C. Cornelius Cetegus absens creatus erat
cum hispaniam obtineret provinciam / C. valerius flaccus quem presentem creaverant quia
flamen dyalis erat iurare in leges non poterat / magistratum autem plus quinque
dies nisi qui iurasset in leges non licebat gerere / petente flacco ut legibus solveretur
Senatus decrevit ut si edilis qui pro se iurare arbitratu consulis daretur / Con
sules si eis videretur cum tribunis plebis agerent / uti ad plebem ferrent / Datus qui

Annone vilitas

iuraret pro fratre · lucius valerius flaccus pretor designatus/ Tribuni ad plebem tule-
runt plebesque scivit ut perinde esset ac si ipse edilis iurasset et de altero e-
dile scitum plebis est factum rogantibus tribunis quos duos in hyspaniam cum imperio
ad exercitus ire iuberent ut C. Cornelius Edilis curulis ad magistratum gerendum
veniret et lelius manlius atcidinus discederet de provincia multos post annos
plebes C. Cornelio lentulo et lucio Tritinio proconsulibus imperium esse in hyspa-
nia iussit   Secundi libri principium

liber secundus

Consules pretoresque cum Idibus martiis magistratum inissent
provincias sortiti sunt / L. Cornelio lentulo Italia · a · tito Julio mace-
donia pretoribus L. Quintio urbana · C. bebio Ariminum · L. valerio
Cecilia · lucio Julio · Sardinia obvenit / lentulus consul novas legiones scribere ius-
sus / villius a P. Sulpitio exercitum accipere in supplementum eius quantum militum vide-
retur ut scriberet ipsi permissum est pretori / bebio legiones quas C. Aurelius co(n)-
sul habuisset ita decrete et retineret eas donec consul novo cum exercitu succede-
ret in gallia / ubi is venisset omnes milites ex auctoritate domum dimitterentur
/ preter quinque milia sociorum / hys optineri apud Ariminum provinciam satis esse
Prorogato imperio pretoribus prioris anni · L. Sergio ut militibus qui in hyspa-
nia Corsica Sardinia stipendia per multos annos fecissent agrum assignandum
curaret / Q. Minucio ut in bruttiis eadem de coniurationibus questiones quas pre-
tor cum fide curasset exercuisset perficeret et eos quos sacrilegii compertos in vinculis
romam misisset locrenses mitteret ad supplicium / queque sublata ex delubro proserpine
essent reponenda cum piaculis curaret. Ferie latine pontificum decreto instau-
rate sunt quod legati ab Ardea questi in Senatu erant sibi in monte albano lati-
nis carnem ut assolet datam non esse / Auxulla nuntiatum est duas portas quodque
inter eas muri erant de celo tactum / Et formiani legati edem iovis item hosti-
enses edem iovis / et veliterni apollinis et Saturni edes et in herculis ede ca-
pillum enatum · Et ex bruttiis · Q. Minucio pretore scriptum / Equum cum quinque pedibus
pullosque gallinaceos tres cum ternis pedibus natos esse / A P. Sulpitio consule ex
macedonia littere allate quibus inter cetera scriptum erat / laurea in puppi na-
vis longam enatam / priorum prodigiorum causa Senatus censuerat / ut consul
maioribus hostiis quibus diis videretur sacrificaret / ob hoc unum prodigium Au-
ruspices in senatum vocati / atque ex responso supplicatio in diem unum populo edicta
et ad omnia pulvinaria res divina facta / Carthaginienses eo anno argentum sti-
pendium positum primum romam advexerunt · Id quia probum non esse questores renun-
ciaverant / experientibusque pars quarta decocta erat / pecunia rome mutuo sumpta in
detrimentum argenti expleverunt / petentibus deinde ut si iam videretur senatui
obsides sibi redderentur / Centum redditi obsides de ceteris si in fide permanerent / spes
facta / petentibus iisdem qui non reddebantur obsides ut ab Norba ubi parum commode es-
sent / alio traducerentur / Concessum ut Signiam et Ferentinum transirent / Gaditanis
item petentibus remissum ne prefectus gadis mitteretur / Adversus quod iis in fidem
populi romani venientibus cum lucio marcio Septimo convenisset / Et Narniensium legatis
querentibus ad numerum sibi colonos non esse et immistos quosdam non sui generis pro
colonis se gerere / Earum rerum causa tres viros creare lucius Cornelius Consul

1

Narnia

iussus/creati. P. et Sextus Petus ambobus fuit cognomine. Et Cn. Cornelius Lentulus pr.
Harniensibus datum erat ut colonorum numerus cogeretur causam petentes non impe-
traverant FERIIS que Rome agende erant perfectis/consules in provincias
profecti. A. titus Julius in Macedonia cum venisset, Atrox seditio militum iam ante ir-
ritata nec satis in principio compressa excepit/ Ea militum fuere que ex Affrica post
devictum Hanibalem in Ceciliam inde anno fere post in Macedoniam pro voluntariis
pronunciati erant/ ad voluntate factum negabant/ a tribunis [illegible] recusantes in naves impo-
sitos. Sed breviter seu iniuncta seu suscepta foret militia et eam exhaustam et finem
aliquem militandi fieri equum esse/ multis annis sese Italiam non vidisse. Consenuisse
sub armis in Cecilia Affrica Macedonia/ confectos iam se labore opere exangues
tot acceptis vulneribus esse. Consul eis causam postulande missionis probabilem si mo-
deste peteretur videri dixit. Seditionis nec eam nec ullam aliam satis
iustam causam esse/ Itaque si manere ad signa et dicto parere velint se de mis-
sione eorum ad Senatum scripturum/ modestia facilius quam pertinacia quod velint impe-
traturos. THAUMACOS Eo ipse Philippus summa vi expugnabat/ aggeri-
bus vineisque etiam ariete muris admoturus erat. Ceterum incepto absistere coegit
subitus Archidami adventus/ qui Archidamo duce inter custodias macedonum me-
dia ingressi nec nocte nec die finem ullum erumpendi/ nunc in stationes nunc in opera
macedonum faciebant/ et adiuvabat eos natura ipsa loci. Nam thaumaci a pile-
is sinuque maliaco per lamiam euntibus loco alto siti sunt/ in ipsis faucibus
imminentes quas coele vocant thessaliae transeunti confragosa loca implicatasque
flexibus vallium vias/ ubi ventum ad hanc urbem est/ repente velut maris vasti sic
immensa panditur planicies ut subiectos campos terminare oculis haud facile
queas/ eo miraculo thaumaci appellati. Nec altitudine solum tuta urbs sed quod saxo
undique absciso rupibus imposita. Hec difficultates et quod haud satis dignum tanti
laboris periculique precium erat ut absisteret incepto Philippus effecerunt. Hyems
quoque iam instabat cum inde abscessit/ et in Macedoniam in hiberna copias redux-
it/ Ibi ceteri quidem/ data quantacumque quietis temporis sunt animos corporaque remi-
serant/ Philippum quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque relaxaverat
animus tanto magis intentum in universum eventum belli cure agunt/ non hostes modo
timentem qui terra marique urgebant sed nunc sociorum nunc etiam popularium animos
ne et illi ad spem amicitie romanorum deficerent/ et macedonas ipsos cupido no-
vandi res caperet. Itaque et in Achaiam legatos misit/ simul qui iusiurandum ita enim pe-
pigerant quotannis iuraturos in verba Philippi exigerent simul qui redderet Achae-
is Orchomenon et Heream et Trifyliam/ Eleis Alipheram/ contendentibus numquam eam urbem
fuisse ex Triphylia sed sibi debere restitui/ quia una fuisset ex hiis que ad conde-
dum Megalempolim ex consilio Achaeorum contribute forent. Et cum Achaeis quidem
per hoc societatem firmabat. Macedonum animos cum Eraclide. Ita cum maxime invi-
die sibi esse cerneret multis criminibus oneratum in vincula coniecit/ in-
genti popularium gaudio. Bellum si quando unquam ante alias tum magna cura apparavit/
exercuitque in armis et macedonas et mercenarios milites/ principioque veris cum Athe-
nagora omnia externa auxilia quodque levis armature erat in Chaoniam
per Epirum ad occupandas que ad Antigoniam fauces sunt/ Stenna vocant greci/ mi-
sit. Ipse post paucis diebus graviore secutus agmine cum situm omnem regionem
aspexisset/ maxime ydoneum locum credidit preter amnem Apsum. Is inter

montes quorum alterum meropum alterum asnaum incole vocant angusta valle fluit / iter exi-
guum super ripam prebens in asnaum / Athenagoram cum levi armatura tenere ac communi-
re iubet / ipse in meropo posuit castra / qua abscise rupes erant / statio paucorum
armatorum tenebat / qua restituta erant / alia fossis alia vallis alia turribus muniebat
magna tormentorum etiam vis ut missilibus procul terrerent ac arcerent hostem ido-
neis locis disposita est Tabernaculum regium pro valle in conspectu maximo in tumu-
lo ut terrorem hostibus suis quoque spem ex fiducia faceret positum / **Consul** per Ca-
ropum Epiroticum certior factus quos saltus cum exercitu insedisset rex / et ipse cum Cor-
cyre hibernasset vere in primo continentem / traiectus ad hostem ducere pergit / quinque
milia ferme a regiis castris cum abesset loco munito relictis legionibus ipse cum expedi-
tis progressus ad speculanda loca / postero die consilium habuit / utrum per insessum
ab hoste / saltum / quamquam labor ingens periculumque proponeretur transitum temptaret / an eodem
itinere quo priore anno Sulpicius Macedoniam intraverat circumduceret copias / hoc
consilium per multos dies agitante nuntius venit / titum Quinctium consulem factum sor-
titumque provinciam maturato itinere iam Corcyram traiecisse / valerius Antias intrasse
saltum Iulium tradit / quia recto itinere nequiverit omnibus a rege insessis / secutum valle
per quam mediam fertur aous / cum ponte raptim facto in ripam in qua erant castra regis
transgressum acie conflixisse / fusum fugatumque regem castris exutum / duodecim milia hos-
tium eo prelio cesa / capta duo milia / et ducentos et signa militaria centum triginta duo
equos ducentos triginta / Edem Iovis etiam in eo prelio votam si res prospere gessisset Ce- agesta
terique greci latinique auctores / quorum quidem ego legi annales / nihil memorabile a
Iulio actum / integrumque bellum insequentem consulem titum Quintium accepisse tradunt /
Dum hec in macedonia geruntur / consul alter lelius lentulus / qui rome substiterat co-
mitia censoribus creandis habuit / multis claris petentibus viris / creati censores p. C.
Scipio Africanus et C. Elius petus / hii magna inter se concordia et senatum sine
ullius nota legebant / et portoria venalium Capue puteolisque / item castrum porterii quo
in loco nunc oppidum est fruendum / locarunt / colonosque in eo trecentos Hiis enim numerus
finitus a Senatu erat adscripserunt / et subito factis Capue agrum vendiderunt / sub idem
tempus l. Manlius Acidinus ex hispania decedens prohibitus a p. porcio leca
tribuno plebis ut ovans rediret / cum a senatu impetrasset privatus urbem ingrediens
M. CC. pondo argenti triginta pondo ferme auri in erarium tulit / **Eodem** anno
C. bebius Tamphilus qui a C. aurelio consule anni prioris provinciam galliam
acceperat temere ingressus gallorum insubrum fines / prope cum toto exercitu est circumven-
tus / supra sex milia et sexcentos milites amisit / tanta ex eo bello quod iam timeri
desierat / clades accepta est / Ea res lelium lentulum exercitu accepto / pretorem multis pro-
bris increpitum provincia decedere atque abire Romam iussit / Neque ipse consul memo-
rabile quicquam gessit / comitiorum causa Romam revocatus / que ipsa per M. fulvium
et M. Curium tribunos plebis impediebantur / titum Quintium flaminium consulatum ex
questura petere non patiebantur / iam edilitatem preturamque fastidiri / nec per honorum
gradus documentum sui dantes / nobiles homines tendere ad consulatum / sed transcen-
dendo medios / summa imis continuare / Res ex campestri certamine in Senatum venit
patres censuerunt qui honorem quem sibi capere per leges liceret peteret / in eo populo
creandi quem velit potestatem fieri equum esse / in auctoritate patrum fuere tribuni / creati
consules Sextus Elius petus et titus Quintius flaminius / inde pretorum comitia
habita / creati lelius cornelius merula M. claudius Marcellus M. porcius Cato

Celius qui edilis plebis fuerat Ab hys ludi plebei instaurati et epulum Iovis fuit
ludorum causa et ab edilibus curulibus M. Valerio flacco flamini diali et M. Cor
nelio cetega getego ludi romani magno apparatu facti. Servius Sulpicius et galba pontifex
eo anno mortui sunt. In eorum locum M. Emilius lentulus. M. Cornelius Scipio ponti
fices suffecti sunt Sextus Elius petus T. Quinctius flaminius consules magistratu inito
Senatum in capitolio cum habuissent decreverunt patres ut provincias Macedoniam ytali
amque consules compararent. uter se sortiretur ne utri eorum Macedonia evenisset in
supplementum legionum tria milia militum romanorum scriberet et trecentos equites. Item
sociorum latini nominis quinque milia peditum quingentos equites Alteri consuli novus om
nis exercitus decretus. Lucio lentulo prioris anni prorogatum imperium est. Vetitus aut ipse provin
cia decedere prius aut veterem exercitum deducere quam cum legionibus novus consul venisset
Sortiti consules provincias Elio ytalia. Quinctio macedonia evenit. pretores L. Cornelius
Merula urbanam. M. Marcius Siciliam. M. porcius Sardiniam. C. [illegible] Elvius gallia
est sortitus. Delectus inde habitus est. preceptus ita preter consulares exercitus preto
res quoque iussi scribere milites erant. Marcello in Siciliam quatuor milia peditum sociorum
et latini nominis et trecentos equites Cathoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria
milia peditum ducentos equites. ita ut hy pretores ambo cum in provincias venissent vete
res dimitterent pedites equitesque. Attali deinde regis legatos in senatum consu
les introduxerunt hy classe sua copiisque regem omnibus terra marique rem romanam iuva
re quecumque imperarent romani Consules impigre atque obedienter ad eam diem fecisse
cum exposuissent vereri dixerunt ne id prestare ei per Anthiocum regem ultra non liceret
vacuum namque presidiis navalibus terrestribusque regnum Attali Anthiocum invasisse. Itaque
Attalum orare patres conscriptos si sua classe suaque opera uti ad macedonicum bellum vel
lent mitterent ipsi presidium ad regnum eius tutandum. si id nollent ipsum ad sua defen
denda cum classe ac reliquis copiis redire paterentur. Senatus legatis ita responderi ius
sit quod rex Attalus classe copiisque aliis duces romanos iuvisset id gratum Senatui
esse. auxilia nec ipsos missuros Attalo adversus Anthiocum socium et amicum po. ro. nec
Attali auxilia retenturos ultra quam regi commodum esset. Semper po. ro. alienis rebus alieno
arbitrio usum et sine (?) et principium in potestate ipsorum qui ope sua velint romanos adiu
tos esse legatos ad Anthiocum missuros qui nuntient Attali navibusque eius et militum opera
adversus Philippum communem hostem uti po. ro. gratum eum facturum et senatui si Antho
chus regno abstineat belloque absistat equum esse socios et amicos po. ro. reges inter se
quoque ipsos pacem servare. Consulem Titum Quinctium ita habito delectu ut eos fere legeret
qui in hispania aut africa meruissent spectate virtutis milites properantem in provin
ciam prodigia nunciata atque eorum procuratio rome tenuerunt. De celo tacta erat via pub
lica Veiis forum et edes Iovis Lanuvii herculis edes. Ardee Capue muros et turres
edesque Alba dicatur celum ardere visum erat. Terra velitris diurnum ingentem spacio caver
na ingenti desederat. Suesse nunciabant agnum cum duobus capitibus natum et Sinues
se porcum humano capite. Eorum prodigiorum causa supplicatio in unum diem habita et
Consules rebus divinis operam dederunt. placatisque diis profecti in provincias sunt. Elius cum
Elvio pretore exercitumque a Lelio acceptum quem dimittere debebat pretori tradidit. ipse
novis legionibus quas secum adduxerat bellum gesturus nihil memorabilis rei quoque
gessit. Et Titus Quinctius alter consul maturius quam priores soliti erant consules
a brundusio cum transmisisset Corciram tenuit. cum octo milibus peditum Equitibus quin
gentis a Corcira in proximam Epyri quinqueremi traiecit et in castra romana mag

mis itineribus contendit / inde filio dimisso paucos moratus dies dum se copie a Corcy-
ra assequerentur / consilium habuit utrum recto itinere per castra hostium vim facere conare-
tur / an ne temptata quidem re tanti laboris ac periculi per Dassaretios potius Lyncum que tuto
circuitu Macedoniam ... intraret / vicissetque ea sententia ni timuisset ne cum a mari lon-
gius recessisset missis e manibus hoste si quod antea fecerat / solitudinibus silvisque se
tutari rex voluisset / sine ullo effectu estas extraheretur / Utcumque esset igitur / illo ipso
tam iniquo loco aggredi hostem placuit / sed magis fieri id placebat quam quo fieret ex-
pediebat / diesque quadraginta sine ullo conatu sedentes in conspectu hostium absumpserant
inde spes data Philippo est per Epyrotarum gentem temptande pacis habitoque consilio de-
lecti ad eam rem agendam Pausania princeps et Alexander magister equitum / Con-
sulem et regem / ubi in angustissimas ripas Apsus cogitur amnis in colloquium adduxerunt
Summa postulatorum Consulis erat / presidia ex civitatibus Rex deduceret / hiis quorum agros
urbesque populatus esset / redderet resque comparerent / ceterorumque equo arbitrio extimatio fi-
eret / Philippus aliam aliarum civitatum condicionem esse respondit / quas ipse cepisset
eas liberaturum / que sibi tradite a maioribus essent / earum hereditaria ac iusta possessione
non excessurum / si quas quererentur belli clades ee civitates / cum quibus bellatum foret
Arbitrio quo vellent populorum cum quibus pax utrisque fuisset se usurum / Consul ad
id nichil quidem arbitrio aut iudice opus esse dicere / Cui enim non apparere ab eo qui
prior arma intulisset iniuriam ortam / Nec Philippum ab illis bello lacessitum / priorem vim
omnibus fecisse / inde cum ageretur que civitates liberande essent Thessalos primum omnium no-
minavit Consul / Ad id vero adeo accensus indignatione est rex ut exclamaret Quid
victo gravius imperares / Tite quinti / Atque ita se ex colloquio proripuit et
temperatum egre est quin missilibus quibus dirempti medio amni fuerant pugnam
inter se consererent / Postero die per excursiones in stationibus primo in planicie satis
ad id patenti multa levia commissa prelia sunt / Deinde recipientibus se regiis et in ar-
ta et confragosa loca Aviditate accensi certaminis eo quoque Romani penetravere / pro
hiis ordo et militaris disciplina et genus armorum erat ad prelium ingendum / tectiora
pro hoste loca et catapulte / multis hinc atque illinc vulneribus acceptis cum etiam ut
in prelio iusto aliquot cecidissent nox prelio finem fecit / Cum in hoc statu
res essent / pastor quidam a Charopo principe Epyrotarum missus deducitur ad Consulem
Is se in eo saltu qui regis castris obiacet assuetum armenta pascere / omnes montium
eorum anfractus callesque nosse / si secum aliquot mittere velit non iniquo loco nec pro-
difficili aditu supra caput hostium deducturum Charopus renunciari iubet / ita credendum
ut sic potius omnia sua illius potestatis essent / cum magis vellet credere quam audere inquit tum
que gaudio et metu animum gereret / auctore motus Charopi / experiri fidem oblatam sta-
tuit / et ut averteret regem a suspicione / in proximo biduo lacessere hostem dispositis
ab omni parte copiis / succedentibusque integris in loco defessorum non destitit / Quatu-
or milia inde lecta peditum / et trecentos equites / Tribuno militum tradit / Equites quoad
loca paterentur ducere iubet / ubi ad invia equiti ventum est / in planicie aliqua locari
equitatum / peditum qua dux monstraret viam ire / Ubi ut pollicetur super caput hostium
perventum sit / fumo dare signum nec ante clamorem tollere quam a se signo accepto
pugnam ceptam arbitrari posset / nocte itinera fieri iubet / et pernox forte luna erat
interdiu ubi quietisque sumere tempus / duce promissis ingentibus oneratum si fides ex-
tet / vinctum tamen Tribuno tradit / Hiis copiis ita dimissis eo intentius romanus
undique instat capi stationes / interim die tercio cum verticem quem petierant Romani re-

posse se ac tenere fumo significarent. Tum vero trifariam divisis populus copiis con
sul valle media cum valido robore succedit / Cornua dextera laeva admovet castris nec
segniter hostes obviam eunt / Et dum aviditate certaminis progressi extra munitiones pug
nant / haud paulo superior est romanus miles et virtute et scientia et genere armorum
Postquam multis vulneratis interfectisque recepere se regii in loca aut munimento aut na
tura tuta / verterat periculum in romanos / temere in loca iniqua nec facilis ad re
ceptum angustias progressos / nec sine poena temeritatis inde recepissent sese / ni clamor
primum auditus a tergo deinde pugna etiam coepta amentes repentino terrore regios
fecisset / pars in fugam effusi sunt / [illegible] pars quia magis locus fuge deerat quam quod
animi satis esset ad pugnam cum substitissent / ab hoste et a fronte et a tergo
urgente circumventi sunt / Deleri totus exercitus potuit / si fugientes persecuti victores
essent / Sed equitem angustiae locorumque asperitas / peditem armorum gravitas impe
dit / Rex primo effuse ac sine respectu fugit / Deinde quinque milium spatium progressus
cum ex iniquitate locorum id quod erat suspicatus esset / sequi non posse hos
tem / substitit in tumulo quodam / dimisitque suos per omnia iuga vallesque qui palatos in
unum colligerent / non plus duobus milibus hominum amissis / cetera omnis multitudo
velut signum aliquod / secuta ipsum cum conglobasset / frequenti agmine petit Thessaliam
Romani quoad tutum fuit insecuti cedentes / spoliantesque caesos castra regia etiam sine
defensoribus difficili aditu diripiunt / Atque ea nocte in suis castris manserunt / Postero die
Consul per ipsas angustias qua se inter valles flumen insinuat hostem sequitur Rex quinto
die ad castra pyrrhi pervenit / locus quem ita vocant est in triphilia Thermodontis
inde postero die ingens iter agminis et metus urgebat / in monte linco perrexit / Epi
ri ei sunt interiecti macedoniae Thessaliaeque / latus quod vergit in thessaliam oriens
spectat / Septentrio macedoniae obicitur / vestiti frequentibus silvis sunt summa iuga
campos patentes aquasque perhennes habent Ibi stativis rex per aliquot dies habitis
fluctuatus animo est / utrum protinus in regnum se reciperet / an reverti in Thessaliam
posset / Inclinavit sententia suum in thessaliam agmen dimitteret Triccamque proximis li
mitibus petit / inde obvias urbes raptim peragravit / homines qui sequi possent sedibus ex
cibat / oppida incendebat / rerum suarum quas possent ferendarum secum dominis ius fiebat
Cetera militis preda erat / nec quod ab hoste crudelius pati possent reliqui quicquam
fuit / quam quod a sociis patiebantur / Haec etiam facienti philippo acerba erat / sed
e terra mox futura hostium corpora saltem eripere sociorum volebat / Ita evastata op
pida sunt phacium iresie euhydrium eretria palaepharsalus / Pheras cum peteret ex
clusus quod omisso incepto rex agebat mora si expugnare vellet / nec tempus e
rat / in macedoniam transcendit / Nam etiam etholos appropinquare fama erat / qui au
dito proelio quod circa amnem apsum factum erat / proximis prius circa sperchi
as et macranem quam vocant comen transgressi inde in thessaliam / Cimines et augias
primo impetu potiti sunt / A metropoli dum vastant agros concursu oppidano
rum ad tuendum menia repulsi sunt / Calitera inde aggressi similem impetum oppidanorum
pertinacius sustinuerunt compulsisque intra menia qui eruperant contenti ea
victoria quia spes nulla admodum expugnandi erat abscesserunt / Theuma inde
et calathana vicos expugnant diripiuntque / Acharras per deditionem receperunt Xinie
simili metu a cultoribus deserte sunt / hoc sedibus suis extorre agmen in presidium +
incidit quod Athamanum quo tutior frumentatio esset ducebatur incondita in
ermisque multitudo mixta imbelli turba / ab armatis caesa est / Xinie deserte diripiuntur

Cyphera inde Ethol. caput / opportune Dolopie imminens castellum. Hec raptim intra pau
cos dies ab Etholis gesta. Nec Amynander atque Athamanes post famam prospere pug
ne Romanorum quieverunt / Ceterum Amynander quia suo militi parum fidebat
petito a consule modico presidio cum Gomphos peteret / oppidum Pheca nomine / per Echam
inter Gomphos faucesque angustas que ab Athamania Thessaliam dirimunt vi cepit.
Inde Gomphos adortus et per aliquot dies / summa vi contendentes urbem cum scalas ad
menia erexisset / eodem metu perpulit ad deditionem. Hec traditio Gomphorum
ingentem terrorem Thessalis intulit / dedidere sese deinceps qui Argenta quique Ferinum
et Thimarum et Lignas et Stramonem et Lapsum habent / aliaque castella iuxta ignobilia.
Dum Athamanes Etholique summoto Macedonum metu in aliena victoria suam predam
faciunt / Thessaliaque a tribus exercitibus incerta quem hostem quemve socium crederet vas
tatur. Consul faucibus quas fuga hostium aperuerat in regionem Epiri transgressus.
Et si probe scit / cui parti Carope principe excepto Epirote favissent / tamen quia
ad satisfaciendum quoque cupide imperata eniexe facere videt / ex presenti eos pocius
quam ex preterito estimat habitu / et ea ipsa facilitate venie animos eorum imposterum con
ciliat. Missis deinde nunciis Corcyram / ut onerarie naves in sinum venirent Am
bracium / ipse progressus modicis itineribus quarto die in monte Cercetio posuit
castra / Sed Amynandrum cum suis auxiliis acito / non tam virium eius egens quam
ut duces in Thessaliam haberet / ab eodem consilio et plerique Epirotarum voluntarii inter
auxilia accepti / prima urbium Thessalie Phaloria est aggressus. Duo milia Macedo
num in presidio habebat / qui primo summa vi restiterunt / quantum arma quantum me
nia tueri poterant. Sed oppugnatio continua non die non nocte / remissa / cum con
sul in eo momenti crederet ceterorum Thessalorum animos / si primi vim Romanam non sus
tinuissent / vicit pertinaciam Macedonum. Capta Phaloria legati Metropoli et a Pie
rio dedentes urbes venerant. Venia ipsis petentibus datur / Phaloria incensa ac
direpta est. Inde Eginium petit / quem locum quum vel modico presidio tutum ac prope
inexpugnabilem vidisset / paucis inde proxima statione telis coniectis ad Gom
phorum regionem agmen vertit / degressusque in campos Thessalie cum iam omnia exercitui de
essent quia Epirotarum pepercerant agris explorato ante leucatem eadem an
sum Ambraciam onerarie tenuissent / frumentatum Ambraciam missae cohortes iussit.
Et est iter a Gomphis Ambraciam / sicut impeditum ac difficile ita spacio perbrevi / intra
paucos itaque dies transuectis a mari commeatibus / repleta omnium rerum copia sunt cas
tra / Inde ad Atragem est profectus. Decem ferme milia a Larissa abest / ex Perrhebia
oriundi sunt / Sita est urbs super Peneum amnem / nichil trepidavere Thessali
ad primum adventum Romanorum / Et Philippus sicut in Thessaliam ipse progredi non au
debat / sta intra Tempe statiua posita ut quisque locus ab hoste temptabatur presidia
per occasiones submittebat / Sub idem fere tempus quo Consul adversus Philippum pri
mum in Epiri faucibus castra posuit / et L. Quinctius Romanus frater consulis cui
classis cura maritimeque ore imperium mandatum a Senatu erat / cum duo
bus quinqueremibus Corcyram profectus / postquam profectam inde classem audivit / nichil
morandum cum ad Samam insulam deseruitur esset / dimisso Livio cui successerat
tarde ad Maleam trahendis plerumque remulco navibus / que cum commeatu sequebantur
pervenit / a Malea iussis ceteris quantum maxime possent maturare sequi ipse
tribus quinqueremibus expeditis Pyreum percepit / accepitque naves relictas ibi a L.

Apustio legato ad presidium Atheniensium. Eodem tempore due ex Asia classes profecte, una cum Attalo rege et quatuor et viginti quinqueremes erant, Rhodia altera viginti navium tectarum. Hagesimbrotus preerat. Hee circa Andrum insulam classes coniuncte Euboeam inde exiguo distante freto traiecerunt. Carystiorum primum agros vastaverunt. Deinde ubi Carystus presidio a Chalcide raptim misso firma visa est, ad Eretriam accesserunt. Eodem et Lucius Quinctius cum hiis navibus que Pyrei fuerant, Attali regis adventu audito venit, iussit ut que ex sua classe venissent naves Euboeam peterent. Eretria summa vi oppugnabatur. Nam et trium iunctarum classium naves omnis generis tormenta machinasque ad urbium excidia secum portabant, et agri affatim materie prebebant ad nova molienda opera. Oppidani primo haud impigre tuebantur menia. Deinde fessi vulneratique aliquot, cum et muri partem eversam operibus hostium cernerent, ad deditionem inclinaverunt. Sed presidium erat Macedonum quos non minus quam Romanos metuebant, et Philocles regius prefectus a Chalcide nuntios mittebat se in tempore affuturum si sustinerent obsidionem. Hec mixta metu spes ultra quam vellent aut possent trahere eos tempus cogebat. Deinde postquam Philoclem repulsum trepidantemque refugisse Chalcidem acceperunt, oratores extemplo ad Attalum veniam fidemque eius petentes miserunt. Dum in spem pacis intenti segnius munera belli obeunt, et ea modo parte qua murus dirutus erat, que minime suspecta erat, ceteris neglectis stationes armatas opponunt, Quinctius noctu ab ea parte que minime suspecta erat impetu facto scalis urbem cepit. Oppidanorum omnis multitudo cum coniugibus ac liberis in arcem confugit, deinde in deditionem venit. Pecunie auri et argenti haud sane multum fuit. Signa, tabule prisce artis, ornamentaque eius generis plura quam pro urbis magnitudine aut opibus ceteris inventa. Carystus inde repetita, unde priusquam e navibus copie exponerentur, omnis multitudo urbe deserta in arcem confugit. Inde ad fidem a Romano petendam oratores mittunt. Oppidanis extemplo vita ac libertas concessa est. Macedonibus trecenorum nummum in capita statutum pretium est, et ut armis traditis abirent. Hac summa redempti inermes in Boeotiam traiecti. Navales copie duabus claris urbibus Euboee intra dies paucos captis circumvecte Sunium, Attice terre promontorium, Cenchreas Corinthiorum emporium petierunt. Consul interim omnium spe longiorem atrocioremque oppugnationem habuit, et ea qua minime crediderat resistebant hostes. Nam omnem laborem in muro crediderat diruendo fore, si aditum armatis in urbem patefecisset, fugam inde cedemque hostium fore, qualis captis oppidis fieri solet. Ceterum postquam parte muri arietibus decussa per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati, illud principium velut novi atque integri laboris fuit. Nam Macedones qui in presidio erant et multi et delecti, gloriam etiam egregiam rati armis potius et virtute quam menibus urbem tueri, conferti pluribus introrsus ordinibus acie firmata cum transcendere ruinas sensissent Romanos, per impeditum ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id consul egre passus nec eam ignominiam ad unius modo expugnande moram urbis sed ad summam universi belli pertinere ratus, quod ex momentis parvarum plerumque rerum penderet, purgato loco qui strage semiruti muri cumulatus erat, turrem ingentis altitudinis magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem promovit, et cohortes invicem sub signis, cuneum Macedonum, phalangem ipsi vocant, si possent vi perrumperent, emittebat. Sed ad loca angusta haud late patente intervallo diruti muri genus armorum hostiumque aptius erat. Ubi cum conferti hastas ingentis longitudinis pre se

macedones ~~~ obiecissent velut in constructa densitate Romani pilis nequic-
quam emissis cum strinxissent gladios neque congredi propius neque precidere hastas pote-
rant / aut si quam incidissent aut prefregissent hastilia fragmento ipso acuto inter
spicula fractarum hastarum velut vallum explebant / Ad hoc et muri pars utraque inte-
gra tuta prestabat latera / Nec ex longo spatio aut cedendum aut impetus faci-
endus erat que res turbare ordines solet / Accessit etiam fortiter res ad eorum
animos firmandos Nam cum turris per aggerem parum densati soli ageretur rota u-
na per altiorem orbitam depressa ita turrim inclinavit ut speciem ruentis / hostibus tre-
pidationemque insanam superstantibus armatis prebuerit / Cum parum quicquam succederet /
Consul minime equo animo / comparationem militum generisque armorum fieri patiebatur
/ simul nec maturam expugnandi spem nec rationem procul a mari et in evastatis
belli cladibus locis hybernandi ullam cernebat / Itaque relicta obsidione quia nul-
lus in Acharnanie atque etolie ora portus erat / qui simul et omnes onerarias que
commeatum exercitui portabant caperet / et tecta ad hybernandum legionibus preberet /
Anticyra in phocide in Corinthium versa sinum / ad id opportunissime sita visa est que
nec procul hys thessalia hostium locis abibat et ex adversa ~~~ peloponessum exi-
guo maris spatio divisam et a tergo Etoliam et Acarnaniam / a lateribus Locridem
et Boetiam habebat / Phocidis primo impetu Fanoteam sine certamine cepit / Anticyra haud
multum in oppugnando prebuit more / Ambrusum inde Jampolisque recepte Daulisque
quia in tumulo excelso sita est nec scalis nec operibus capi poterat lacessendo missilibus
~~~ eos qui in presidio erant cum ad excursiones elicuissent / refugiendo invicem in-
sequendoque / levibus sine effectu certaminibus ~~~ eo negligentie et contemptus
adduxerunt ut cum refugientibus in portam permixti impetum romanis facerent / Sex
alia ignobilia castella phocidis terrore magis quam armis in potestatem venerunt / Elatia
clausit portas nec nisi vi cogeretur recepturi moenibus videbantur / aut ducem aut
exercitum Romanum / Elatiam obsidenti consuli rei maioris spes affulsit / Acheorum gen-
tem a societate regia / ad Romanam amiciciam avertendi / Cicliade principe factionis
ad philippum trahentium res / expulerat / Aristenus qui romanis gentibus iungi vole-
bat pretor erat Classis / Romana cum Attalo et rhodys Cenchreis stabat / parabantque
omnes communi consilio Corinthum oppugnare // Optimum igitur ratus est priusquam eam rem aggrede-
rentur legatos ad gentem Acheorum mitti pollicentes si a rege ad romanos defecisset
Corinthum hys contributuros in antiquum gentis consilium / Auctore consule le-
gati a fratre eius L. Quintio et Attalo et rhodys et Atheniensibus ad Acheos
missi / Sicione datum hys est consilium / ~~ Erat autem ad modum simplex habitus ani-
morum inter Acheos / Terrebat eos lacedomonius gravis et assiduus hostis / horre-
bant romana arma / Macedonum beneficys et veteribus eorum originibus obligati
erant / Regem ipsum suspectum habebant pro eius ~~ crudelitate perfidiaque Neque ex
hys que tum ad tempus faceret / estimantes / graviorem post bellum dominum futurum cerne-
bant. Neque solum quid in senatu quisque civitatis sue aut in consilys communibus
gentis pro sententia dicerent ignorabant / sed ne ipsis quidem cogitantibus satis
quid vellent aut quid optarent satis constabat / Ad homines ita incertos introduc-
tis legatis potestas dicendi facta est ^ Postremi Athenienses ~~ ut refellerent
macedonum dicta auditi sunt / fere atrocissime in regem qui nulli nec plura
nec tam acerba passi erant invecti sunt / et illa quidem contio sub occasum solis tot
legatorum perpetuis orationibus die absumpta / dimissa est / Postero die ad

^ Romanus primum legatus lucius carpinnius deinde attali regis legati post eos rho-
dy disseruerunt philippi deinde legatis potestas dicendi data est /
~~~

adueniebat consilium / ubi cum per preconem sicut grecis mos est / suadendi si quis vellet po
testas a magistratibus facta esset / nec quisquam prodiret diu silentium aliorum alios i
tuentium fuit / Neque mirum si quos sua sponte voluntatibus inter se repugnantes obtor
puerant quomodo animum eos cogitationes insuper turbauerat / que difficilia essent pro
mendo aduocendo quem per totum diem habite / Tandem Aristenus pretor Acheorum ne taci
tum consilium dimitteret / Ubi inquit illa certamina animorum Achei sunt quibus conviviis [in conviviis]
et circulis cum de philippo et Romanis mentio incidit vix manibus temperabatur / Nunc i
consilium ad unam eam rem indicto / cum legatorum utriusque verba audieritis / cum referant magistra
tus / cum preco ad persuadendum vocet obmutuistis / Si non cura communis salutis vestigia [ne studia] quidem [-/ obmutuistis]
que in hanc aut illam partem animos vestros inclinauerunt / voce cuique possent exprimere
cum [illegible] presertim nemo tam hebes sit qui ignorare possit dicendi ac suadendi quod
quisque aut velit aut optimum putet / nunc occasionem esse priusquam quicquam decernimus / ubi id
semel decretum erit omnibus id etiam quibus ante displicuerit pro bono atque utili federe
defendendum / Hec adhortatio pretoris non modo quemquam unum elicuit / ad suade
dum sed ne fremitum quidem aut murmur concionis tante ex tot populis congregate
mouit / Tum Aristenus pretor rursus / Non magis consilium vobis principes Acheorum de [+ -/ num]
est quam lingua si pro quisque periculo in commune consultum nolt / forsitan ego quoque tace [-/ gmue]
rem si priuatus essem / nunc pretor video aut non dandum consilium legatis fuisse aut
inde sine responso eos dimittendos non esse / Respondere autem nisi ex vestro decreto quid
possumus / Et cum nemo vestrum qui in hoc consilium vocati estis pro sententia quicquam dicere
vult aut audet / [orationes] legatorum hesterno die pro sententiis dictas percenseamus
perinde ac non postulauerint que e re sua essent sed suaserint que nobis
[-/ ea] conferrent utilia esse / Romani Rhodiique et Attalus societatem amicitiamque petunt
et in bello quod aduersus philippum gerunt se a nobis adiuuari equum censent / Phi
lippus societatis secum admonet / et iusiurandi modo postulat ut secum stemus / modo ne
intersimus armis contentum ait se esse / Nullius venit ne in mentem [cur] qui nondum so
cii sunt plus petunt quam socius / Non sit hoc inquit modestia philippi / neque impudentia
romanorum / Achei Fortuna et dat fiduciam postulantibus et demit / Philippi preter legatum
videmus nullam / Romana classis ad Cencreas stat / urbium Euboicarum spolia pre se ferens / co
sule legionesque eius exiguo maris spacio diuisas Phocidem ac Locridem peruagantes ui
demus / Miraminiue cur diffidens Cleomedon legatus philippi ut pro rege arma capere
mus aduersus romanos / modo egerit / qui si ex eodem federe ac iureiurando cuius nobis
[-/ nos] religionem iniciebat / rogemus eum ut [illegible] philippus et ab Nabide et lacedemoniis ac
romanis defendat / Ne modo [pre]sidium quo nos tueatur sed ne quid respondeat quidem
inueniet sit inuenturus / Non hercule magis quam ipse Philippus priore anno qui se [illegible] [pollicen-]
do aduersus Nabide bellum gesturum / cum temptasset nostram iuuentutem hinc in Euboeam ex
trahere / postquam nos neque decernere id sibi presidium neque velle illigari bello romano
vidit oblitus societatis eius quam nunc iactat vastandos depopulandosque Nabidi ac
lacedemoniis reliquit / Ac [michi] quidem minime conuenientis inter se Cleomedontis oratio
visa est / Eleuabat Romanum bellum euentumque eius eundem fore qui prioris belli quod [illegible] cum
philippo gesserunt dicebat / Cur igitur illud vestrum auxilium absens petit potius quam presens
et nos veteres socios sit ab Nabide ac Romanis tueatur / nos dico quid ita passus est
Hetruriam Caristumque capi / quid ita tot Tessalie urbes / quid ita Locridem Phocidemque
quid ita nunc Elatiam oppugnari patitur / Cur excessit faucibus Epiri claustrisque il
lis inexpugnabilibus super [illegible] [Apsum] amnem / Aut vi aut metu aut voluntate / relictoque

quem insidebat saltum penitus in regnum abiit / Si sua voluntate tot socios relinquit hostibus diripiendos quid recusare potest quin et nos nobis consulamus / Si metu nobis quoque ignotas timentibus si victus armis cessit / Achei romana arma sustinebimus Cleomedon iam nos macedones non sustinuimus / An tibi potius credamus romanos non maioribus copiis nec viribus nunc bellum gerere quam antea gesserunt potius quam res ipsas intueamur Etholos cum classe adiuverint nec duce consulari nec in exercitu bellum gesserunt / Socii tum philippi maritime omnes urbes in terrore ac tumultu erant Mediterranea adeo tuta ab Romanis armis fuerunt / ut philippus etholos nequiquam ope romanorum implorantes depopularetur / Nunc autem defuncti bello punico romani / quod per sedecim annos velut intra viscera ytalie tolleraverunt / non presidium etholis bellantibus miserunt sed ipsi duces belli arma terra marique simul macedonie intulerunt / Tertius iam consul summa vi gerit bellum / Sulpicius in ipsa macedonia congressus fudit fugavitque regem partem opulentissimam regni eius depopulatus / Nunc quinctius tenentem claustra epyri natura loci munimentis exercitu fretum castris exuit fugientem in thessaliam persecutus presidia regia sociasque urbes eius prope in conspectu regis ipsius expugnavit / Ne sint vera que atheniensis modo legatus de crudelitate avaritia et libidine regis disseruit nihil ad nos pertineant que in terra attica scelera in superos inferosque deos sint admissa / multo minus que cii abydenique qui procul a nobis absunt / passi sunt / Nostrorum ipsi vulnerum si vultis obliviscamur / cedes direptionesque bonorum messene in medio peloponeso facte Et hospitem ciparissie garitenem contra ius omne ac fas inter epulas prope ipsas occisum et aratum patrem filiumque sicionios / cum senem infelicem etiam parentem appellare solitus esset interfectos filii / etiam uxorem libidinis causa in macedoniam asportatam / cetera stupra virginum matronarumque oblivioni dentur ne sit cum philippo res cuius crudelitatis metu obmutuistis omnes / Nam que alia tacendi advocatis in consilium causa est / cum antigono mitissimo rege et de omnibus nobis optime merito / existimemus existimemus disceptationem esse / Num id postularet facere nos / quod tunc fieri non posset / pene insula est peloponensus angustis histmi faucibus continenti adherens nulli apertior neque opportunior quam navali bello / Si centum tecte naves et quinquaginta leviores aperte et triginta [illegible] lembi maritimam oram vastare et expositas prope in ipsis litoribus urbes ceperint oppugnare in mediterraneas nos urbes recipiemus / tamquam non intestino et herente in ipsis visceribus uramur bello cum terra nabis / et lacedemonii / mari romana classis urgebunt / unde regiam societatem et macedonum auxilia implorem / An ipsi nostris armis ab hoste romano tutabimur urbesque oppugnabuntur / Egregie enim dimas priore bello sumus tutati / Satis exemplorum nobis aliene clades prebent / Ne queramus quemadmodum ceteris exemplo simus / Nolite quia ultro romani petunt amicitiam id quod optandum vobis ac summa ope petendum erat fastidire / Metu enim videlicet compulsi in aliena terra quia sub umbra auxilii vestri latere volunt in societatem vestram confugiunt / ut portubus vestris recipiantur et commeatibus utantur / Mare in potestate habent terras quascumque adeunt extemplo dicionis sue faciunt / quod rogant facere possunt / quia pepercisse vobis volunt / committere vos cur pereatis non patiuntur / Nam quam cleomedon modo tamquam mediam et tutissimam vobis viam consilii ut quiesceretis abstinueritisque armis ostendebat / Ea non media sed nulla via est / Etenim preterquam quod aut accipienda aut aspernanda vobis romana societas est / quid aliud quam nusquam gratia stabili / velut qui eventum spectaverimus ut fortune applicaremus nostra consilia / preda victoris erimus / Nolite si quod omnibus votis petendum erat ultro offertur fastidire / Non quemadmodum hodie / utrumque vobis licet sic semper licitum

histhmi

est. Nec saepe nec diu eadem occasio erit. liberare vos a Philippo iam diu magis vultis quam
audetis. Sine vestro periculo et labore cum vos in libertatem vindicaverint cum magnis
classibus exercitibusque mare transierunt. Hos si socios aspernamini vix mentis sane estis
sed aut socios aut hostes habeatis oportet. Secundum orationem praeto
ris murmur ortum aliorum cum assensu aliorum inclementer assentientes increpantium. Et iam
non singuli tantum sed etiam populi universi inter se altercabantur. Tum inter magistratus
gentis damiurgos vocant decem numero creantur, certamen nihilo segnius quam inter multitudin-
em esse. Quinque relaturos se de societate Romana aiebant suffragiumque daturos quinque lege
cautum tenebantur ne quid quod adversus Philippi societatem esset aut referre magistrati
bus aut decernere consilio ius esset. Hic quoque dies iurgiis consumptus. Supererat unus
iusti consilii dies. Tertio enim lex iubebat decretum fieri, in quem adeo exarsere studia ut
vix parentes a liberis temperaverint. Risiasus Pellenensis erat filius damiurgum nomine Me-
mone habebat partis eius que decretum recitari prorogarique sententias prohibebat. Is diu
obtestatus filium ut consulere Achaeos et salutem pateretur, ne pertinacia sua universam gentem
perditum iret, postquam parum proficiebant preces iuratus se eum sua manu interemptum nec
pro filio sed pro hoste habiturum minis pervicit ut postero die coniungeret filius se qui refe-
rebant. Qui cum plures facti retulissent, omnibus fere populis haud dubie approbantibus
relationem ac prae se ferentibus quid decreturi essent, Dymaei ac Megalopolitani et
quidam Argivorum priusquam decretum fieret consurrexerunt ac reliquerunt consilium neque mirante
ullo neque improbante. Nam Megalopolitanos avorum memoria pulsos a Lacedaemoniis restitue-
rat in patriam Antigonus, et Dymaeis captis nuper direptisque ab exercitu Romano, cum
redimi eos ubicumque servirent Philippus iussisset, non libertatem modo sed etiam patriam
reddiderat. Et iam Argivi praeterquam quod Macedonum reges a se oriundos credunt privatis
etiam hospitiis familiaritatibusque amicitia plerique Philippo alligati erant. Ob haec consilio
quod inclinaverat ad Romanam societatem iubendam excesserunt. Veniaque his huius se-
cessionis fuit et magnis et recentibus beneficiis obligatis. Ceteri populi Achaeorum cum
sententias rogarentur societatem cum Romanis ac Rhodiis praesenti decreto confirmarunt.
Cum Romanis quia iniussu populi non poterat rata esse in id tempus quo Romam mit-
ti legati possent dilata est. In praesentia tres legatos ad Lucium Quinctium mitti pla-
cuit et exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoveri captis Cenchreis. Iam urbem
ipsam Quinctio oppugnante et hii quidem e regione portae quae fert Sicyonem posuere cas-
tra Romani. Cenchreas versam partem urbis Attalus traducto per Isthmum exercitu a
Lechaeo alterius maris portu oppugnabant, primo segnius sperantes seditionem intus fore
inter oppidanos ac regium praesidium. Postquam uno animo omnes et Macedones tamquam commu-
nem patriam tuebantur et Corinthii ducem praesidii Androsthenem haud secus quam civem et
suffragio creatum suo imperio uti iuste patiebantur. Omnis inde spes pugnantibus in
vi et armis et operibus erat. Undique aggeres haud facili aditu ad moenia admove-
bantur. Aries ex ea parte qua Romani oppugnabant aliquantum muri diruerat. In
quem locum quia nudatus munimento erat protegendum armis cum Macedones concurris-
sent, atrox proelium inter eos et Romanos ortum est. Ac primo multitudine facile ex-
pellebantur Romani. Assumptis deinde Achaeorum Attalique auxiliis aequabant certamen.
Nec dubium erat quin Macedonas Graecosque facile loco pulsuri fuerint. Transfugarum
Italicorum magna multitudo erat. pars ex Hannibalis exercitu metu pene poenae a Romanis
Philippum secuta, pars navales socii relictis nuper classibus ad spem honoratioris
militiae transgressi. Hos desperata salus si Romani vicissent ad rabiem magis quam auda-

ciam attendebat Promontorium est adversus Sicione Iunonis quam vocant Acream
in altum excurrens traiectus inde Corinthum septem milia ferme passuum Eo philocles
regius et ipse prefectus mille et quingentos milites per boeciam duxit presto fuere
a Corintho lembi qui presidium id acceptum lechu traicerent / Auctor erat Attalus
incensis operibus omittende extemplo oppugnacionis / pertinacius Quinctius incepto
inceptus perstabat Is quoque ut pro omnibus portis disposita vidit presidia regia nec
facile erumpentium impetus sustineri posse in Attali sententiam concessit . Ita irrito incepto
recepto dimissis acheis reditum ad naves est / Attalus pyreum romani Corcyram petierunt

Dum hec a navali exercitu geruntur Consul in phocide ad elaciam castris positis
primo colloquiis rem per principes elaciensium temptavit postquam nichil esse in manu sua et + nichil esse
plures esse regios validioresque quam oppidanos respondebatur tunc simul ab omni par
te operibus armisque urbem est aggressus / ariete admoto quantum inter turres muri erat
proruptum cum ingenti fragore ac strepitu nudasset urbem simul et cohors romana per
apertum recenti strage iter invasit et ex omnibus oppidi partibus relictis suis quisque
stacionibus in eum qui premeretur impetu hostium locum concurrerunt Eodem tempore
et romani et ruinas muri superabant et scalas ad stancia menia inferebant
Et dum in unam partem oculos animosque hostium certamen averterat pluribus lo
cis scalis / capitur murus armatique in urbem transcenderunt Quo tumultu audi
to territi hostes quem munitum tuebantur locum in arcem omnes / inermi quoque sequente
turba confugerunt / Ita urbe potitur Consul / Qua direpta missis in arce qui vitam
regiis si inermes abire vellent libertatem Elaciensibus pollicerentur / fideque
in hec data post paucos dies arce recepit / Ceterum adventu Achaiam philo
clis regii prefecti non solum Corinthus tantum liberata obsidione sed argivorum
quoque civitas per quosdam principes philocli prodita est / temptatis prius animis ple
bis mos erat / comiciorum die primo velut honoris causa pretores pronunciare Io
ve Apollinemque et herculem additum legi erat / ut his philippus rex adiceretur cuius
nomen post pactam cum romanis societatem quia preco non adiecit / fremitus primo
multitudinis ortus deinde clamor subiciencium philippi nomen / iubentiumque legittimum
honorem usurpare donec cum ingenti assensu nomen recitatum est / Huius fiducia
favoris philocles accersitus nocte occupat vi colle imminentem urbi / larissam
eam arcem vocant positoque ibi presidio cum luce principio signis infestis ad sub
iectum arci forum vaderet / instructa acies ex adverso occurrit presidium erat ache
orum nuper impositum / quingenti fere iuvenes delecti omnium civitatum / Aenesidemus du
maeus preerat / Orator a prefecto regio missus qui excedere urbe iuberet / Neque
enim pares eos oppidanis solis macedonibus sentiret / nedum adiunctis macedoni
bus esse quibus ne romani quidem ad Corinthum sustinuissent / primo nichil nec du
cem nec ipsos movit / post paulo ut Argivos quoque armatos ex parte altera
venientes magno agmine viderunt / certam perniciem cernentes / Omnem tamen ca
sum si pertinacior dux fuisset videbantur subituri / Enesidemus ne flos acheorum
iuventutis simul cum urbe interiret / pactus cum philocle ut abire illis liceret ipse
quo loco steterat armatus cum paucis clientibus non excessit / Missis
a philocle qui quererent / quid sibi vellet / nichil tantummodo cum proiecto pro se
clipeo staret in presidio credite urbis / moriturum se armatum respondit / Tunc
iussu prefecti a thracibus coniecta tela interfectique omnes / et post pactam inter Ache
os et Romanos societatem / due nobilissime Civitates / Argi et Corinthus in po

estate regis erant / Hec ea estate / a Romanis in Grecia terra marique ges
ta. In gallia nichil sane memorabile / Elio gestum / cum duos exercitus in provincia ha
buisset / unum retentum quem dimitti oportebat / cui L. Cornelius proconsul preerat
ipse et C. Elium pretorem prefecit / Alterum quem in provinciam adduxit / totum prope an
num Cremonensibus placentinisque cogendis redire in colonias unde belli casibus dis
sipati erant consumpsit / Quemadmodum gallia preter spem quieta eo anno fuit / ita
circa urbem servilis prope tumultus excitatus est / Obsides cartaginensium Setie
custodiebantur / Cum hiis ut principum liberis / magna vis servorum erat / Augebat
eorum numerum ut a recenti africo bello / et ab ipsis Setinis captiva aliquot
nationis eius empta ex preda mancipia / Cum coniuratione fecissent / missis ex eo
numero qui in setino agro / deinde circa Norbam et Cercios servitia sollici
tarent / Satis iam omnibus preparatis / ludis qui Setie prope diem futuri e
rant spectaculo intentum populum aggredi statuerant / Setia per cedem et repen
tinum tumultum capta Norbam et Cercios occupare / Huius rei tam foede indicium
Romam ad L. Elium Lentulum Cornelium pretorem urbis delatum est / Servi duo an
te lucem ad eum venerunt / atque ordine omnia que acta futuraque erant exposuerunt /
Quos domi custodiri iussis pretor senatu vocato edoctoque / indices afferrent pro
fectus ad eam coniurationem querendam atque opprimendam iussus cum quinque lega
tis / obvios in agris sacramento rogatos arma capere et sequi cogebat.
Hoc tumultuario delectu / duobus milibus ferme hominum armatis Setiam omnibus
quo pergeret ignaris venit / Ibi raptim principibus coniurationis comprehensis
fuga servorum ex oppido facta est / Dimissis deinde per agros qui vestigarent E
gregia duorum opera servorum indicum / et unius liberi fuit / Ei centum milia gravis
eris et libertatem / pretium eorum ex erario solutum est duis / Haud multo ita post
ex eius coniurationis reliquiis nunciatum est / servitia Preneste occupatura / Eo
L. Cornelius pretor profectus de quingentis fere hominibus / qui ea noxia erant
supplicium sumpsit / In timore civitas fuit / obsides captivosque penorum ea moliri / itaque
et Rome vigilie per vicos servate iussique circumire eas minores magistratus /
et triumviri carceris latomiarum intentiorem custodiam habere iussi / Et circa no
men latinum a pretore littere misse ut et obsides in privato servarentur neque in pub
licum prodeundi facultas daretur et captivi ne minus decem pondo compedibus
vincti in nulla alia quam in carcere publica custodia essent Eodem anno
legati a rege Attalo coronam auream ducentorum quadraginta sex pondo in Capito
lio posuerunt / gratiasque senatui egerunt / quod Antiochus [illegible] legatorum Roma
norum auctoritate motus finibus Attali exercitum deduxisset / Eadem estate eq
ues ducenti et elephanti decem et tritici modium [illegible] ducenta milia a re
ge Masinissa ad exercitum qui in Grecia erat pervenerunt / Item ex Sicilia Sardi
niaque magni commeatus et vestimenta exercitui missa. M. Marcellus Sardiniam
M. Porcius Cato obtinebat Siciliam sanctus et innocens / asperior tamen in
fenore coercendo habitus fugatique ex insula feneratores et sumptus quos
in cultum [illegible] pretorum socii soliti facere erant / circumcisi aut subla
ti / Sextus Elius consul ex gallia comitiorum causa Romam cum redisset creavit
consules C. Cornelium Cethegum et Quintum Minucium Rufum / biduo post pretoria
comitia habita / sex pretores illo primum anno creati crescentibus iam provinciis et
latius patescente imperio / Creati autem hii Manlius Volso · C. Sempronius

a sexto

et Elius / Ex hiis ediles plebis erant Ediles curules . Q. Minucius Termus et T.
Sempronius longus / ludi Romani eo anno quater instaurati / C. Cornelio et
Q. et Minucio consulibus / omnium primum de provinciis consulum pretorumque actum
Prius de pretoribus transacta res / que transigi sorte poterat / Urbana Sergio
peregrina iurisdictio Minucio obtigit / Sardiniam Attilius / Siciliam Manlius
Hispaniam citeriorem Sempronius / Elius ulteriorem est sortitus Consulibus Ita-
liam / Macedoniamque sortiri parantibus lelius Oppius et Quintus Fulvius tri-
buni plebis impedimento erant / quod longinqua provincia Macedonia esset neque ulla
alia res / maius bello impedimentum / ad eam diem fuisset / quod quum vix dum incho-
atis rebus / in ipso conatu gerendi belli prior consul revocaretur / Quartum
annum iam esse a decreto Macedonico bello querendo regem et exercitum eius / Sul-
picium maiorem anni partem consumpsisse / Villium congredientem cum hoste infec-
ta re revocatum / Quintium retentum divinis rebus Rome maiore parte anni
ita gessisse tamen res / ut si maturius in provinciam venisset / aut hyems
magis sera fuisset / potuerit debellare / nunc prope in hyberna profectum ita
comparare dici bellum ut nisi successor impediat perfecturus estate prox-
ima videatur / His orationibus pervicerunt ut consules / in senatus auctorita-
te dicerent se / si idem tribuni facerent / permittentibus utrisque libera consultatio-
ne / Patres consulibus ambobus Ytaliam provinciam decreverunt / Tito Quintio
prorogarunt imperium donec successor sibi venisset / Consulibus bine legiones de-
crete / et ut bellum cum gallis cisalpinis qui defecissent a populo romano gererent
/ Quintio in Macedoniam supplementum decretum peditum / a populo romano gererent /
et tercenti equites et sociorum navalium milia tria / preesse eidem qui preerat
classi L. Quintius Flamininus / iussi pretoribus in Hyspaniam octena milia peditum
sociorum ac nominis latini data et quadrageni equites ut dimitterent veterem
ex hispaniis militem et terminare iussi / qua ulterior citeriorve provincia
servaretur / Macedonie legatos P. Sulpicium et P. Villium qui consules in ea
provincia fuerant adiecerunt / PRIUS quam consules pretoresque in provincia
proficiscerentur prodigia procurari placuit / quod Ediles Volcani Summanique Ro-
me et quod Fregellis murus et porta de celo tacte erant / Et Frusinone inter
nocte lux orta / Et Esulo agnus biceps cum quinque pedibus natus / Et Formiis duo
lupi oppidum ingressi / obvios aliquot laniaverant / Rome non in urbem solum sed in Ca-
pitolium penetraverat lupus / Consul Attilius is tulit / ut quinque colonie in oram
maritimam deducerentur duo ad hostia fluminum Vulturni Literinique una Pute-
olos / una ad castrum Salerni / His Buxentum adiectum / tres centene familie in sin-
gulas iubebantur mitti / Hy viri deducendis / hii qui per triennium magistra-
tum haberent creati. M. Servilius geminusque Quintus Minucius Termus
Titus Sempronius longus / Delectu rebusque aliis divinis humanisque que per ipsos
agenda erant perfectis Consules ambo in galliam profecti Cornelius recta
ad Insubres via qui tamen in armis erant Cenomanis assumptis / Q. Mi-
nucius in leva Ytalie ad inferum mare flexit iter Genuamque exercitum educto a li-
guribus orsus bellum est Oppida Clastidium et Litubium utraque ligurum et due gen-
tes eiusdem civitatis Celiates Cerdiciatesque sese dediderunt / Iam omnia [illegible] tis Padum
preter gallorum boios Ilvates / ligurum sub dicione erant xv oppida / hominum viginti

Clastidium

milia esse

nulla esse dicebantur que se dediderant / Inde in agrum boiorum legiones
ducit Boiorum exercitus / haud ita multo ante traiecerat padum / iunxeratque se
Insubribus et Cenomanis quod ita acceperat coniunctis legionibus consules rem ges-
turos ut et ipsi collatas in unum vires firmarent / Postquam fama accidit al-
terum consulem Boiorum urere agros seditio extemplo orta est / postulare
boij ut laborantibus universi opem ferrent / Insubres negare se sua deserturos / Ita diremptae
copie / boiisque in agrum suum tutandum profectis / Insubres cum Cenomanis super amn-
nis mincij ripam consederunt / infra eum locum quinque milia passuum milia / et Corne-
lius consul secundum id fluminis castra applicuit / Inde mittendo in vicos Cenomanorum
brixiamque que caput gentis erat ut satis comperit non ex auctoritate seniorum iuven-
tutem in armis esse / Nec publico consilio Insubrium defectioni / Cenomanos se
adiunxisse / excitis ad se principibus id agere ac moliri cepit / ut desciscerent
ab Insubribus Cenomani et signis sublatis aut domos redirent aut ad
Romanos transirent / Et id quidem impetrare nequiit / In id fides data
consuli est ut in acie aut quiescerent / aut si qua etiam occasio fuisset Romanos
adiuvarent Hec ita convenisse Insubres ignorabant Suberat tamen
quedam suspicio animis labare fidem sociorum / Itaque cum in aciem eduxissent
neutrum his cornu committere / ausi / ne si dolo cessissent rem totam inclinarent /
post signa in subsidiis eos locaverunt / Consul principio pugne vovit aedem Sospite
Iunoni / si eo die hostes fusi fugatique essent / a militibus clamor sublatus compotem
voti consulem se facturos et impetus in hostes est factus / Non tulerunt
Insubres primum concursum / Quidam et a Cenomanis terga repente in ipso cer-
tamine aggressis tumultum ancipitem iniectum / auctores sunt Cesaque in medio quinque
et triginta milia hostium quinque et ducentos captivos in his Amilcarem poenum
imperatorem qui belli causa fuisset / Signa militaria et carpenta supra que
defectionem secuta erant Romanis se dediderunt / Minucius Consul primo effusis
populationibus peragraverat fines boiorum / Deinde ut relictis Insubribus ad
sua tuenda receperant sese / castris se tenuit / acie dimicandum cum hoste ratus Nec
boij detractassent pugnam ni fama Insubres victos allata animos fregisset Itaque
relicto duce castrisque / dissipati per vicos / sua quisque defendere / rationem belli
gerendi hosti mutarunt / Omissa enim Consul spe per unam dimicationem rei decernende
rursus populari agros urere tecta et expugnare vicos cepit / per eosdem
dies Clastidium incensum / Inde in ligustinos Iluates / qui soli non parebant / legi-
ones ducte / Ea quoque gens ut Insubres acie victos / boios ut temptare spem
certaminis metuerent territos / audivit / in dicionem venit / Littere Consulum a gal-
lia de gestis prospere sub idem tempus Romam allate / Marcus Sergius pre-
tor urbis in Senatu eas / Deinde ex auctoritate patrum ad populum recitavit / Sup-
plicatio in quadriduum decreta est / Hiems iam eo tempore erat / cum Titus Quin-
tius capta Elatia in phocide / ac locide hiberna disposita haberet / Opunte se-
ditio orta est / factio una Ethollos qui propiores erant altera Romanos ar-
cessebat / Eth› priores venerunt / Sed opulentior factio exclusis Ethollis missoque
ad imperatorem Romanum nuntio usque in adventum eius tenuit urbem / Arcem regi-
um tenebat presidium / neque ut descenderent inde aut Opuntiorum minis aut aucto-
ritate Consulis Romani perpelli potuerunt / Mora cur non extemplo ex-
pugnarentur ea fuit quod caduceator a rege venerat locum ac tempus

Brixia caput Cenomanorum

petens colloquio / id grauate concessu regi est. Nam cum caperet / Quinctius per se partim armis partim condicionibus confectum uideri bellum / Nec dum enim sciebat utrum successor sibi alter ex nouis consulibus mitteretur. At quod summa ui ut obtinerent / amicis et propinquis mandauerat / imperium prorogaretur Aptum autem fore colloquium credebat ut sibi liberum esset uel ad bellum manenti uel ad pacem redeunti rem inclinare / in sinum maleacum prope Niceam litus eligere / Eo rex a demetriade cum quinque lembis et una naue rostrata uenit / Erant cum eo principes macedonum et Acheorum exules. et uir insignis Cicliades / cum imperatore Romano / rex Aminander et Dionysidorus Attali legatus et Agesimbrotus prefectus Rhodie classis / et phaneas princeps etholorum / et Achei duo Aristenus et Zenophon / Inter hos Romanus extremum litus progressus cum rex in proram nauis in ancoris stantis processisset / commodius inquit si terra egrederis, et ex propinquo dicamus inuicem audiamusque Cum rex facturum se id negaret / Quem tandem inquit Quinctius times / Ad hoc ille superbe et regio animo neminem inquit timeo / preter deos immortales / Non omnium autem credo fidei quos circa te uideo / atque omnium minime Etholis / Istud quidem ait Romanus par omnibus periculum est / qui cum hoste ad colloquium congrediuntur si nulla fides sit / Non tamen inquit rex Quincti tite par perfidie premium est / si fraude agatur / Philippus et phaneas neque enim eque difficulter etholi pretorem alium ac macedones regem in meum locum substituerant / Secundum hec silentium hoc fuit cum Romanus equum eum censeret priorem dicere / qui petisset colloquium / rex eius esse priorem orationem qui daret pacis leges / non qui acciperet / Tum Romanus simplicem suam orationem esse / Ea enim se dicturum que ni fiant / nulla sit pacis condicio / Deducenda ex omnibus Grecie ciuitatibus regis presidia esse / captiuos et transfugas esse / sociis populi Romani reddendos restituendos. Romanis ea Illirici loca / que post pacem in Epiro factam occupasset / Ptholomeo regi Egipti reddendas esse urbes / quas post philopatoris ptholomei mortem occupasset Suas populique Romani condiciones has esse / ceterum et sociorum audiri postulata / equum esse / Attali regis legatus / naues captiuosque que ad Chium naualis prelio capta essent et in Cephoro Veneris templum que spoliasset euastasset pro incorruptis restitui / Rhodiique Cyrena regio est continentis aduersus insulam uetustate eorum dicionis repetebant / postulabantque presidia / deduci a Iaso et ab Argylis et euromensium urbe et in Ellesponte Sesto atque Abido et Perinthum Bizantiis in antiquam formulam iuris restitui / et liberari omnia Asie Emporia portusque / Achei Corinthum et Argos repetebant / preter etholorum Damasenum / eadem ferme Romani ut Grecia decederetur postulasset / redderenturque etholis urbes que quondam aut iuris aut dicionis eorum fuissent / Excepit orationem eius princeps etholorum Alexander uir ut inter etholos facundus / Iam diu se reticere ait / non quo quicquam agi putet eo colloquio sed / ne quem sociorum dicentem interpellet / neque de pace cum fide philippum agere / neque bella uera uirtute umquam gessisse / In colloquiis insidiari et captare / in bello non congredi equo campo neque signis collatis dimicare / sed refugientem incendere ac diripere urbes et uincentium premia uictis corrumpere / At non antiquos Macedonum reges sed uincere bellare solitos / urbibus parcere / quanto possent / quo opulentius imperium haberent / Nam de quorum possessione dimicetur tollentem nihil sibi preter

bellum reliquere / quod consilium esse / plures priore anno sociorum urbes in Thes:
salia vastas se Philippum quam omnes / qui umquam hostes Thessaliae fuerunt / ipsis quoque
Etholis tum plura sociorum quam hostem ademisse — Lisimachiam pulso p
tore et presidio Etholorum occupasse / Cium [illegible] / item sue dicionis urbem fundi
tus evertisse ac delesse / Eadem fraude habere eum Thebas Phthias et Ehinum La
rissam et Pharsalum / Motus oratione Alexandri Philippus / navem ut
exaudiretur propius terram applicuit / orsusque eum dicere in Etholos maxime violen
ter / Phaneas interfatur / Non in verbis rem verti ait / aut bello vincendum / aut
melioribus parendum esse / Apparet id quidem inquit Philippus etiam — ex eo iocatus
invaliditudinem oculorum Phanee et erat dicacior natura — quam regem — de:
ceret / Et ne in seria quidem risu satis temperans se indignari cepit inde
Etholos tamquam Romanos decedi / Grecos Apodotasque et Amphilocos + que
permagna eorum pars fuit sit / Grecia non esse / an quod ab eorum sociis non abs
tinerim iustam querelam habent / cum ipsi pro lege hunc morem antiquitus servet.
ut adversus socios / ipsi suos publica tamen cum auctoritate dempta iuventute militare
re sinant et contrarie persepe acies in utraque parte Etholica — auxilia ha
beant Neque ego Chium pugna sed prius iam sociorum et amicum pugnante adiuvi et
Lisimachiam a [illegible] tracibus vindicavi Et quia me necessitas ad hoc bellum a custo
dia eius avertit / traces habent Etholis hec / Attalo autem Rhodiisque nichil iure de
beo Non enim a me sed ab illis principium belli ortum est / Romanorum autem honoris
causa / Epirea / Rhodyis / et naves Attalo cum captivis qui comparebunt restituam / Nam
quod ad Niceforum Veneris templi restitucione attinet quod ea restitui postulantibus
respondeam / nisi quo uno modo licet plures esse restitui possunt cura impensisque
restauracionis prestantium / Quoniam hec inter se reges postulare et respondere
placet / Extrema enim responsio adversus Acheos fuit in qua orsus ab Antigonis
primum suis deinde adversus erga gentem eam meritis / recitari eorum decreta iussit
omnes divinos humanosque honores complexa atque eis adiecit recens de exitu quo
ad se descivissent / invectusque graviter in perfidiam eorum / agros tamen se hys red:
diturum dixit / De Corintho cum imperatore Romano deliberatum esse / quesiturum simul
ab eo hys ne urbibus decesse decedere / se enim censeat / quas a se captas iure
belli habeat an hys etiam quas a maioribus suis accepisset / Parantibus
Acheis Etholisque ad ea respondere / cum prope occasum sol esset dilato in posterum
die colloquio / Philippus in stacione ex qua profectus erat / Romani sociique eius in
castra redierunt / Flaminius postero die ad Niceam / id enim locus placuerat ad sta
tutum tempus venit / Philippi vero nullus usquam nec nuncius ab eo per aliquot horas
veniebat et iam desperantibus venturum repente / apparuerunt naves / Atque ipse
cum tam gravia et indigna imperarentur / inopem consilii / diem se consumpsisse deli
berando aiebat / Volgo credebatur de industria rem in serum tractam ne tempus da
ri possit Acheis Etholisque ad respondendum et eam opinionem ipse affirmavit / peten:
do ut submotis alys ne tempus altercando tereretur et aliquis finis rei imponi pos
set / cum ipso imperatore Romano liceret sibi loqui / Id primo non acceptum / ne excludi
colloquio viderentur / Socii deinde cum haud absisteret petere / ex omnium consilio Ro
manus imperator / quom [illegible] preferto Claudio tribuno militum ceteris submotis ad ex
tremum litus processit / Rex cum duobus quos pridie adhibuerat inter [illegible] est egressus
Ibi cum aliquandiu secreto locuti essent / que acta ad suos Philippus retulerit /

ad grecia iubere quibus finibus grecia sit dicere non posset ipsius enim Etholie

mirum apertius est. Quinctius haec retulit ad socios Romanorum. Cedere tota Illyrici
ora, perfugas remittere, et si qui sint captivi, Attalo naves et cum his captos
navales socios, et Rhodiis regionem quam Peream vocant reddere; Thebas non red-
dere. Achaeis non Argis modo sed etiam Corintho cessurum. Nulli omnium placere par-
tium quibus aut cessurus aut non cessurus esset destinatio; plus enim amitti in his
quam acquiri, nec umquam nisi tota deduxisset Graecia praesidia causas certaminum deponere.

Cum haec toto ex consilio certatim ab omnibus vociferaretur, ad Philippum quasi procul
stantem vox est perlata. Itaque a Quinctio petit ut rem totam in posterum diem dif-
ferret; profecto aut persuasurum se aut persuaderi sibi passurum. Litus ad Thronium
colloquio destinatur. Eo mature conventum est. Ibi Philippus primum et Quinctium
et omnes qui aderant rogare ne spem pacis turbare vellent; postremo peteret
tempus quo legatos Romam ad senatum mittere posset: aut his condicionibus se
pacem impetraturum aut quascumque senatus dedisset pacis leges accepturum. Id ce-
teris haudquaquam placebat. Nec enim aliud quam moram et dilationem ad colligendas
vires quaeri. Quinctius id verum futurum dicere, si tempus et aestas rerum gerendarum
esset. Nunc hieme instante nihil amitti dato spatio ad legatos mittendos. Nam
neque sine auctoritate senatus quicquam eorum ratum fore quae cum rege ipsi pepi-
gissent, et explorari dum bello necessariam quietem ipsa hiems daret senatus
auctoritatem posse. In hanc sententiam et ceteri sociorum principes consenserunt. Indu-
tiisque datis in duos menses et ipsos mittere singulos legatos ad docendum se-
natum ne fraude regis caperetur placuit. Additum indutiarum pacto ut regia prae-
sidia Phocide ac Locride extemplo deducerentur. Et ipse Quinctius cum sociorum lega-
tis Amynandrum Athamanum regem in speciem legationis adduceret et Q. Fabium
uxoris Quincti sororis filius erat, et Q. Fulvium et Appium Claudium misit.
Ut ventum Romam est, prius sociorum legati quam regis auditi sunt. Cetera eorum ora-
tio regis conviciis consumpta est. Moverunt eo maxime senatum demonstrando
maris terrarumque regiones eius situm ut omnibus appareret si Demetriadem in
Thessalia, Calcidem in Euboea, Corinthum in Achaia rex teneret non posse libe-
ram Graeciam esse, et ipsum Philippum non contumeliosius quam verius compedes eas Grae-
ciae appellare. Legati deinde regis intromissi quibus longiorem exorsis oratio-
nem brevis interrogatio, cessurusne his tribus urbibus esset, sermonem incidit,
cum mandati sibi de his nominatim negarent quicquam. Sic infecta pace regii di-
missi; Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permissum. Quod ut satis apparu-
it non taedere belli senatum et ipse victoriae quam pacis avidior neque colloquium
postea Philippo dedit neque legationem aliam quam quae omni Graecia decedi nuncia-
ret admissurum dixit.

Philippus cum acie decernendum videret et
undique ad se contrahendas vires, maxime de Achaiae ur-
bibus regionis ab se diversae et magis tamen de Argis quam de Corintho sol-
licitus, optimum ratus Nabidi eam Lacedaemoniorum tyranno velut fiduciariam da-
re ut victori sibi restitueret, si quid adversi accidisset ipse haberet, Philo-
cli qui Corintho Argisque praeerat scribit ut tyrannum ipse conveniret. Philo-
cles praeterquam quod iam veniebat cum munere, adicit ad pignus futurae regi cum ty-
ranno amicitiae filias suas regem Nabidis filiis matrimonio coniungere
velle. Tyrannus primo negare aliter urbem eam accepturum nisi Argivorum ipsorum
decreto accersitus ad auxilium urbis esset. Deinde ut frequenti contione non

aspernatos modo sed abhominatos etiam nomen tyranni audivit, causam se spoliandi eos nactum, tradere ubi vellet urbem Philoclem iussit. Nocte ignaris omnibus acceptus in urbe est tyrannus; prima luce occupat omnia superiora loca, porteque clause. Paucis principum inter primum tumultum elapsis, eorum absentium direpte fortune; presentibus argentum aurumque ablatum, pecunie imperate ingentes. Qui non cunctanter contulere sine contumelia et laceratione corporum dimissi; quos occulere aut retrahere aliquid suspitio fuit, in servilem modum lacerati atque extorti. Contione inde advocata rogationem promulgavit, unam de tabulis novis, alteram de agro viritim dividundo, duas faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam. Postquam in dicione sua Argivorum civitas erat, nichil eius memor tyrannus a quo eam civitatem et in quibus condicionibus accepisset, legatos Elatiam ad Quinctium et Attalum Egine hibernantem mittit, qui nuntiarent Argos in sua potestate esse. Eo si veniret Quinctius ad colloquium, non diffidere sibi omnia cum eo convenientia. Quinctius ut eo quoque presidio Philippum nudaret, cum dixisset se venturum, mittit ad Attalum ut ab Egina Sicionem sibi occurreret. Ipse ab Anticira decem quinqueremibus quas iis forte diebus L. Quinctius frater eius adduxerat ex hybernis Corcire Sicionem transiit. Iam ibi Attalus erat, qui cum tyranno ad Romanum imperatorem, non Romano ad tyrannum eundem diceret, in sententiam suam Quinctium traduxit ne in urbem ipsam Argos iret. Haud procul urbe Mycenica vocatur in eo loco ut congrederentur convenit. Quinctius cum fratre et tribunis militum paucis, Attalus cum regio comitatu, Nicostratus Acheorum pretor cum auxiliaribus paucis venit. Tyrannum ibi cum omnibus copiis opperientem invenerunt. Progressus armatus cum satellitibus armatis est in medium fere interiacentis campi; inermis Quinctius cum fratre et duobus tribunis militum, inermi item regi pretor Acheorum et unus ex purpuratis latus cingebant. Initium sermonis ab excusatione tyranni ortum, quod armatus ipse armatisque septus, cum inermes Romanum imperatorem regemque cerneret, in colloquium venisset. Neque enim se illos timere dixit, sed exules Argivorum. Inde ubi de condicionibus amicitie ceptum agi est, Romanos duas postulare res, unam ut bellum cum Acheis finiret, alteram ut adversus Philippum mitteret secum auxilia. Ea se missurum dixit; pro pace cum Acheis indutie impetrate donec bellum cum Philippo finiretur. De Argis quoque disceptatio ab Attalo rege est nata, cum fraude Philoclis proditam urbem vi ab eo teneri argueret. Ille ab ipsis Argivis ut se defenderet accitum. Contionem rex Argivorum postulabat ut id sciri posset. Nec tyrannus abnuere, sed deductis ex urbe presidiis liberam contionem non immixtis Lacedemoniis declaraturam quid Argivi vellent preberi debere dicebat rex. Tyrannus negavit deducturum. Hec disceptatio sine exitu fuit. De colloquio discessum, sexcentis Cretensibus a tyranno datis Romano, indutiisque inter Nicostratum pretorem Acheorum ac Lacedemoniorum tyrannum quatuor mensium factis. Inde Quinctius Corinthum est profectus et ad portam cum Cretensium cohorte accessit, ut Philocli prefecto urbis appareret tyrannum a rege desisse. Philocles et ipse ad imperatorem Romanum in colloquium venit, hortantique ut extemplo transiret urbemque traderet ita respondit ut distulisse rem magis quam negasse videretur. A Corintho Quinctius Anticiram venit; inde fratrem ad temptandam Acarnanum gentem misit. Attalus ab Argis Sicionem est profectus. Ibi et civitas novis honoribus veteres regis honores auxit, et rex ad id quod sacrum Apollinis agrum grandi quondam pecunia redimerat

istam quoque ne sine aliqua munificentia preteriret civitatem socia atque amica decem talentum argenti dono dedit / et decem milia modium frumenti atque ita Cen
creas ad naves redit / Et Onabis firmato regio presidio Argis / lacedemonem
ingressus / cum ipse viros spoliasset ad feminas spoliandas / vxorem argos remi
sit / Ea nunc singulas illustres / nunc simul plures / genere inter se iunctas / domum ac
cersendo blandiendoque ac minando non auro modo / his postremo vaste quoque
mundumque omnem muliebrem ademit / . Secundus liber finit . quartus incipit . textus deest qui
nusquam invenitur

mundus mulierbus

Inter bellorum magnorum haud dum vix finitorum aut immi
nentium curas intercessit res parva dictu
sed que studiis in magnum certamen excessit / Marcus fundanius lu
cius et lucius valerius Tribuni plebis ad plebem tulerunt de Oppia
lege abroganda Tulerat eam marcus oppius tri. ple. / Quinto fabio tito Sempro
nio Consulibus in medio ardore punici belli / ne qua mulier plus semunciam
auri haberet / neu vestimento versicolori uteretur / non iuncto vehiculo in urbe
oppidove aut propius inde mille passibus nisi sacrorum publicorum causa veheretur
. M. et Titus et Iunius Brutus Tribuni ple. legem oppiam tuebantur nec eam se
abrogari passuros dicebant Ad suadendum dissuadendumque multi Nobiles prodibant
Capitolium turba hominum favencium adversantiumque legi complebatur
Matrone nulla nec auctoritate nec verecundia nec imperio virorum contineri limi
ne poterant / omnes vias urbis aditusque in forum obsidebant / viros descendentes ad
forum orantes ut florente republica / crescente in dies privata omnium fortuna / matronis
quoque pristinum ornatum reddi paterentur / Augebatur hec frequentia mulierum in di
es / Nam etiam ex oppidis conciliabulisque conveniebant Iam et Consules pretoresque et
alios magistratus adire et rogare audebant / Ceterum minime exorabilem alterum
utique consulem M. porcium Catonem habebant qui pro lege que abrogabatur ita
disseruit / Si in sua quisque nostrum matre familie / Quirites et maiestatem vi
ri retinere instituisset / minus cum universis feminis negocii haberemus / Nunc domi
victa libertas nostra / impotentia muliebri / hic quoque in foro obteritur et quia singulas
non continuimus / universas horremus / Equidem fabulam et rem fictam di
cebam esse / virorum omne genus in aliqua insula coniuratione muliebri ab stirpe / subla
tum esse / a nullo genere / non summo periculo est / si cetus et consilia et secre
tas consultationes esse sinas Atque vix statuere / apud animum meum possum / utrum
peior ipsa res / an peiore exemplo agatur / quorum alterum ad nos Consules / reliquosque
magistratus alterum ad vos Equites magis pertinet / Nam utrum e republica sit nec
ne id quod ad vos fertur / vestra existimatione qui in suffragium ituri estis / Hec co
sternatio muliebris / sive sua sponte sive auctoribus vobis M. fundanie et L. va
lerio facta est / haud dubie ad culpam magistratuum pertinens / Nescio vobis Tribunis
seditionum adiuvistis / vobis sicut plebis quondam / sic nunc mulierum secessione
leges accipiende sunt / Equidem non sine rubore quodam paulo ante per medium
agmen mulierum in forum perveni / Quod nisi me verecundia singularum magis maiesta
tis et pudoris quam universarum tenuisset / ne compellate a Consule viderentur dixis
sem / Qui hic mos est in publicum procurrendi / obsidendi vias / et viros alienos
appellandi / Istud ipsum suos quoque domi rogare non potuistis An blandiores in
publico quam in privato Et alienis quam vestris estis / Quamquam ne domi quidem

Lex opia que sit
et quando lata

non legem pro mulieribus utilem
et bonum esse eam
practicari

non est mirum feminas ista
petiisse quia textus est in 4.
pro mulieres et scolares contra
statuta communitatis istud
novum p d. v.

Oratio Cathonis pro lege
oppia

An consulibus magis sit deformis
feminas iam ad gratiam tribuendas

nos si sui iuris matronas finibus contineret pudor / que leges hic rogarentur
abrogarenturve curare decuit / Maiores nostri nullam ne privatam quidem rem
agere foeminas sine auctore voluerunt / in manu esse parentum fratrum virorum
/ Nos si dijs placet iam etiam rempublicam capessere eas patimur et foro quoque
et contionibus et comitiis immisceri / Quid enim nunc aliud per vias et compita fa-
ciunt quam rogationem tribunorum plebis suadent / Alii legem abrogandam censent / Date
frenos impotenti nature et indomito animali / desperate ipsas modum licentie factu-
ras nisi vos facietis / Minimum hoc eorum est quo iniquo animo femine sibi aut
moribus aut legibus iniuncta patiuntur omnium rerum libertatem immo licentiam si ve-
re dicere volumus desiderant / Quid enim si hec expugnaverint non temptabunt
Recensete omnia muliebria iura quibus licentiam earum alligaverunt maiores vestri
per quemque subiere viris / quibus omnibus constrictas vix tamen eas continere po-
testis / Quid si carpere singula et extorqueri et equari ad extremum viris patiemini
tollerabiles vobis eas fore creditis / Extemplo simul pares esse ceperint
superiores erunt / At hercule ne quid novum in eas rogetur recusant non ius sed in-
iuriam deprecantur / Immo ut quam accepistis / iussistis suffragiis legem vestris / quam
usu tot annorum et experiendo comprobastis / hanc ut abrogetis id est ut unam
tollende legem ceteras infirmetis / Nulla lex satis commoda omnibus est / id modo que-
ritur si modo maiori parti et in summam prodest / si quod cuique privatim
officiet ius id destruet ac molietur / Quid attinebit universos rogare leges quas
mox abrogare in quos late sunt possunt / Volo tamen audire quid sit propter quod
matrone consternate procucurrerunt in publicum ac vix in foro se et contione
abstineant / ut captivi ab hanibale redimantur / parentes viri liberi fratres earum
procul absit / absitque semper talis fortuna reipublice / Sed tamen cum fuit negastis hoc piis
precibus earum / At non pietas nec sollicitudo pro suis / sed religio congregavit eas
et matrem ydeam pessinunte ex frygia venientem acceptura sunt / Quid hones-
tum dictu / saltem seditioni pretenditur muliebri / ut auro et purpura fulgeant
ut carpentis festis profestisque diebus velut triumphantes de lege victa et ab-
rogata et captis et ereptis suffragiis vestris per urbem vectentur / ne ullus modus
sumptibus ne luxurie sit / Sepe me querentem de feminarum sepe de virorum nec
de privatorum modo sed etiam magistratuum sumptibus / audistis diversisque duobus
vitiis avaritia et luxuria civitatem laborare / que pestes omnia magna
imperia everterunt / Hec ego quo melior letiorque in dies fortuna reipublice est / imperi-
umque crescit etiam in greciam asiamque transcendimus / omnibus libidinum illecebris reple-
tas et regias etiam attrectamus gazas / eo plus horreo / ne ille magis res nos
ceperint quam nos illas / Infesta mihi credite signa / a Syracusis illata sunt / huic
urbi / Iam nimis multos audio Corinthi et Athenarum ornamenta laudantes
mirantesque / et ante fixa fictilia deorum Romanorum ridentes / Ego hos malo pro-
pitios deos / sed ita spero futuros si in suis manere sedibus patiemur / Patrum
nostrorum memoria per legatum Cineam pirrhus non virorum modo sed etiam mulierum a-
nimos donis temptavit / Nondum lex oppia ad coercendam luxuriam muliebrem
lata erat / tamen nulla accepit / Quam causam fuisse censetis / eadem fuit / que
maioribus nostris nichil de hac re legem sanciendi / Nulla erat luxuria que
coerceretur / Sicut ante morbos necesse est cognitos esse quam remedia eorum / sic
cupiditates priores sunt quam leges / que hiis modum facerent / Quid legem liciniam

compita

Nõ

Cineas legatus pirri

lex Licinia

extaret de quingentis iugeribus / nisi ingens cupido agros continuandi / Quid legem
Cinciam de donis et muneribus / nisi quia vectigalis iam et stipendiaria plebs
esse senatui ceperat / Itaque minime mirum est nec oppiam nec ullam tunc aliam legem de-
sideratam esse / que modum sumptibus mulierum faceret / cum aurum et purpuram data
et oblata ultro non accipiebant / Si nunc cum illis donis Cineas urbem circuiret
et stantes in publico invenisset / qui acciperent atque ego nonnullarum cupiditatum
ne causam quidem aut rationem inire possum / Nam ut quod alii liceat tibi non li-
cere aliquid fortasse naturalis aut pudoris aut indignationis habet / sic equato
omnium cultu / quod unaquaeque vestrum veretur ne in se conspiciatur / pessimus qui-
dem pudor est vel parsimonie vel paupertatis sed utrumque lex vobis demit cum
id quod habere non licet non habetis / Hanc inquit ipsam exequationem non fero
illa locuples cur non insignis auro et purpura conspicior / cur paupertas aliarum
sub hac legis specie latet / et quod habere non possunt / habiture si liceret fuisse
videantur / Vultis hoc certamen uxoribus vestris inicere Quirites / ut divites
habere velint / id quod nulla alia possit / pauperes ne ob hoc ipsum con-
temnantur supra vires se extendant / ne simul pudere quod non oportet ceperit
/ quod oportet non pudebit / quod de suo poterit parabit / que non poterit virum
rogabit / Miserum illum virum et qui exoratus / et qui non exoratus erit / cum quod ipse
non dederit / datum ab alio videbit / Nunc vulgo alienos viros rogant et quod maius
est legem et suffragia rogant / et a quibusdam impetrant / adversus te et rem tuam esse
et liberos tuos exorabiles / simul lex modum sumptibus tuis facere desierit tu numquam facies
Nolite eodem loco existimare futuram rem quo fuit ante quam lex de eadem ferretur
et hominem improbum non accusari tutius est quam absolvi / et luxuria non mota tolle-
rabilior esset quam erit / Nunc ipsis vinculis sicut fere bestie irritate deinde
emisse / Ego in illo loco abrogandam legem oppiam censeo / vos quod faxitis deos
omnes fortunare velim /

Post Hec tribuni quoque plebes qui se interces-
suros professi erant cum pauca in eandem sententiam adiecissent / tum lu-
cius valerius prorogatione a se promulgata ita disseruit / Si privati tantum-
modo / ad suadendum dissuadendumque id quod a nobis rogatur processissent / ego quoque
cum satis dictum pro utraque parte existimarem tacitus suffragia vestra expectassem /
Nunc cum vir gravissimus consul M. porcius / non auctoritate solum sed oratione etiam
longa et accurata insectatus sit rogationem nostram / necesse est paucis respondere.
Qui tamen plura verba in castigandis matronis quam in rogatione nostra dis-
suadenda consumpsit / et quidem ut in dubio poneret utrum id quod reprehen-
deret matrone sua sponte an nobis auctoribus fecissent rem defendam non
nos in quos iecit magis hoc consul verbotenus quam ut re simularet / Cetum et sedi-
tionem et interdum secessionem muliebrem appellavit / quod matrone in publicum vos
rogassent / ut legem in se datam per bellum temporibus duris / in pace flore-
ti ac beata rep. abrogaretis / verba magna que rei augende causa conquirantur
et hec et alia esse scio / Et M. Catonem oratorem non solum gravem sed interdum
etiam trucem esse scimus omnes / cum ingenio sit mitis / Nam quid tandem novi ma-
trone fecerunt quod frequentes ad se pertinente in publicum processerunt / numquam
ante hoc tempus in publico apparuerunt / Tuas adversus te origines revol-
vam / accipe quotiens id fecerint / Equidem semper bono publico / regnante Ro-
mulo cum capitolio a Sabinis capto / medio in foro signis collatis dimicare-

[margin:] nullo
[margin:] pressissent
[margin:] in causa

tur/ nonne intercursu matronarum inter acies duas prelium sedatum est/ Quid regi-
bus exactis cum Coriolano Marcio duce legiones Volscorum castra ad quintum
lapidem posuissent nonne id agmen quo obruta hec urbs esset averterunt/ Iam
urbe capta a gallis aurum quo redempta urbs est nempe matrone consen-
su omnium in publicum contulerunt/ proximo bello ne iam antiqua repetam/ non-
ne et cum pecunia opus fuit/ pecunie viduarum adiuverunt erarium/ Et cum dii quoque
novi ad opem ferendam/ dubiis ferendis rebus accerserentur/ matrone universe ad
mare profecte sunt/ ad matrem Ideam accipiendam/ Nec mihi causas equare
propositum est/ nihil novi factum purgare satis est/ Ceterum quod in rebus ad omnes pa-
riter viros feminasque pertinentibus fecisse eas nemo miratus est
in causa proprie ad ipsas pertinente miramur fecisse/ Quid autem
Superbas mehercule aures habemus si cum domini servorum non fastidiant preces
nos rogari ab honestis feminis indignamur/ Venio nunc ad id de quo
agitur in quo duplex consulis oratio fuit/ Nam et legem ullam omnino abro-
gari est indignatus/ et eam precipue legem que luxurie muliebris coercende
causa lata est/ et illa communis pro legibus visa consularis oratio est/ et hec adversus
luxuriam severissimis moribus conveniebat/ Itaque periculum est/ nisi quid in utraque
re vani sit/ docuerimus/ ne quid vobis effundatur/ Ego enim quemadmodum ex his
legibus que non in tempus aliquod perpetue utilitatis causa in eternum lata
late sunt nullam abrogari debere fateor/ nisi quam aut usus coarguit aut status
aliquis rei publice inutilem fecit/ Sic quas tempora aliqua desideraverunt leges
mortales ut ita dicam/ et temporibus ipsis mutabiles esse video/ Que in pace ./ mutabiles
late sunt plerumque bellum abrogat/ que in bello pax ut in navis administratione +
aliqua/ alia in secunda/ alia in adversa tempestate usui sunt/ Hec cum ita natu-
ra distincta sint/ ex utro tandem genere ea lex esse videtur quam abroga-
mus/ Quid vetus regia lex sit cum ipsa urbe nata/ aut secundum esse a decemviris a decemviris
ad condenda iura creatis in duodecim tabulis scripta/ sine qua cum maiores
nostri non existimaverint matronale decus posse servari/ nobis quoque
verendum sit/ ne cum ea pudorem sanctitatemque feminarum abrogemus/ Quis igitur
nescit novam istam legem esse Q. Fabio et Tito Sempronio consulibus viginti
ante annos latam sine qua cum per tot annos matrone optimis moribus morib9
vixerint quod tandem ne abrogata ea effundantur ad luxuriam periculum est/ Nam
si ista lex ideo lata esset/ ut finiret libidinem muliebrem verendum foret
ne abrogata incitaret/ Cur autem lata sit ipsum indicabit tempus/ Hanibal in
Italia erat victor ad Cannas/ iam Tarentum/ iam Arpos/ iam Capuam ha-
bebat/ ad urbem Romam admoturus videbatur exercitum/ defecerant socii/ non mili-
tes in supplementum/ non socios navales ad classem tuendam/ Non pe-
cuniam in erario habebamus/ servi quibus arma darentur/ ita ut precium pro
his bello ex perfecto dominis solveretur emebantur/ In eodem die pecunie frumentum et
cetera que belli usus postulabant prebenda/ publicani se conducturos professi
erant servos ad remum numero ex censu constituto cum stipendio nostro daba-
mus/ Aurum et argentum omne a senatoribus eius rei initio orto in publicum con-
ferebamus/ Vidue et pupilli pecunias suas in erarium deferebant/ Cautum
erat ne plus auri et argenti facti/ quo ne plus argenti signati et eris do-
mi haberemus/ tali tempore in luxuria et ornatu matrone occupate erant

No[ta] p[ro] toto tangit res n[ost]ras

ut ad eam coercendam lex Oppia desiderata sit / Cum quia Cereris sacrifi-
cium lugentibus omnibus matronis intermissum erat / Senatus luctum fieri
triginta diebus iussit ut non appareret inopia et miseria civitatis / Et
quia omnium privatorum pecunie in usum publicum vertende erant / istam legem
scripsisse tam diu mansuram / quam diu causa scribende legis mansisset Nam si que
tunc temporis causa decrevit Senatus aut populus iussit in perpetuum serva-
ri oportet / Cur pecunias reddimus privatis Cur publica presenti pecunia lo-
camus / Cur servi qui militent non emuntur / Cur privati non damus remiges /
sicut tunc dedimus / Omnes alii ordines / Omnes homines mutationem
in meliorem partem rei sentient / Ad coniuges tantum vestras pacis et tranquil-
litatis publice fructus non perveniret / purpura viri utemur / pretextati in ma-
gistratibus / in sacerdotiis / liberi nostri pretextis / purpura toga utentur /
in magistratibus in Coloniis Municipiisque toge pretexte habende ius est / Nec
id ut vivi solum habeant tantum insigne. sed etiam ut cum eo crementur
mortui / Foeminis duntaxat purpure usum ~~ interdicimus et cum tibi
viro liceat purpura et veste stragula uti / matrem familias tuam purpureum
amiculum habere non sines / Et equus tuus speciosius instratus erit quam uxor
vestita / Sed in purpura que teritur absumitur / In hiis iniustam quidem sed aliquam
tamen causam tenacitatis video / In auro vero / in quo preter manus precium nihil
detrimenti fit / que malignitas est / presidium potius in eo est / et ad publicos
et ad privatos usus sicut experti estis multa emulatione inter se singula-
rum / quum nulla haberet ~~ aiebat / At hercule universis dolor et indignatio
est / cum sociorum latini nominis uxoribus vident ea concessa ornamenta / que sibi
adempta sunt / Cum insignes eas esse auro et purpura Cum illas urbe per
urbem se pedibus sequi tamquam in illarum Civitatibus / non in sua imperium sit
/ viroris / hoc animos vulnerare posset / quid muliercularum censetis / quas etiam par-
va movent nec magistratus nec sacerdotia / nec Triumphi nec insignia nec do-
na nec spolia bellica / hiis contingere possunt / munditie et ornatus et cultus
hec foeminarum insignia sunt / hiis gaudent eo gloriantur / hunc mundum mu-
liebrem appellarunt maiores nostri / quid aliud in luctu quam purpuram atque aurum
deponunt / quid cum luxerunt sumunt / quid in gratulationibus supplicationibusque
nisi excellentiores ornatus adiciunt / Si legem Oppiam abrogaveritis non vestri ar-
bitrii erit si quid eius vetare volueritis / quod nunc lex vetat / Minus fide
~~ uxores etiam quibusdam in manu erunt / Numquam salvis suis exuitur
servitium muliebre / et ipse libertatem quam viduitas et orbitas facit detestan-
tur / In vestro arbitrio suum ornatum quam in legis malunt esse / ut vos in manu et
tutela non in servitio debetis habere eas. et malle patres vos aut viros
quam dominos dici / Invidiosis nominibus utebatur nunc Consul seditionem muliebrem et
secessionem appellando / Id enim periculum est. ~ ne sacrum montem sicut quondam ira-
ta plebs aut aventinum capiant / Compatiendum huic infirmitati est / quodcumque
vos censueritis / quo plus potestis eo moderatius imperio uti debetis / Hec
cum contra legem proque lege dicta essent aliquanto maior frequentia mulierum
postero die sese in publicum effudit / Unoque agmine omnes Tribunorum ianuas
obsederunt qui collegarum rogationi intercedebant / Nec ante abstiterunt
quam remissa intercessio a Tribunis est / Nulla deinde dubitatio fuit quin omnes

No[ta]

No[ta]

Hec

tribunis legem abrogarent / Annos post viginti abrogata est quam lata / M. Porcius
Consul postquam abrogata lex Oppia est extemplo viginti quinque navibus longis quarum
quinque sociorum erant / ad Lune portum profectus / eodem exercitum iusso et edicto per
ora maritima iusso navibus omnis generis contractis / a Luna proficiscens e
dixit ut ad portum Pyrenei sequerentur / inde se frequenti classe ad hostem iturum
/ Praetervecti Ligustinos montes / sinumque Gallicum ad diem quam edixerat convenerunt
inde Rhodam ventum et presidium Hispanorum quod in castello erat vi deiectum / A
Rhodamo secundo vento / Emporias perventum / ibi copie omnes preter socios navales
in terram exposite / Iam tunc Emporie duo oppida erant muro divisa / unum Greci ha
bebant a Phocea unde et Massilienses oriundi erant / Alterum Hispani sed Grecum
oppidum in mare expositum toto orbe muri minus quadringentos passus patentem
habebat / Hispanis retractior a mari trium milium passuum in circuitu murus erat — divus Cezar
Tertium genus Romani coloni a divo Cesare post devictos Pompei liberos adiecti
nunc in corpus unum confusi / omnes Hispani prius / postremo et Greci in civitatem Romanam adsciti
[illegible] miraretur / qui tum cerneret aperto mari ab altera parte / ab altera His
panis tam fera et bellicosa genti obiectis / que res eos tutaretur / disciplina erat
custos infirmitatis / quam inter validiores optime timor continet / partem muri versam
in agros egregie munitam habebant / unam tantum in eam regionem portam impositam
cui ut assiduus custos aliquis ex magistratibus erat nocte / pars tertia civium in
muris excubabant / Neque moris tantum aut legis causa sed quanta si hostis ad por
tas esset et servabant vigilias et circumibant cura / Hispanum neminem in urbem recipi
ebant nec ipsi quidem temere urbe excedebant / ad mare patebat omnibus exitus / Por
ta ad Hispanorum versa oppidum nunquam nisi frequentes / pars tertia fere cuius pro
xima nocte vigilie in muris erant egrediebantur / Causa exeundi hec erat / Co
mercio eorum Hispani imprudentes maris gaudebant mercarique et ipsi ea que
externa navibus inveherentur et agrorum exigere fructus volebant / Huius mutui
usus desiderium ut Hispana urbs Grecis pateret faciebat / Erant etiam eo tutio
res quod sub umbra Romane amicitie laterent Quam sicut minoribus [illegible] viribus
Massilienses ita pari colebant fide / Tunc quoque Consulem exercitumque comiter ac benigne
acceperunt / paucos ibi moratus dies / Cato dum exploraret ubi et quante hostium co
pie essent / ut ne mora quidem segnis esset / omne id tempus exercendis militibus ab
sumpsit / Id erat forte tempus anni ut frumentum in areis haberent / Itaque redemp
toribus vetitis frumentum parare ac Romam dimissis bellum inquit profectus
ab Emporiis agros hostium urit vastatque / omnia fuga et terrore complet /

Eodem tempore Helvio decedenti ex ulteriore Hispania cum
presidio sex milium dato ab Appio proconsule / Claudio pretore Celtiberi ag
mine ingenti ad oppidum Iliturgim occurrunt / viginti milia armatorum fuisse Vale
rius scribit / duodecim milia ex his cesa / oppidum Iliturgi receptum et puberes
omnes interfectos / inde ad castra Catonis Helvius pervenit Et quia tuta
iam ab hostibus regio erat / presidio in ulteriore Hispania remisso / Romam est
profectus / et ob rem feliciter gestam ovans urbem ingressus est / Argenti infec — ovans
ti tulit in erarium decem quattuor milia pondo / septingenta et triginta duo et
signati bigatorum et viginti tribus / et oscensis argenti [illegible] triginta novem / Causa
negandi triumphi senatui fuit / quod alieno auspicio et in aliena provincia pugna
visset / Ceterum biennio post redierat / cum provincia quoque successori Minucio

haud

tradita / anno sequenti retentus ibi longo et gravi fuisset morbo / itaque duobus
mensibus modo ante Eluis / ovans urbem est ingressus / quam successor eius Minucius
triumpharet / Hic quoque tulit argenti pondo xxxiiii octingenta et bigatorum
lxxiii milia et oscensis argenti ducenta lxxviii / In Hispania interim con-
sul prope Emporias castra habebat / eo legati tres ab Ilergetum regulo Bilistage in
quibus unus filius eius erat convenerunt / querentes castella sua oppugnari / nec spem
ullam esse resistendi nisi presidium Romanum misisset / tria milia militum satis esse nec
hostes si tanta manus venisset mansuros / Ad ea consul tenere quidem se vel periculo eorum
vel metu dixit / sed sibi nequaquam copiarum tantum esse ut cum magna vis hostium haud
procul absit / et quam mox signis collatis dimicandum sit / in dies expectet · dividen-
do exercitu minuere tuto vires posset / Legati ubi hec audierunt flentes ad genua
consulis provolvuntur / orant ne se in rebus tam trepidis desereret / quo enim se
repulsos a Romanis ituros / nullos se socios / nihil usquam in terris aliud spei se
habere potuisse / extra id periculum esse si decedere fide si coniurare cum ceteris vo-
luissent / nullis minis nullis periculis semotos sperantes satis opis et auxilii sibi in
Romanis esse / id si nullum sit sibi a consule negetur / deos hominesque se testes facere
invitos et coactos se ne eadem que Saguntini passi sunt patiantur defecturos / et
cum ceteris potius Hispanis quam solos perituros esse / Et illo quidem die sic sine respon-
so dimissi / Consul nocte que insecuta est / anceps cura cogitare cepit / nolle deserere
socios / nolle minuere exercitum quod aut moram sibi ad dimicandum aut in dimicando pe-
riculum afferre posset / Stat sententia non minuere copias / ne quid interim hos-
tes inferant ignominie / sociis spem pro re ostendendam censet / Sepe vana pro

nō

veris in bello maxime valuisse / et credentem se aliquid auxilii habere per-
inde atque haberet / ipsa fiducia et sperando atque audendo servatum / Postero die
legatis respondit quamquam vereatur / ne suas vires aliis eas commodando minuat tamen
se illorum temporis ac periculi magis quam sui rationem habere / denuntiari militum par-
ti tertie ex omnibus cohortibus iubet / ut cibum quem in naves imponant mature
coquant / naves que in diem tertium expediri iussit / Duos ex legatis Bilistagi
atque Ilergetibus nuntiare ea iubet / filium reguli comiter habendo et muneribus
apud se retinet / legati non ante profecti quam impositos in naves milites viderent ·
id pro haud dubio iam nuntiantes non suos modo sed etiam hostes fama Romani
auxilii adventantis impleverunt / Consul ubi satis quod in speciem fuit os-
tentatum est / revocari ex navibus milites iubet / ipse cum iam tempus anni appeteret
quo ~~——~~ geri res possent castra hiberna mille passuum ab Emporiis posuit /
inde per occasionem nunc hac parte nunc illa modico presidio castris relicto
predatum milites in hostium agros educebat / nocte ferme proficiscebatur / ut et quam
longissime a castris procederent / inopinatos opprimerent / et ~~——~~ exercebat
ea res novos milites et hostium magna vis excipiebatur / nec iam egredi extra
munimenta castellorum audebant / Ubi satis admodum et hostium et suorum animos
est expertus / convocari tribunos prefectosque et equites omnes et centuriones
iussit / Tempus inquit quod sepe optastis venit / quo vobis potestas fieret vir-
tutem vestram ostendendi / Adhuc predonum magis quam bellantium militastis more /
/ Nunc iusta pugna hostes cum hostibus conferetis manus / Non agros inde po-
pulari / sed urbium opes haurire licebit / Patres nostri cum in Hispania Carthaginien-
sium et imperatores ibi et exercitus essent / ipsi nullum in ea militem haberent /

tamen addere hoc in foedere voluerunt, ut imperii sui hyberus fluvius esset et
finis. Nunc cum duo pretores — cum Consul cum tres exercitus Romani obtineant, Car
taginensium decem iam prope annis nemo in hys provinciis sit, imperium nobis citra
hiberum amissum est. Et hoc armis et virtute recuperetis oportet et nacionem re
bellantem magis temere quam constanter bellantem iugum quo se exuit accipere rur
sus cogatis. In hunc modum maxime adhortatus pronunciat se nocte ad castra
hostium ducturum. Ita ad corpora curanda dimissi. Nocte media, cum auspicio operam dedisset,
profectus, ut locum quem vellet priusquam hostes sentirent caperet, preter castra hostium
circumducit. Et prima luce acie — instructa sub ipsum vallum tres cohortes mit
tit. Mirantes barbari a tergo apparuisse Romanum discurrere ipsi ad arma. Interim
Consul apud suos nusquam nisi in virtute spes milites inquit et ego sedulo ne esset
feci. Inter nos et castra nostra medii hostes, a tergo ager est. Quod pulcher
rimum idem tutissimum est in virtute spem positam habere. Sub hec cohortes recipi
iubet, ut barbaros simulacione fuge eliceret. Id quod crediderant evenit. Pertimuis
se et cedere rati Romanos porta erumpunt et quantum inter castra sua et aciem
hostium relictum erat loci armatis complent. Dum — trepidant acie instruenda, Con
sul iam paratis ordinatisque omnibus incompositos aggreditur. Equites primo ab utroque
cornu in pugnam educit, sed in dextero extemplo pulsi cedentes trepidi etiam pediti terro
rem intulere. Quod ubi Consul vidit, duas cohortes delectas a dextro latere hostium
circumduci iubet et a tergo eos tendere priusquam concurrerent peditum acies. Is terror
obiectus hosti rem metu Romanorum equitum inclinatam equavit, tamen adeo turbati erant
dextere ale pedites equitesque ut quosdam Consul manu ipse reprehenderet verte
retque in hostes. Et quamdiu missilibus pugnatum est, anceps pugna erat etiam a dextra
parte unde terror et fuga ceperat egre Romanus restabat. A sinistro cornu et a
fronte urgebantur barbari et cohortes a tergo instantes pavidi respiciebant. Ut
emissis soliferreis phalarisque gladios strinxerunt, cum velut — redintegra
ta est pugna, non cecis ictibus procul ex improviso — vulnerabantur, sed pede
collato tota in virtute ac viribus spes erat. Fessos iam suos Consul ex secunda acie
subsidiariis cohortibus telis fatigatos adorti hostes primum acri impetu velut cuneo
perculerunt, deinde dissipatos in fugam averterunt, effusoque per agros cursu castra repete
bantur. Ubi omnia completa fuga vidit Cato, ipse ad secundam legionem que in subsidio
posita erat revehitur et signa pre se ferri pleno gradu ad castra hostium oppug
nanda succedere iubet. Si quis extra ordinem avidius procurrit et ipse inter equites
sparo percutit et tribunos centurionesque castigare iubet. Iam castra oppugnabantur
saxis, sudibus et omni genere telorum summovebantur a vallo Romani. Ubi recens ad
mota legio est, tum et oppugnantibus animus crevit et infensius hostes pro vallo pugnabant.
Consul omnia oculis perlustrat, ut qua minima vi resistitur ea parte irrumpat. Ad sinis
tram portam infrequentes videt. Eo secunde legionis principes hastatosque inducit.
Non sustinuit impetum eorum statio que porte opposita erat, et ceteri postquam intra vallum
hostem vident, ipsis castris exuti signa armaque abiciunt. Ceduntur in portis, ipsi suo
agmine in arto herentes. Secundani terga hostium cedunt, ceteri castra diripiunt. Vale
rius Antias supra xl milia hostium cesa eo die scribit. Cato ipse haud sane detractator
laudum suarum multos cesos ait, numerum non adscribit. Nichil deinde a victoria ces
satum. Cum receptui signo dato suos spoliis onustos in castra reduxisset, paucis ho
ris noctis ad quietem datis ad predandum in agros duxit effusis sic spar

[Margin:] strinxerunt

[Margin:] in pugnam inductis accendit. Nova acies facta integri recentibus

sed hostibus fuga predae fuit. Hec res nec minus quam pugna pridie adversa
Emporitanos Hyspanos Accolasque in deditionem compulit. Multi et aliarum civita-
tum qui Emporias perfugerant dediderunt se; quos omnes appellatos benigne do-
mos dimisit. Confestim inde castra movit, et quacumque incedebat agmine legati
dedentium sese civitates occurrebant. Et ad Tarraconem venit. Iam omnis cis Hy-
berum Hyspania perdomita erat. Captivique Romani et socii ac latini nominis variis ca-
sibus in Hyspania oppressi, donum consuli a barbaris reducebantur. **Fama**
deinde vulgatur consulem in Turdetaniam exercitum ducturum, et ad devios pro-
fectum montanos etiam falso perlatum est. Ad hunc vanum et sine auctore ullo rumo-
rem Bergistanorum civitates septem et castella defecerunt; eos deducto [illegible] exercitum
compulsos memorando prelio in potestatem redegit. Haud ita multo post eidem re-
gresso Tarraconem consule, priusquam inde quoquam procederet, defecerunt. Iterum subacti sed
non eadem venia victis fuit: sub corona venierunt omnes, ne sepius pacem sollicitarent. Inte-
rim proconsul populi Romani exercitu veteri quo ne minimo [illegible] cui successerat ac-
cepto adiuncto et a proconsule Claudio Nerone ex ulteriore Hyspania vetere
sive exercitu in Turditaniam proficiscitur. Omnium Hyspanorum maxime habentur Turdi-
tani imbelles; freti tamen multitudine sua obviam ierunt agmini Romano. Eques
immissus turbavit extemplo aciem eorum; pedestre prelium nullius ferme certaminis fuit;
milites veteres periti hostium bellique haud dubiam pugnam fecerunt. Nec tamen ea pugna
debellatum est; decem milia Celtiberum mercede Turduli asciverunt armisque parabant bellum.
Consul interim rebellione Bergistanorum ictus ceterasque quoque civitates ratus per occasio-
nem idem facturas, arma omnibus cis Hyberum Hyspanis ademit; quam rem adeo egre passi
ut multi mortem sibimetipsi consciscerent. Ferox genus nullam vitam rati sine armis esse.
Quod ubi consuli nunciatum est, senatores omnium civitatum ad se vocari iussit. Atque
eis "nostra" magis inquit "quam vestra refert vos non rebellare; siquidem id maiore Hyspanorum
malo quam exercitus Romani labore semper adhuc factum est. Id ne fiat uno modo arbi-
tror caveri posse si effectum erit ne possitis rebellare. Volo id quam mollissima via con-
sequi. Vos quoque in ea re consilio me adiuvate. Nullum libentius sequar quam quod vosmetipsi attule-
ritis." Tacentibus se ad deliberandum paucorum dierum spatium dare dixit. Cum revocati
in quoque secundo consilio tacuissent, uno die muris omnium dirutis, ad eos qui nondum
parebant profectus, ut in quamque regionem venerat, omnes qui circa incolebant populos
in deditionem accepit. Segesticam tantum gravem atque opulentam civitatem vineis et pluteis
cepit. Eo maiorem habebat difficultatem in subigendis hostibus quam qui primi venerant
in Hyspaniam quod ad illos tedio imperii Carthaginiensium Hyspani deficiebant; huic
ex usurpata libertate in servitutem velut asserendi erant, et ita mota omnia accepit
ut alii in armis essent, alii obsidione ad defectionem cogerentur, nec nisi in tempore sub-
ventum foret, ultra sustenturi fuerint. Sed in consule ea vis animi atque ingenii fuit ut
omnia maxima minimaque per se adiret atque ageret, nec cogitaret modo imperaretque que i-
n rem essent sed pleraque ipse per se transigeret, nec in quemquam omnium gravius severiusque quam in semet
ipsum imperium exerceret. — Parsimonia vigiliis et labore cum ultimis militum
certaret, nec quicquam in exercitu suo [illegible] precipui preter honorem atque imperium haberet.

Difficilius bellum in Turditania populo Romano prefecto Mallio Celte-
beri mercede exciti ab hostibus, sicut ante dictum est, faciebant. Itaque eo Consul ar-
cessitus litteris pretoris legiones duxit. Ubi eo venit castra separatim Turditani
et Celtiberi habebant. Cum Turditanis extemplo levia prelia incursantes in stationes eorum

agdurunt

a vobis

eorum Romani stabant / semperque victores Et quamvis tenere cepto certamine vide-
bant / Ad Celtiberos in colloquium Tribunos militum Consul ire atque hys trium condicio-
num electionem ferre iubet / Primam si transire ad Romanos velint et duplex stipen-
dium accipere quam quanti a Turditanis pepigissent Alteram si domos abire publica fi-
de accepta nichil eam rem noxe futurum quod hostibus Romanorum se iunxissent / Terciam si
utique bella placeat / diem locumque constituant ubi secum armis decernant / A Celtiberis di-
es ad consultandum petita / Consilium immixtis Turditanis habitum / magno cum tumultu
eo minus decerni quicquam potuit / Cum incerta bella an pax cum Celtiberis esset / commeatus ta-
men haud secus quam in pace ex agris castellisque hostium / Romani portabant / Deciens sepe
munimenta eorum velud cum pacto commercio / singulis induciis ingredientes / Consul ubi
hostes ad pugnam ducere nequit / primum predatum sub signis aliquot expeditas cohortes in
agrum integre regionis ducit / Deinde audito Seguntie Celtiberorum / omnes sarcinas im-
pedimentaque relicta eo pergit ducere ad oppugnandum / postquam nulla movebatur re / per-
soluto stipendio / non suis modo sed etiam pretoris militibus / relictoque omni exercitu
in castris pretoris / ipse cum septem cohortibus ad Hiberum est regressus Et cum exigua
manu oppida aliquot cepit / Defecere ad eum Sedetani Ausetani Suessetani / Lacetanos
silvestrem et deviam gentem cum insita feritas continebat in armis cum conscientia dum Con-
sul exercitusque Turditano bello est occupatus / depopulatorum subitis incursionibus sociorum
Igitur ad oppidum eorum oppugnandum Consul ducit non Romanas modo cohortes sed iuven-
tutem etiam merito infensorum his sociorum / Oppidum longum in latitudinem / haud quaquam tantundem
patens habebant / Quadringentos inde ferme passus / constituit signa / Ibi delectarum
cohortium stationem relinquens / precepit hys ne se ex eo loco ante moverent quam ipse ad
eos venisset / Ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit / Maximum ex omnibus
auxiliis numerum Suessetane iuventutis habebat / eos ad murum oppugnandum sub-
ire iubet / Quorum ubi arma signaque Lacetani cognovere / memores quam sepe in agro
eorum impune persultassent / quotiens ipsos signis collatis fudissent fugassentque / patefac-
ta repente porta universi in eos erumpunt / Vix clamorem eorum nedum impetum Suessetani tule-
re / Quod postquam futurum erat ratus Consul / fieri etiam vidit / Equo citato subter mu-
rum hostium ad cohortes advehitur Atque eas arreptas / effusis omnibus ad sequendos Sues-
setanos qua silentium ac sollicitudo erat in urbem inducit priusque omnia cepit quam Laceta-
ni se reciperent / Mox ipsos nichil preter arma habentes in deditionem accepit / Confes-
tim inde victor ad Vergium ducit / Castrum receptaculum id maxime predonum erat / et
inde incursiones in agros pacatos eiusdem provincie fiebant / Transfugit inde ad Con-
sulem princeps Vergestanus et purgare se ac populares cepit / non esse in manu
ipsis rem / Predones receptos totum sue potestatis id castrum fecisse / Consul eum do-
mum redire conficta aliqua probabili cur abfuisset causa iussit / Cum se muros subysse
cerneret intentosque predones ad tuenda moenia esse / tum uti cum sue factionis hominibus
meminisset arcem occuparet Id [...] preceperat / factum / Repente anceps terror hinc muros
ascendentibus Romanis illinc arce capta barbaros circumvasit / Huius potitus loci Consul
Eos qui arcem tenuerant liberos esse cum cognatis / suaque habere iussit / Vergestanos
ceteros questorem ut venderet imperavit / De predonibus supplicium sumpsit / Paca-
ta provincia vectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisque / quibus
tum institutis locupletior in dies fuit provincia / Ob has res gestas supplicationes
in triduum patres decreverunt / Eadem estate alter Consul Valerius Flaccus cum
in Gallia cum Boiorum manu propter Litanam silvam signis collatis secundo prelio conflixit

·/· cohortium

·/· muros subysse

1 que

itaque octo milia Gallorum cesa traduntur. Ceteri omnes in vicos suos atque agros dilap-
si. Consul reliquum estatis circa Padum Placencie et Cremone exercitum habuit resti-
tuitque que in hiis oppidis diruta fuerunt. CUm hic status rerum in Hispania
Ytaliaque esset, Titus Quinctius in Grecia ita hibernis actis ut exceptis Etholis
quibus nec prospere victorie premia contigerant nec diu quies placere po-
terat, universa Grecia simul pacis libertatisque perfruens bonis egregio statu suo
gauderet nec magis in bello virtutem Romani ducis quam in victoria temperanciam
iusticiamque et moderacionem miraretur. Senatusconsultum quo bellum adversus Na-
bidem Lacedemonium erat affertur. Quo lecto Quinctius conventum Corinthum
omnium sociorum civitatumque legacione in certum diem edixit. Ad quam ubi frequentes
undique principes convenerunt, sic ut in ea nec Etholi quidem abessent, tali
oracione usus est. Bellum adversus Philippum non magis communi animo consilioque Roma-
ni Grecique gesserant quam utrique suas causas belli habuerunt. Nam et Romanorum
amiciciam nunc Chartaginenses hostes eorum iuvando nunc hic sociis nostris oppugnan-
dis ~~[illegible]~~ violaverat et in vos talis fuit ut nobis eciam si nostrarum
obliviscerenmur iniuriarum vestre iniurie satis digna causa belli fuerint. Hodierna
consultacio tota ex vobis pendet. Refero enim ad vos utrum Argos sicut scitis
ipsi ab Nabide occupatos pati velitis sub dicione eius esse, an equum censeatis
nobilissimam vetustissimamque civitatem in media Grecia sitam repeti in libertatem ~~[illegible]~~
~~mutante servitutis in plena et integra gloria esse~~ ~~[illegible]~~ Et eodem statu
quo ceteras urbes Peloponnesi et Grecie esse. Hec consultacio ut videtis tota de
re pertinet ad vos, quam Romanos nichil contingit nisi quatenus libertatem Grecie unius
civitatis servitutis in plena et integra gloria esse sinit. Ceterum si vos nec
cura eius civitatis nec exemplum nec periculum movet ne serpat latius contagio eius
mali, nos boni equique facimus. De hac re vos consulo statuturus eo quod plures cen-
sueritis. POst oracionem Romani imperatoris percenseri aliorum sentencie
cepte sunt. Cum legatus Atheniensium quantum poterant gratiis agendis Romanorum
in Grecia merita extulisset, imploratos auxilium adversus Philippum tulisse opem, non
rogatos ultro adversus tyrannum Nabidem offerre auxilium, indignatusque esset hec
tamen merita in sermonibus tante aliorum carpi futura calumpniantium cum fateri
potius preteritorum graciam deberet, apparebat incessos Etholos. Igitur Alexander
princeps gentis invectus primum in Athenienses libertatis quondam duces et auc-
tores, assentacionis proprie Grecia communem causam prodentes, conquestus deinde
est Acheos Philippi quondam milites ad postremum ad inclinatam eius fortunam trans-
fugas, et Corinthum recepisse et id agere ut Argos haberent. Etholos primos hos-
tes Philippi, semper socios Romanorum, pactos in federe suas urbes agrosque fore de-
victo Philippo, fraudari Echinneo et Pharsalo. Insimulavit fraudis Romanos quod va-
no titulo libertatis ostentato Calcide et Demetriade in presidiis tenerent, cum
Philippo cunctanti deducere inde presidia obicere semper soliti sint, numquam deinde
tenus Chalcidem et Corinthum tenerentur liberam Greciam fore. Postremo quia remane-
di in Grecia retinendique exercitus Argos et Nabidem causam facerent, deportarent
legiones in Ytaliam. Etholos polliceri aut condicionibus et voluntate sua
Nabidem Argis presidium deducturum aut vi atque armis coacturos in potestate
consentientis Grecie esse. Hec vaniloquencia primum Aristenum pretorem Acheorum
excitavit. Ne istuc inquit Iupiter optimus maximus sivit Iunoque regina

cum in arce argi sunt/ et illa Civitas inter tyrannum lacedemonium et latro:
nes etholos permissa sit posita/ in eo discrimine ut nisi feceritis a nobis recipiatur
quam ab illo capta est/ mare infestum ab hiis predonibus non tutum nos Tite erit
ti/ Quid si in media peloponesso arcem sibi fecerit/ futurum nobis est/ linguam tamen
grecorum habent/ sicut speciem hominum/ moribus ritibusque efferacioribus quam ulli barba
ri immanes/ belue/ vivunt/ Itaque vos rogamus Romani/ ut Nabide argos re
cuperetis ut ita res grecie constituatis ut a latrociniis quoque/ Etholorum satis
pacata hec relinquatis/ Romanus cunctis undique increpantibus etholos/ respon
surum se fuisse iis dixit nisi ita infensos omnes in eos videret et sedandi
potius quam irritandi essent/ Contentum itaque opinione ea que de Etholis Romanisque es
set referre dixit/ quid de nabide bello placeret nisi redderet achaeis argos
Cum omnes bellum decrevissent auxilia ut pro viribus suis queque Civitates mitte
rent est hortatus/ Ad Etholos legatum etiam misit magis ut nudaret animos id
quod evenit quam spe impetrari posse/ Tribunis militum ut exercitum ab elacia
arcesserent imperavit/ Per eosdem dies et Anthiochi legatis de societate
agentibus respondit/ nichil se absentibus decem legatis/ sententie habere/ Ro
mam eundum ad senatum hiis esse/ Ipse copias adductas ab Elacia ducere Argos per
git/ atque ei circa Cleonas Aristenus cum decem milibus Acheorum/ equitibus mille
occurrit/ et haud procul inde iunctis exercitibus/ posuerunt castra/ Postero die in
campum Arguiorum descenderunt/ Et quatuor fere milia ab Argis castris lo
cum capiunt/ prefectus presidio lacedemoniorum/ erat Pittagoras gener ipse Tyranni/ et
uxoris eius frater/ qui sub adventu Romanorum et utrasque arces/ Nam duas habent
Argi et loca alia que oportuna aut suspecta erant/ validis presidiis firma
vit/ Sed inter agenda nec pavorem iniectum adventu Romanorum dissimulare haud
quaquam poterat/ Damocles erat Arguius adolescens maioris animi quam consilii/ qui
iureiurando primo interposito de presidio expellendo cum ydoneis collocutus/ dum
vires adicere coniurationi studet/ incautior fidei estimator fuit/ colloquentem eum
cum suis/ satelles a prefecto missus cum arcesseret/ sensit proditum consilium esse/ hor
tatusque coniuratos qui aderant/ ut potius quam extorti morerentur arma cape
rent itaque ita cum paucis in forum pergit ire/ clamitans ut qui rem publicam salvam
vellent auctorem et ducem se libertatis sequerentur/ haud sane movit quemquam
quia nichil usquam spei propinque/ satis presidii firmi cernebant/ Hec
vociferantem eum lacedemonii circumventum cum suis interfecerunt/ Comprehensi
deinde quidam et alii ex hiis occisi plures/ pauci in custodiam coniecti/ proxima
nocte funibus per murum demissi ad Romanos transfugerunt/ Quinctius affirmantibus
hiis si ad portas Romanus exercitus esset/ non sine effectu/ motum eum futurum fuis
se/ si propius castra admoverentur non quieturos argos/ misit expeditos pedites
equitesque qui circa cilarabim gimnasium id est/ minus trecentos passus ab ur
be cum erumpentibus a porta lacedemoniis prelium conseruerunt/ Atque eos haud magno
certamine compulerunt in urbem/ et castra eo ipso loco ubi pugnatum erat
imperator Romanus posuit/ Diem unum in speculis fuit/ si quid novi motus o:
riretur Postquam oppressam metu Civitatem vidit/ advocat consilium de oppugnan
dis argis/ omnium principum grecie preter Aristenum eadem sententia erat/ Cum
causa belli non alia inde esset/ Dein [illegible] ordinandi belli Quinctio id neque
quam placebat/ Et Aristenum contra consensum omnium disserentem cum haud dubia

approbatione audiunt et ipse adiecit cum Argivis adversus tyrannum bellum sus
ceptum sit, quid minus conveniens esse quam omissis hostibus argos oppugnare. Se ve
ro caput belli lacedemonem et tyrannum petiturum. Et dimisso consilio frume
tatum expeditas cohortes misit. Quod maturi erat circa demessum et convectum
est. viride ne hostes mox haberent protritum et corruptum. Castra deinde
movit et Parthenio superato monte, preter Tegeam tertio die ad Chari
as posuit castra. Ibi priusquam hostium agrum intraret sociorum auxilia expectavit.
Venerunt Macedones a philippo mille et quingenti et Thessalorum equites quadringen
ti. Nec iam auxilia quorum affatim erat, sed commeatus finitimis urbibus imperati
morabantur Romanum. Navales quoque magne copie conveniebant. Iam a Leu
cade L. Quintius quadraginta navibus venerat, iam Rhodie decem et oc
to tecte naves, iam Eumenes rex circa Cycladas erat cum decem tectis navibus, tri
ginta lembis mixtisque aliis minoribus ferme navibus. Spartani quoque lacedemo
niorum exules permulti tyrannorum iniuria pulsi spe recuperande patrie in castra
Romana convenerant. Multi autem erant iam per aliquot etates ex quo
tyranni tenebant lacedemonem, alii ab aliis expulsi. Princeps erat exulum
Agesipolis, cuius iure gentis regnum lacedemone erat, pulsus infans a
Lycurgo tyranno post mortem Cleomenis, qui primus lacedemone tyrannus
fuit. Cum terra marique tantum belli circumstaret tyrannum et prope nulla spes esset vi
res suas hostium estimanti, non tamen omisit bellum, sed et a Creta mille iu
ventutis eorum delectos excivit, cum mille iam haberet, et tria milia mercena
riorum militum, decem milia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit
et fossa valloque urbem communivit. Et ne quid intestini motus oreretur metu
et acerbitate penarum tenebat animos, qui ut salvum vellent tyrannum sperare
non poterat. Cum suspectos quosdam civium haberet, eductis in campum
cum omnibus copiis, positis armis ad contionem vocari iubet lacedemonios, atque
eorum contionem satellitibus armatis circumdedit, et pauca prefatus, cur sibi omnia ti
menti caventique ignoscendum tali tempore foret, et ipsorum referre si quos suspec
tos status presens rerum faceret, prohiberi potius ne quid moliri possint quam
puniri molientes. Itaque quosdam se in custodia habiturum donec ea que instat
tempestas pretereat. Hostibus repulsis a quibus si modo proditio intestina
satis caveatur minus periculi esse, extemplo emissurum. Sub hec citari nominibus oc
toginta ferme principum iuventutis iussit, atque eos ut quisque ad nomen responderat
in custodiam tradidit. Nocte insequenti omnes interfecti necantur. Deinde quidam
hi sunt iam inde antiquitus castellani agreste genus transfugere voluisse in
simulati per omnes vicos sub verberibus acti necantur. Hoc terrore obstupue
rant multitudinis animi ab omni conatu novorum consiliorum. Intra munitiones copias
continebat, nec parem se ratus si dimicare acie vellet, et urbem relinquere tam
suspectis et incertis omnium animis metueret. Quintius satis omnibus paratis
profectus a stativis die altero ad Sellasiam super Eurotam flumen pervenit
quo loco Antigonus Macedonum rex cum Cleomene lacedemoniorum tyranno signis
collatis dimicasse dicebatur. Inde cum audisset descensum difficilem et artas vias
esse, brevi per montes circuitu premissis qui munirent viam, lato satis et
patenti limite ad Eurotam amnem sub ipsis prope moenibus fluen
tem pervenit, ubi castra metantes Romanos, Quintium ipsum cum equitibus atque

parthenius mons

at patenti

expeditis progressi auxiliis tyranni adhortati ingentem terrorem ac tumultum
concierunt / nichil tale expectantibus quia nemo hostium obvius toto itinere
fuerat / ac velut pacato agro transierant aliquamdiu / peditibus equites voca-
tibus / equites / pedites / cum in se cuiusque minimum fiducie esset / trepidatum est /
tandem signa legionum supervenerunt / et cum primi agminis inducte cohortes in pre-
lium essent / qui modo terrori fuerant / trepidantes in urbem compulsi sunt Romani
cum tantum a muro recessissent / ut extra ictum teli essent acie directa / paulisper
steterunt postquam nemo hostium contra exibat redierunt / postero die Quinctius
prope flumen preter urbem / sub ipsas Menelai montis radices / conducere / copi-
as instructas pergit / prime legionarie cohortes ibant levis armatura et equi-
tes agmen cogebat / Quibus intra murum instructos paratosque sub signis ha-
bebat mercennarios milites in quibus omnis fiducia erat ut a tergo hostem
aggrederentur / postquam extremum agmen preterierunt ab oppido eodem quo pridie eruperat ^preterierunt
tumultu pluribus locis erumpunt / Appius Claudius agmen cogebat / qui ad quod
futurum erat ne inopinatum accideret / preparatis eorum animis signa extemplo
convertit / totumque in hostem agmen convertit / itaque velut recte acies concurrissent
iustum aliquamdiu prelium fuit / tandem Nabidis milites in fugam inclinarant / que mi-
nus trepida fuisset / ni Achei locorum prudentes institissent / hi et cedes ingentem
ediderunt et dispersos passim fuga plerosque / arma exuerunt / Quinctius prope
Amyclas posuit castra / inde cum populatus omnia circumiecta urbi frequentis et a-
meni agri loca esset / nullo iam hostium porta excedente movit castra ad flu-
men Eurotam inde valle Taygeto subiecta agrisque ad mare pertinentibus evastat /
EODEM tempore L. Quinctius ore maritime oppida / partim voluntate / par-
tim metu / aut vi recepit / certior deinde factus / Gytheum oppidum omnium mariti-
marum Lacedemoniis receptaculum esse / nec procul a mari castra Romana esse
omnibus id copiis aggredi constituit / Erat eo tempore valida urbs et multitudine civium
incolarumque / et omni bellico apparatu ——— instructa / in tempore Quinctio rem
haud facilem aggredienti Rex Eumenes / et classis Rhodiorum supervenerunt / ingens
multitudo navalium sociorum et tribus convocata classibus / intra paucos dies omnia
que ad oppugnationem urbis terra marique munite opera facienda erant perfecit
Iam testudinibus admotis murus subruebatur / iam arietibus quatiebatur / itaque
/ una crebris ictibus eversa est turris / quodque circa muri erat casu eius / pro-
stratum et Romani simul a portu unde planior aditus erat / ut distenderet
ab apertiore loco hostes / simul per patefactum iter ruina irrumpere conantur / Nec mul-
tum abfuit / quin qua intenderent penetrarent / Sed tardavit impetum eorum / spes
obiecta dedende urbis / mox deinde eadem turbata est / Dexagorides et Gorgo-
pas pari imperio preerant urbi · Dexagorides miserat ad legatum Romanum se tra-
diturus urbem / Et cum ad eam rem tempus et ratio convenisset / a Gorgopa
proditor interficitur / intentiusque ab uno urbs defendebatur et difficilior facta
oppugnatio erat / ni Titus Quinctius cum quatuor milibus delectorum militum super-
venisset / is cum supercilio haud procul distantis tumuli ab urbe instructam aciem
ostendisset / Et ex altera parte Lucius intentus ab operibus mari terraque instaret
tum vero desperatio Gorgopam ipsumque ——— coegit id consilium quod in alio
morte vindicaverat capere / et pactus ut abducere inde milites quos presidii causa
habebat liceret / tradit / Quinctio urbem / priusquam Gytheum traderet / Pittagoras /

prefectus Argis relictus tradita custodia urbis Timocrati pellenensi cum
mille mercenarijs militibus et duobus milibus Argivorum lacedemonem ad
nabim venit / Nabis sicut primo adventu Romane classis et tradicione op
pidorum maritime ore conterritus est / et sic spe parva cum [struck through] acqui
evisset Gytheo a suis retento / postquam id quoque traditum Romanis audivit
esse cum a terra [toto] omnibus circa hostibus nichil spei esset / A mari quoque se
interclusum cedendum fortune ratus / caduceatorem primum in castra misit ad ex
plorandum si [struck through] paterentur legatos ad se mitti / qua [struck through] impe
trata re / pittagoras ad imperatorem venit / nullis alijs mandatis quam ut tyran
no colloqui cum imperatore liceret [struck through] / Consilio advocato cum omnes dan
dum colloquium censuissent · Dies locusque constituitur / in medio regionis tumu
los modicis copijs sequentibus cum venissent relictis ibi in statione conspecta
utriusque cohortibus / Nabis cum delectis custodibus corporis / Quintius cum fratre
et Eumene rege / et Sosila Rhodio / et Aristeno acheorum / tribunisque militum
paucis descendit / Ibi permisso ut seu dicere prius seu audire mallet ita ce
pit tyrannus / Si ipse per me Quinti vosque qui adestis causam excogita
re / cur michi aut indixistis bellum / aut infertis possem / tacitus eventum mee
fortune expectassem / nunc imperare animo nequeo / priusquam peream cur peritu
rus essem scire / Et hercule si tales essetis / quales esse Carthaginienses fama est /
apud quos / si nichil societatis fides sancti haberet / in me quoque quid faceretis
[minimum] pensi esse non mirarer / Nunc cum vos intueor Romanos esse / qui rerum di
vinarum federa humanarum fidem socialem sanctissimam habeatis / cum me ipse respexi
/ eum esse spero / cui publice sicut ceteris lacedemonijs vobiscum fedus sit et meo
nomine privatim amicitia ac societas nuper Philippi bello renovata / At enim
ego violavi et everti quod Argivorum civitatem teneo / quomodo hoc tuear rem ac
tempore / Res michi duplicem defensionem prebet / Nam et ipsis vocantibus et tra
dentibus urbem eam accepi / non occupavi / et accepi urbem cum Philippi par
tium non in vestra societate esset / Tempus autem me liberet / quia cum Argos haberem
societas michi vobiscum convenit / et ut vobis mitterem ad bellum auxilia / non ut Ar
gis exirem pepigistis / At hercule in ea re quae de Argis est / superior sum / et equitate rei / quia non vestram urbem sed hostium / quia volentem
non coactam urbem accepi / et vestra confessione quia in condicionibus societatis Argos
michi reliquistis / Ceterum nomen tyranni et facta premunt quod servos ad libertatem
voco / quod in agros inopem plebem deduco / De nomine hoc respondere possum me
qualiscumque sim eum esse / qui fui / cum tu ipse mecum Tite Quinti societatem pepi
gisti / cum me regem a vobis appellari meminisse / Nunc tyrannum compellari video / [compellari]
/ Itaque si ego michi nomen imperij mutassem / mee inconstancie / cum vos mute
tis vobis vestra reddenda ratio est / Quod ad multitudinem servis liberandis auctam /
/ et egentibus divisum agrum / attinet / possum quidem et in hoc me [struck through] iure tem
poris tutari / Nam feceram hec qualiacumque sunt / cum societatem mecum pepigistis et
auxilia in bello adversus Philippum accepistis / Sed si nunc ea fecissem / non dico
quod in eo vos lesissem / aut vestram amiciciam violassem / sed illud more atque insti
tuto maiorum fecisse / Nolite ad vestras leges atque instituta exigere ea / que
lacedemone fiunt · Nichil comparare singula necesse est Vos a [struck through] censu
equitem a censu peditem legitis / et paucos excellere opibus / plebem subiectam
illis esse vultis / Noster legum lator / non in paucorum manu rem publicam esse voluit / quem

Oracio Nabis tirannj

uos [illegible]

vos Senatum appellastis nec extollere unum aut alterum ordinem in civitate sed per
equationem fore ad dignitates credidit / ut multi essent / qui arma pro patria
ferrent / pluribus me ipse egisse quam pro patrio sermone brevitatis fateor et bre
viter perorari esse potuit / nichil me postquam vobiscum institui amiciciam cur eius vos
penitere commisisse **Ad hec** imperator romanus / amicicia et societas nobis
nulla tecum / sed cum pelope / rege lacedemoniorum iusto ac legittimo / facta est / cuius iura
tyranni quoque qui postea per vim tenuerunt lacedemonie imperium quia nos bella
nunc punica nunc gallica nunc alia ex aliis occupaverunt sicut tu quoque hoc macedonico
bello fecisti / Nam quid minus conveniret quam eos qui pro libertate grecie adver
sus philippum gereremus bellum cum tyranno instituere amiciciam / et tyranno quam [crudelissimo]
et violentissimo in suos / nobis vero etiam si argos nec cepisses per fraudem nec tene:
res liberantibus omnem greciam / lacedemon quoque vindicanda / in antiquam libertatem
erat / atque in leges suas quarum modo tamquam emulus ligurgi mencionem fecisti · an ut a
Iaso et bargyllis presidia philippi deducantur / curae erit nobis / Argos et lacedemo:
ne duas clarissimas urbes lumina quondam grecie sub pedibus tuis relinquemus quae titulum nobis liberate grecie servientes deforment / At enim cum
philippo Argivi senserunt / remittimus hoc tibi / ne nostram vicem irascaris / satis compertum
habemus / duorum aut summum trium / in ea re non civitatis culpam esse / tam hercule quam
in te tuo presidio accersendo accipiendoque in arce / nichil sit publico consilio · eo
actum / Thessalos et phocenses et locrenses consensu omnium scimus / partium philippi
fuisse / tamen cum ceteram liberavimus greciam / quid tandem censes in Argivis / qui insontes
publici consilii sunt / facturos / servorum ad libertatem vocatorum / et egentibus hominibus
agri divisi / crimina tibi obici dicebas / non quidem nec ipsa mediocria / Sed quid ista
sunt pro hiis / que a te tuisque quotidie alia super alia facinora eduntur / Exhiberes li
beram contionem / vel Argis / vel lacedemone / si vere iuvat audire dominationis im
potentissime / crimina vel alia omnia / omitto vetustiora / quam cedem Argis / pittagoras
iste gener tuus / pene in oculos meos edidit / quam tu ipse cum iam prope in finibus
lacedemoniorum essem / Agedum quos in contione comprehensos omnibus audien
tibus tuis in custodia te habiturum esse promisisti / iube vinctos produci / mi
seri parentes quos falso lugeant / vivere sciant / At enim ut iam ita sint hec / quid ad
vos Romani hoc tu dicas / liberantibus greciam sociis / qui ut liberare possent
mare transierunt / terra marique gesserunt bellum / Vos tamen inquis vestramque amiciciam
ac societatem proprie non violavi / Quotiens vis te id arguam fecisse / sed nol
lo pluribus summam rem complector / Quibus igitur rebus Amicicia violatur / Nem:
pe hiis maxime duabus / si socios meos pro hostibus habeas / si cum hostibus te
coniungas / Utrumque a te factum est / nam et messenen uno atque eodem iure federis
et lacedemonem / in amiciciam nostram acceptam / socius ipse sociam nobis urbem vi atque
armis cepisti / Et cum philippo hoste nostro / non societatem solum / sed si diis placet
affinitatem etiam per philoclem prefectum eius pepegisti / et bellum adversum nos gerens
mare circa malean infestum navibus pyraticis fecisti / Et plures prope ci:
ves Romanos / quam philippus cepisti atque occidisti / Tuciorque macedonie ora quam pro:
montorium malee / commeatus ad exercitus nostros portantibus navibus fuit proin
de parce sis fidem ac iura societatis iactare / et omissa populari oracione tamquam

Responsio Imp^ris Rom

tyrannus et hostis loquerer / **Sub hac** Aristenus [illegible] monere Nabim
nunc etiam orare, ut dum liceret dum occasio esset sibi ac fortunis suis consuleret /
et referre deinde nominatim tyrannos civitatum finitimarum cepit qui deposito impe
rio restitutaque libertate suis / non tuta modo sed etiam honoratam inter cives senec
tutem egissent / His dictis invicem auditis / nox prope diremit colloquium /

Postero die Nabis argis secedere ac deducere presidium quoniam ita Roma
nis placeret et captivos et perfugas redditurum dixit / Aliud si quid postularent
scriptum ut ederent / petiit / ut deliberare cum amicis posset / Itaque et tyranno tempus
datum ad consultandum est et Quinctius sociorum etiam principibus adhibitis habu
it consilium / maxime partis sententia erat / perseverandum in bello esse et tollendum
tyrannum numquam aliter tutam libertatem Grecie fore / Satius fuisse multo non mo
veri bellum adversus eum / quam omitti motum / et ipsum velut comprobata dominatione firmi
orem futurum auctore iniusti imperii / assumpto populo Romano / et exemplo multos
in aliis civitatibus ad insidiandum libertati civium suorum incitaturum / Ipsius impe
ratoris animus ad pacem inclinatior erat / Videbat in compulso intra menia hoste
nichil preter obsidionem restare / eam autem fore diuturnam / Non enim Githeum quod
ipsum tamen traditum non expugnatum esset / sed Lacedemonem validissimam
urbem viris armisque / oppugnaturos / unam spem fuisse / si qua admoventibus
exercitum inter cosnetipsos dissensio ac sedicio excitari posset / Cum signa portis pro
pe inferre cernerent neminem se movisse adiciebat / Et cum Anthioco infidam
pacem Villium legatum inde redeuntem nunciare / multo maioribus quam antea terres
tribus navalibusque copiis in Europam transisse / Si occupasset obsidio Lacedemo
nis exercitum / quibus aliis copiis adversus regem tam validum ac potentem bellum gestu
ros / Hec pro pala dicebat / Illa tacita suberat cura ne novus consul Greciam
provinciam sortiretur / Et inchoati belli victoria successori tradenda esset /

Cum adversus tendendo nichil moveret socios / simulando se transire in
eorum sententiam omnes in assensum consilii sui traducit / bene vertat inquit obsi
deamus Lacedemonem quando ita placet / Ceterum cum res tam lenta quam ipsi scitis op
pugnatio urbium sit / et obsidentibus prius sepe quam obsessis tedium afferat / iam
nunc hoc ita vos proponere animis oportet / hibernandum circa Lacedemonis me
nia esse / que mora si laborem tantum ac periculum haberet ut et animis et corpori
bus ut ad sustinenda ea parati essetis / hortarer vos / Nunc impensa quoque mag
na eget / in opera et machinationes et tormenta / quibus tanta urbs oppug
nanda est / in commeatus nobis hyemem expediendos / Itaque ne aut repente
trepidetis aut rem inchoatam turpiter destituatis / scribendum ante vestris civita
tibus censeo explorandumque quid quaeque animi quid virium haberet / Auxiliorum satis su
perque habeo / Sed quo plures sumus / pluribus rebus egebimus / nichil iam preter nudum
solum hostium ager habet / Ad hec hyemps accedit / ad comportandum ex longinquo
difficilis / Hec oratio primum animos omnium ad respicienda cuiusque domestica ma
la convertit / Segniciem invidiam et obtrectationem domi manentium adversus
militantes / libertatem difficilem ad consensum / inopiam publicam / malignitatem conferen
di ex privato / Versis itaque subito voluntatibus / facere quod e re publica popu

in Romanorum esse crederet / imperatorum pueserunt / Inde Quinctius adhibitis le
gatis tantum tribunisque militum conditiones / in quas pax cum tyranno fieret has con
scripsit / Sex mensium indutie ut essent / Nabidi Romanisque et Eumeni regi / et
Rhodiis / legatos extemplo mitterent Romam Titus Quinctius et Nabis ut pax
ex auctoritate senatus confirmaretur / Et qua die scripte conditiones pacis edite
Nabidi forent / ea dies ut induciarum principium esset et ut ex ea die intra vii
decimum diem ab Argis ceterisque ~~oppidis~~ oppidis que in Argivorum agro essent pre
sidia omnia deduceret vacuaque et libera redderet Romanis / et ne quid inde
mancipium regium publicumque aut privatum educeretur / Et si qua ante educta forent
restituerentur / Naves quas civitatibus maritimis ademisset redderet / ne ne
ipse navem ullam preter duos lembos / que non plus quam sedecim remis agerentur ha
beret / perfugas et captivos omnibus sociis populi Romani civitatibus traderet /
Messeniis omnia que compararent quorum domini cognoscerent / Exulibus quoque Lace
demoniis liberos et coniuges restitueret / que earum viros sequi voluissent / in
vita / ne qua exulis comes esset / mercenariorum militum Nabidis / qui aut in civi
tates suas / aut ad Romanos transissent / iis res sue omnes recte redderentur / In
Creta insula ne quam urbem haberet / quas habuisset redderet Romanis / ne
quam societatem cum ullo Cretensium / aut quoque alio institueret / neu bellum gereret
civitatibus omnibus / quasque et ipse restituisset / queque se ac sua in fidem ac di
dicionem populi Romani tradidissent / omnia presidia deduceret seque ipse suosque ab
aliis abstineret / Ne quod oppidum / ne quod castellum / in suo alieno ve agro con
deret / Obsides ea ita futura daret quinque / quos imperatori Romano placuis
set / filium in his suum / et talenta centum argenti presenti / et quinquaginta talen
ta in singulos annos per annos octo / **Hec** conscripta castris propius urbe
motis Lacedemonem mittuntur / Nec sane quicquam eorum satis placebat Tyranno
nisi quod preter spem reducendorum exulum mentio nulla facta erat / maxime autem omni
ea res offendebat / quod et naves et maritime civitates adempte erant / fuerat au
tem ei magno fructui mare / omnem oram Maleo navibus infestam habenti
Iuventute preterea civitatum earum ad supplementum longe optimi generis militum ha
bebat / Has conditiones quamquam ipse in secreto voluntaverat cum amicis vulgo tamen
omnes fama ferebant / vanis ut ad ceteram fidem sic ad secreta tegenda / satelli
tum regiorum ingeniis non tam omnia universi / quam ea que ad quemque pertinerent sin
guli carpebant / qui exulum coniuges matrimonio habebant / aut ex bonis eorum
aliquid possidebant / tamquam amissuri non redditur indignabantur / servis libertatis
a tyranno non irrita modo futura libertas / sed multo fedior quam fuisset ante ser
vitus / redeuntibus in iratorum dominorum potestatem / ante oculos obversabantur
mercenarii milites et pretia militie casura in pace / egre ferebant / et reditum sibi
nullum esse in civitates videbant / infensas non tyranno magis quam satellitibus
eorum / Hec inter se primo circulos serentes fremere / deinde subito ad arma dis
currerunt / quo tumultu cum per se satis irritatam multitudinem cerneret / tyrannus
contionem advocari iussit / ibi cum ea que imperarentur a Romanis exposuisset
et graviora atque indigniora quedam falso adfinxisset / et ad singula nunc ab

·/ volutaverat

vincula/ nunc a partibus concionis acclamaretur interrogantes quid se respondere
ad ea/ aut quid facere vellent/ prope una voce omnes nihil respondere bellum
geri iusserunt/ Et pro se quisque qualia multitudo solet bonum animum habere
et bene sperare iubentes/ fortes fortunam adiuvare aiebant/ His vocibus
incitatus Tyrannus/ et Antiochum Etholosque adiutores pronunciat/ et sibi ad ob
sidionem sustinendam copiarum affatim esse/ Exciderat pacis mentio ex omnium animis
et in stationes non ultra quieturi discurrunt/ paucorum excursio lacessentium et
emissa iacula extemplo/ et Romanis dubitationem qui bellandum ne esset exemerunt/ exemerunt
/Levia deinde prelia per quadriduum primum sine ullo satis certo eventu commissa
/Quinto die prope iusta pugna adeo paventes in oppidum Lacedemonii compulsi sunt
/ut quidam milites Romani terga fugientium cedentes per intervalla ut tunc erant
moenia in urbem intrarint/ Et tunc quidem Quintius satis eo terrore coerci
tis excursionibus hostium/ nihil preter ipsius oppugnationem urbis superesse ra
tus missis qui omnes navales socios a Gytheo arcesserent/ ipse interim cum tri
bunis militum ad visendum urbis situm moenia circumvehitur/ fuerat quondam
sine muro palacia Tyranni/ Nuper locis patentibus planisque obiecerunt murum al
tiora loca/ et difficiliora aditu stationibus armatorum pro munimento obiectis tuta
bantur/ ubi satis omnia inspexit/ corona oppugnandum ratus omnibus copiis/ E
rant autem Romanorum sociorumque simul peditum equitumque simul terrestrium ac navalium
ad quinquaginta milia hominum/ urbem cinxit/ Alii scalas/ Alii ignem/ Alii alia qui
bus non oppugnarent modo/ sed etiam terrerent/ portabant/ iussi clamore sublato
subire undique omnes/ ut qua primum occurreret/ qua ve ope ferret/ ad omnia simul paven
tes Lacedemonii ignorarent/ Quod roboris in exercitu erat trifariam divisum/
partem unam a Phebeo/ alteram a Dictynneo/ terciam ab eo loco/ quem heptagonias
appellant/ Omnia autem hec aperta/ sine muro loca sunt aggredi iubet/ Cum
tantus undique terror urbem circumvasisset/ primo Tyrannus/ et ad clamores re
pentinos et ad nuncios trepidus motus/ ut quisque maxime laborabat locus
aut ipse occurrebat aut aliquos mittebat/ Deinde circumfuso undique pavore
ita obtorpuit/ ut nec dicere quid in rem esset nec audire posset/ Nec inops
modo consilii/ sed vix mentis compos esset/ Romanos primo sustinebant in
angustiis Lacedemonii/ ternasque acies tempore uno diversis locis pugnabant/
Deinde crescente certamine/ nequaquam erat prelium par/ missilibus enim Lacede
monii pugnabant/ a quibus se et magnitudine scuti perfacile Romanus tu
ebatur/ Et quia alii vani/ Alii multi leves ictus erant/ Nam propter angustias
confertamque turbam/ non modo ad emittenda cum procursu quo plurimum con
citantur tela/ spacium habebant/ Sed ne ut de gradu quidem libero ac sta
bili conarentur/ Itaque ex adverso missa tela nulla in corporibus/ rara in scutis
habebant/ a circumstantibus ex superioribus locis vulnerati quidam sunt/ mox
progressos etiam ex tectis non tela modo/ sed tegule quoque inopinantes p
culerunt/ Sublatis deinde supra capita scutis continuatisque ita inter se ut
non modo ad cecos ictus sed ne ad inserendum quidem ex propinquo telum loci
quicquam esset testudine facta subibant/ et primo angustie paulisper sua hos

tumque referre turba timuerunt / postquam in patentiorem viam urbis paulatim urgen-
tes hostes processere / non amplius vim eorum impetumque sustinere poterant /
cum terga vertissent lacedemonii et fuga effusa / superiora peterent loca / Na-
bis quidem ut capta urbe trepidans / qua ipse evaderet circumspectat / Pittago-
ras cum animo ad cetera [illegible] officiaque ducis fungebatur / tum vero ne urbs [capere^r] unus cau-
sa fuit / succendi enim [al. edificia] beneficia proxima muro iussit / que cum momento temporis [arsissent] / et
adiuvantibus igne quem alias ad extinguendum opem ferre solent / ruere in Romanos
tecta / nec tegularum modo fragmenta / sed etiam ambusta tigna ad armatos per-
venire / et flamma late fundi / et fumus terrorem etiam maiorem quam periculum face-
re. Itaque et qui extra urbem erant Romanorum / tum maxime impetus facientes / recessere
a muro / et qui iam intraverant / ne incendio a tergo oriente intercluderentur a
suis receperunt sese / et Quintius postquam quid rei esset vidit / receptui canere ius-
sit / Ita iam capta urbe prope revocati redierunt in castra / Quintius plus ex timo-
re hostium / quam ex re ipsa spei nactus / per triduum insequens territavit eos / nunc proeliis
lacessendo / nunc operibus intersepiendoque quedam ne exitus ad fugam esset /

His comminationibus compulsus tyrannus Pittagoram rursus oratorem misit
quem Quintius sine aspernatum excedere castris iussit / deinde suppliciter
orantem advolutumque genibus tandem audivit / prima oratio fuit / omnia permittentis
arbitrio Romanorum / deinde cum ea velut vana et sine effectu nihil proficeret
eo deducta res est his conditionibus / que ex scripto paucis ante diebus edi-
te erant / indutie fierent / pecunia et obsides accepti / Cum oppugnatur ty-
rannus / Argivi nunciis aliis prope super alios afferentibus / tum non iam captam
Lacedemonem esse erecti / et ipsi simul eo / quod Pittagoras cum parte validissima pre-
sidii excesserat / contempta paucitate eorum qui in arce erant / duce Archippo
quodam / presidium expulerunt / Timocratem Pellenensem qui clementer prefuerat
vivum fide data miserunt / Huic letitie Quintius supervenit / pace data tyran-
no dimissisque a Lacedemone / Eumene et Rhodiis / et L. Quintio fratre ad clas-
sem / leta civitas celeberrimum festorum dierum / ac nobile ludicrum Nemeorum die
statuta propter belli mala pretermissum in adventum Romani exercitus / ducisque in-
dixerunt / prefeceruntque ludis ipsum imperatorem / multa erant que gaudium cumula-
rent / reducti cives a Lacedemone erant / quos nuper Pittagoras quosque ante
Nabis abduxerat / redierant qui post compertam a Pittagora coniurationem et
cede iam cepta effugerant / libertatem ex longo intervallo libertatisque auctores Ro-
manos quibus causa bellandi cum tyranno ipsi fuissent / cernebant / Testata
quoque ipso Nemeorum die / voce preconis libertas est Argivorum / Acheis quantum
restituti Argi in commune Achaie consilium letitie afferebant / tantum serva La-
cedemon relicta / lateri adherens tyranni / non sincerum gaudium prebebat
Etholi vero eam rem omnibus consiliis lacerare / cum Philippo non ante desitum bel-
lare / quam omnibus excederet Grecie urbibus / tyranno relictam Lacedemonem / regem-
que legittimum / qui in Romanis fuerat castris / ceterosque nobilissimos cives in
exilio [illegible] victuros Nabidis dominantis satellites fore / Tantum Romanus Quin-

Sunt qui non ex insidiis priscis sententiam bello gessisse tyrannum tradant sed

rius ab Argis Elatiam unde ad bellum Sparthanum profectus erat copias reduxit/ Sed castris adversus Romana positis castra diuque nec tantum Ethdorum auxilia expectasset coactum ad extremum acie confligere/ impetu in pabulatores suos a Romanis facto eo prelio victum castrisque exutum parte periisse/ cum cecidissent xv milia militum/ capta plus quatuor milia essent/ Eodem fere tempore et a Tito Quinctio de rebus ad Lacedemo ne gestis et a M. Porcio Consule ex Hispania littere allate/ utriusque nomine in dies ternos supplicatio a senatu decreta est/ Titus lucius Valerius consul cum post fu sos circa Litaniam silvam Boyos quietam provinciam habuisset/ comitiorum causa Roma redyt/ et creavit consules/ P. Cornelium Scipionem Affricanum iterum/ et Valerium Sempro nium longum/ horum patres primo anno secundi punici belli Consules fuerant/ pretoria inde comitia habita/ creati P. Cornelius Scipio/ et duo Cornelij Merenda et Blasius/ et domicius Enobarbus/ Sextus digitius/ et Titus Iuventius Alva/ Comitiis perfectis Consul in provinciam redyt/ Novum jus eo anno a Ferentinatibus tempta tum ut latini qui in coloniam Romanam nomina dedissent/ Cives Romani essent/ puteo los/ Salernumque et buxentum/ ascripti coloni/ nomina dederant/ et cum ob id se pro civibus Ro manis ferrent Senatus iudicavit non esse eos cives Romanos/ Principio anni quo P. Scipio Affricanus iterum/ et Titus Sempronius longus consules fuerunt legati/ Quabidis Tyranni Romam venerunt/ hiis/ extra urbem in ede Apollinis Se natus datus est/ pax que cum Tito Quinctio convenisset/ ut rata esset petierunt/ impet raveruntque/ de provinciis cum relatum esset senatus frequens in eam sententiam ibat/ ut quoniam Hispania et Macedonia debellatum foret/ consulibus ambobus ytalia pro vincia esset/ Scipio satis esse ytalie unum consulem censebat/ Alterique Macedonia decernendam esse/ bellum grave ab Anthiocho imminere/ iam ipsum sua sponte Eu ropam transgressum/ quid deinde facturum censeret/ Cum hinc Ethololi haud dubie hostes vocarent ad bellum/ illinc Hanibal Romanis cladibus/ insignis impera tor stimularet/ dum de provinciis Consulum disceptatur/ pretores sortiti sunt/ domicio urbana — iurisdictio/ Tito Iuventio peregrina venit/ P. Cornelio Hispania ul terior/ Sexto digitio citerior fuit/ duobus Cornelijs Blasio Sicilia/ Merende Sar dinia/ In Macedoniam novum exercitum transportari non placuit/ eum qui esset ibi reduci in Italiam a Quinctio/ ac dimitti/ item eum exercitum dimitti/ qui cum M. Porcio Catone in Hispania esset/ Consulibus ambobus Italiam provinciam esse/ et duas urbanas scribere eos legiones/ ut dimissis quos Senatus voluisset exercitibus/ octo omnino Romane legiones essent/ Ver Sacrum factum erat priore anno M. Porcio et L. Valerio consulibus/ id publius Licinius pontifex non esse recte fac tum collegio primum/ deinde ex auctoritate collegij patribus renunciasset de integro faci endum arbitratu pontificum censuerunt/ ludosque magnos/ qui una cum essent tanta pecunia quanta assoleret faciendos videri/ Ver sacrum pecus esse quod natum esset/ in ter Kalendas Marcias/ et Kalendas Maias/ P. Cornelio Scipione et Tito Sempronio consulibus/ Censorum inde comicia sunt habita/ Creati Censores/ Sextus Elius Pe tus et C. Cornelius Cetegus/ principem senatus P. Scipionem Consulem quem et priores Censores legerant/ Tribus omnino senatores/ nemine curuli honore usum preterierunt/ graciam quoque ingentem apud eum ordinem pepererunt/ quod ludis Ro

Cebrusenum

omnino

maximus aedilibus curulibus imperaverunt ut loca senatoria secernerent a populo nam
antea in promiscuo spectaverant / Equitibus quoque perpaucis adempte / nec ullum
ordinem seviciis / Atrium libertatis et villa publica ab ysdem refecta amplificataque
ver sacrum ludique votivi quos voverat Sextus Sulpicius galba Consul facti /

Cum spectaculo eorum occupati tenerentur animi civium essent Q. publius
Pleminius / qui propter multa in deos hominesque scelera / locris admissa / in carcere co-
iectus fuerat / comparaverat homines / qui pluribus simul locis urbis / nocte incendia facerent
ut in consternata nocturno tumultu civitate refringi carcer posset / Ea res indicio
consciorum palam facta — delataque ad senatum est / Pleminius in inferiorem
demissus carcerem est / necatusque / Colonie civium Romanorum eo anno deducte sunt
/ puteolos Volturnum liternum / treceni homines in singulas / Item Salernum buxentum / colo-
nie civium Romanorum deducte sunt / Deduxere triumviri T. Sempronius longus qui tunc con-
sul erat . M. Servilius . Q. Minucius / Terminus ager divisus est / qui Campanorum
fuerat Sipontum / Item in agrum qui Arpanorum fuerat / colonia civium Romanorum alii
triumviri C. Iunius brutus . M. bebius . pamphilus . M . Elvius deduxerunt / Compe-
sam / Item et crotonem colonie civium Romanorum deducte Compsanus ager de brutiis
captus erat / brutii grecos expulerant / Crotonem greci habebant / Tres viri . Cn .
Octavius . L. Emilius . paulus . C. letorius . Crotonem / Compsam L. Cornelius . Merula
deduxerunt / prodigia quoque alia visa eo anno Rome sunt / alia nunciata / In foro et co-
micio et Capitolio sanguinis gutte vise sunt / et terra aliquotiens pluit / et caput
vulcani arsit / Nunciatum est Nare amni lac fluxisse / pueros ingenuos arimini
sine oculis / ac naso et in — piceno agro non pedes non manus habentem
natum / Ea prodigia ex pontificum decreto procurata et sacrificium novendiale
factum / quod Adriani nunciaverunt in agro suo lapidibus pluisse / In gallia
L. valerius proconsul — Mediolanum cum gallis Insubribus et boiis / qui dorulaco
duce ad concitandos Insubres padum transgressi erant circa mediolanum signis
collatis depugnavit / decem milia hostium sunt cesa per eos dies Collega eius M.
porcius Cato . ex hyspania triumphavit / Tulit in eo triumpho argenti infecti viginti
— quinque milia / auri pondo mille / quadringenta / Militibus divisit in singulos du-
cenos septuagenos eris triplex equiti / Titus Sempronius Consul in provinciam pro-
fectus in boiorum primum agrum legiones duxit / Boiorix tunc regulus eorum cum duobus
fratribus tota gente concitata ad rebellandum / locis apertis castra posuit ut
appareret dimicaturos si hostis fines intrasset / Consul ubi copie quante / quanta
fiducia esset hosti sensit / nuncium ad Collegam mittit / ut si videretur ei maturaret
venire / se tergiversando in adventum eius rem extracturum / Que causa Con-
suli cunctandi / eadem gallis / preterquam quod cunctatio hostibus animos faciebat / rei
maturande erat / ut priusquam coniungerentur Consulum copie / rem transigerent / per
biduum tamen nichil aliud quam steterunt parati ad pugnam si quis contra egrederetur
/ Tercio subire ad — vallum / Castraque simul ab omni parte aggressi sunt / Consul
extemplo arma capere milites iussit / Armatos inde — paulisper con-
tinuit ut et stolidam fiduciam hosti augeret / Disponeret copias quibus quoque porta
(erumperent) signa efferre iussit / Sed in ipso exitu ita conferti obstitere galli / ut claude-

i. erumperent due legiones duabus principalibus portis

rent utrimque / Dum in angustiis pugnatum est / nec dexteris magis gladiisque gerebatur
res / quam scutis corporibusque ipsis obnixi urgebant / Romani ut signa foras efferrent
/ Galli ut aut in castra ipsi penetrarent / aut exire Romanos prohiberent / Nec ante
in hanc / aut illam partem moveri acies potuerunt / quam Q. Victorius primi pili centurio
et C. Atinius / quarte hic / ille secunde legionis / rem in asperis preliis sepe tempta-
tam / signa adempta signiferis / in hostes iecerunt / Dum repetunt enixe signum priores /
secunda se porta iecere / Iam hii extra vallum pugnabant / quarta legione in porta
herente / cum alius tumultus ex adversa parte castrorum est exortus / In portam questo-
riam irruperant Galli / resistentes pertinacius occiderant / L. Postumium questorem cui
Tympano fuit cognomen et M. Atinium et Sempronium prefectos sociorum / et du-	/ p…
centos ferme milites / Capta ab ea parte castra erant donec cohors extra or-	/
dinaria missa a Consule ad tuenda questoria porta / et eos qui intra
vallum erant partim occidit / partim expulit Castris / et irrumpentibus obstitit / Eodem
fere tempore et quarta legio cum duabus extraordinariis cohortibus / porta
erupit / Ita simul tria prelia circa castra locis distantibus erant / clamoresque dis-
soni ad incertos suorum eventus a presenti certamine avertebant animos / Pug-
natum usque ad meridiem equis viribus atque prope pari spe / Pugnatum est labor et
estus mollia et fluida corpora Gallorum et minime patientia sitis / cum
decedere	decedere pugna coegisset / in paucos restantes impetum Romani fecerunt
fusosque compulerunt in castra / Signum inde receptui a Consule datum est / ad
quod pars ceterum / studio et spe potiendi Castris hostium / persistit ad
vallum / Horum paucitate Galli contempta / Galli universi ex castris eruperunt / Fusi in-
de Romani / quos imperio consulis uti noluerunt / suo terrore atque pavore
castra repetunt / Ita varia hinc atque illinc nunc fuga / nunc victoria fuit /
Gallorum tamen ad undecim milia / Romanorum quinque milia sunt occisa / Galli recepe-
re in intima finium sese / Consul Placentiam legiones duxit / Scipionem alii con-
iuncto exercitu cum collega per Boiorum agros / populantem isse quoad progredi sil-
ve paludesque passe sint / scribunt alii nullam memorabili gesta re comitiorum
causa redisse / EODEM Anno Titus Quintius / Elatie quo in hiberna
reduxerat copias totum hyemis tempus iuri dicendo consumpsit / Mutandisque
hiis que aut ipsius Philippi aut prefectorum eius licentia in Civitatibus facta
erant / cum sue factionis hominum vires augendo ius et libertatem aliorum deprime-
rent / Veris initio Corinthum conventu edicto venit / Ibi omnium Civitatum lega-
tiones in contionis modum circumfusas est allocutus / exorsus ab inita primum Romanis a-	/
micicia / cum Grecorum gente / et imperatorum / qui ante se in Macedonia fuissent
suisque rebus gestis / Omnia cum approbatione ingenti sunt audita / preterquam cum ad
mentionem / Nabidis ventum esset / id minime conveniens liberanti Greciam videbatur
Tyrannum reliquisse / non solum sue patrie gravem / sed omnibus circa Civitatibus me-
tuendum / Nec ignarus huius habitus animorum / Quintius si sine excidio Lacede-
monis fieri potuisset / fatebatur pacis cum Tyranno mentionem admittendam
auribus non fuisse / Nunc cum aliter quam ruina gravissime Civitatis opprimi non
posset / satius visum esset tyrannum debilitatum ac totis prope viribus
ad nocendum

a reliquis quod intermori vehementioribus quam que pati possit remediis

nunquam ademptis / Civitatem sinere in ipsa vindicta libertatis perituram / preteritorum
commemoratione / subiecit / proficisci sibi in Italiam atque omnem exercitum deportare in
animo esse / Demetriadis Chalcidisque presidia intra decimum diem audituros dedu-
cta ac Corinthum ipsis extemplo videntibus vacuam / Achaeis traditurum ut omnes sci-
rent utrum Romanis an Aetolis mentiri mos esset / qui male commissam libertatem po-
pulo Romano sermonibus distulerint / et mutatos pro Macedonibus Romanos / do-
minos / sed illis nec quid dicerent / nec quid facerent quicquam unquam pensi fuisse / Reliquas
Civitates ~ monere / ut factis non ex dictis amicos pensent / intelligantque quibus
credendum / et a quibus cavendum sit / libertate modice utantur Temperatam eam salubre
est et singulis Civitatibus esse / Nimiam et aliis gravem / et ipsis qui habeant precipitem
et effrenatam esse / Concordie in civitatibus principes et ordines inter se et in ~ commune
omnes Civitates consulerent / Adversus consentientes nec regem quemquam satis validum
nec Tyrannum fore / discordiam et seditionem omnia opportuna insidiantibus facere / Cum pars que
domestico certamine inferior sit / externo potius se applicet / quam civi cedat alienis
armis / externa parta fide reddita libertate / sua cura custodirent / servarentque
ut populus Romanus dignis datam libertatem hinc munus suum bene positum sciret / Has
velut parentis voces cum audiret / manare omnibus gaudio lacrime adeo ut ipsum quoque
confunderent dicentem / paulisper fremitus ~ approbantium dicta fuit / monen-
tiumque aliorum alios ~ ut eas voces velut oraculo missas in pectora animosque dimit-
terent / Silentio deinde facto petiit ab his ut cives Romanos si qui ~ apud eos
in servitute essent conquisitos in duos menses mitteret ad se. In Thessaliam
ne ipsis quidem honestum esse in liberata terra liberatores eius servire. Omnes acclama-
runt gratias ~ ~ se inter cetera etiam ob hoc agere / quod admoniti essent ut tam
pio ac necessario officio fungerentur / Ingens numerus erat bello Punico captorum
quos Hanibal cum a suis ~ ~ non redimerentur venundederat ~ ~ Multitudinis
eorum argumentum est / quod Polibius scribit / Centum talentis eam rem Achaeis stetisse / cum
quingenos denarios precium in capita quod redderetur dominis statuissent / Mille enim ducen-
tos ea ratione Achaia habuit / adice nunc pro portione quot verisimile sit totam Gre-
ciam habuisse / Nondum Conventus dimissus erat. cum respiciunt presidium a
Corintho descendens protinus duci ad portam atque abire cunctis servatoremque
clamantibus / salutatis dimissisque eis / eadem qua venerat in Elatiam rediit
Inde cum omnibus copiis Appium Claudium legatum dimisit per Thessaliam atque Epirum ducere
Oricum iubet / atque ibi ~ se operiri / inde namque in animo esse exercitum in Ytaliam traiicere
et L. Quinctio fratri legato et prefecto Classis scribit ut onerarias ex omni Gre-
cie ora / eadem contraheret. Ipse Chalcidem profectus / deductis non a Chalcide solum sed
etiam ab Oreo atque Eretria presidiis / Conventum ibi Euboicarum Civitatum habuit / ad-
monitosque in quo statu rerum accepisset eos / et in quo relinqueret dimisit / ~
~ Demetriadem inde proficiscitur deductoque presidio / prosequentibus cunctis
sicut Corinthi et Chalcide / pergit ire in Thessaliam / ubi liberande non modo civitates
erant / sed ex omni modo colluvione ac confusione in aliquam tollerabilem formam re-
digende / Nec enim temporum modo vitiis ac violentia et licentia regia / turbate
erant sed inquieto etiam ingenio gentis / Nec Comitia nec Conventum nec con-

cilium

Nota libertatis moderatus usus salubris nimius gravis

alieno illo usu per seditionem et tumultum sibi unde a principio ad nostram usque etatem traducerent a censu maxime et senatum iudices legit potentioremque eam partem civitatis fecit cui salva et tranquilla esse magis omnia expediebat / Ita cum percensuisset Thessaliam / per Epirum Oricum unde traiecturus erat venit ab Orico copie omnes Brundusium transportate / inde per totam Italiam ad urbem prope triumphantes non minore agmine rerum captarum quam suo pre se acto venerunt / Postquam Romam ventum est senatus extra urbem Quinctio ad res gestas disserendas datus est triumphusque meritus ab invenientibus decretus / triduum triumphavit / die primo arma tela signaque erea et marmorea transtulit / plura Philippo adempta quam que ex civitatibus ceperat / Secundo die aurum argentum factum infectumque et signatum / tulerit Argenti fuit decem et octo milia pondo et ducenta et septuaginta facti / vasa multa omnis generis celata / plerumque quedam eximie artis et ex ere multa fabricata / adhec clipea argentea decem / Signati argenti octoginta quatuor milia fuere / Atthicorum thetradrachma vocant trium fere denariorum in singulos argenti est pondus / Auri pondo fuit tria milia septingenta quatuordecim / et clipeum unum ex auro totum et philippi nummi aurei quatuordecim milia quingenti quatuordecim / Tertio die corone auree dona civitatum translate / centum quatuordecim et hostie ducte / et ante currum multi nobiles captivi obsidesque inter quos Demetrius regis philippi filius / et Armenes Nabidis tyranni filius Lacedemonius ipse / Deinde Quinctius urbem est invectus secuti currum milites frequentes exercitu omni ex provincia reportato / hiis divise quinquageni eris in pedites duplex centurioni triplex equiti / prebuerunt speciem triumpho capitibus rasis secuti / Exitu huius anni C. Aelius Tubero tribunus plebis ex C. Domitius tulit ad plebem plebisque scivit uti due latine colonie una in Bruttios / altera in Thurinum agrum deducerentur. His deducendis triumviri creati / quibus in triennium imperium esset / in Bruttios Q. N. Nevius M. Minucius Rufus M. Furius Grassipes / Thurinum agrum A. publius . Manlius . p. Emilius . L. Apustius ea bina comitia / Cn. Domitius ea pretor urbanus in capitolio habuit / Edes eo anno aliquot dedicate sunt / Una Iunonis Matute in foro olitorio / voti / locatique quadriennio ante A. C. Cornelio consule Gallico bello / censor idem dedicavit / Altera Fauni . Edes eam biennio ante ex multaticio argento faciendam locaverat C. Scribonius et Cn. Domitius qui pretor urbanus erat dedicavit / Et edem Fortune Primigenie in colle Quirinali dedicavit / Q. Marcius Ralla duumvir ad id ipsum creatus voverat eam decem annis ante punico bello / P. Sempronius Sophus locaverat / idem censor / et Iula Iovis ede C. Servilius duumvir dedicavit / votum erat sex annis ante Gallico bello A. L. Furio Purpurione pretore / ab eodem postea consule locatum / hec eo anno / Scipio ex provincia Gallia ad consules subrogandos rediit / Comitia consulum fuere quibus creati sunt L. Cornelius Merula et Q. Minucius Thermus / postero die creati sunt pretores L. Cornelius Scipio M. Fulvius Nobilior C. Scribonius M. Valerius Messalla L. Porcius Licinus et C. Flaminius Megalesia / ludos scenicos Atilius Serranus L. Scribonius Libo ediles curules primi fecerunt / Horum edilium ludos Romanos primum senatus a populo secretus / spectavit

Triumphus Quinctii per triduum acta

clipeus ex auro

ducem

Restituti libertati rasis ducti capitibus

edes complures dedicate

duumvir

/ voverat

prebuitque sermones sicut omnis novitas solet. Aliis tandem quod multo ante debue
rit tributum existimantibus amplissimo ordini. aliis demptum ex dignitate popu
li quicquid maiestati patrum adiectum esset interpretantibus. et omnia discrimina talia
quibus ordines discernerentur et concordie et libertatis eque minuenda esse. ad
quingentesimum octavum annum in promiscuo spectatum esse. quid repente fac
tum. Cur misceri sibi in cavea patres plebem nollent. Cur dives pauperem
consessorem nollet. novam superbam libidinem. que a nullius ante gentis senatu neque
desiderata neque institutam. postremo ipsum quoque Affricanum qui consul auctor rei
fuisset. penituisse ferunt. adeo nichil motum ex antiquo probabile est. veteribus nisi
que usus evidenter arguit stari malunt. PRINCIPIO Anni quo L. Cor
nelius et Q. Minucius consules fuerunt terremotus ita crebri nunciabantur ut non
rei tantum ipsius sed feriarum quoque ob id indictarum homines tederet. Nam neque senatus
haberi. neque respublica administrari poterat. sacrificando expiandoque occupatis consulibus.
postremo decemviris adire libros iussis. ex responso eorum supplicatio per triduum fuit.
Coronati ad omnia pulvinaria supplicaverunt. edictumque est. ut omnes qui ex una familia
essent pariter supplicarent. Idem ex auctoritate senatus consules edixerunt. ne quis
quo die terremotu nunciato ferie indicte essent. eo die alium terremotum nunciaret.
Provincias deinde consules prius. tum pretores sortiti. Cornelius Galliam. Mi
nucius Ligures sortiti. Sortiti C. Scribonius urbanam. M. Valerius peregrinam.
L. Cornelius Siciliam. L. Porcius Sardiniam. C. Flaminius Hispaniam citeriorem.
M. Fulvius Hispaniam ulteriorem. Nichil eo anno belli expectantibus consulibus
littere M. Cincii. prefectus Pisis erat. allate. Ligurum viginti milia armatorum coniu
ratione per omnia conciliabula universe gentis facta. Lunensem primum agrum depopula
tos. pisanum deinde finem transgressos. omnem oram maris peragrasse. Itaque Minucius
consul cui Ligures provincia venerat. ex auctoritate senatus in rostra ascendit. Edix
itque ut legiones due urbane. que superiore anno conscripte essent. post diem
decimum Aretium adessent. In earum locum se duas legiones urbanas scripturum. Item
sociis et latino nomini magistratibus legatisque eorum qui milites dare debebant
edixit ut in Capitolio se adirent. Ex hiis quindecim milia peditum et quingentos equites
pro numero cuiusque iuniorum descripsit. et inde ex Capitolio protinus ire ad por
tam et ut maturaretur res proficisci ad bellum iussit. Fulvio Flaminioque terna
milia Romanorum peditum. centeni equites in supplementum. et quina milia
latini nominis et duceni equites decreti. Mandatumque pretoribus ut veteres dimitterent
milites cum in provinciam venissent. Cum milites qui in legionibus urbanis erant. fre
quentes tribunos adissent. ut causas cognoscerent eorum quibus aut emerita sti
pendia. aut morbus cause essent quominus militaret. eam rem littere Ti. Sem
pronii discusserunt. in quibus scriptum erat Ligurum decem milia in agrum placentinum
venisse. et usque ad ipsa colonie menia et Padi ripas cedibus et incendiis popu
latos esse. Boiorum quoque gentem ad rebellionem spectare. ob eas res tumultum
esse decrevit senatus. tribunos plebis non placere causas militares cognoscere
quo minus ad edictum convenirent. Adiecerunt etiam ut socii nominis latini qui in exerci
tu P. Cornelii et Titi Sempronii fuissent et dimissi ab hiis consulibus essent. ut

Nō

ad quam diem L. Cornelius consul edixisset / et in quem locum edixisset / Hetrurie conue-
nirent / et uti L. Cornelius consul in provinciam proficiscens / in oppidis agrisque qua
iturus esset / si quos ei videretur milites scriberet / armaretque et educeret secum / di-
mittendique ei eorum quos quandoque vellet ius esset / postque consules delectu habito profec-
ti in provincias sunt / Tunc Titus Quinctius postulavit ut de hijs que cum decem
legatis ipse statuisset audiret senatus ea / que si videretur auctoritate sua confir-
maret / id eos facilius facturos / si legatorum verba / qui ex universa grecia et magna
parte Asie quique a regibus venissent audissent / Hee legationes a Gn. Scri-
bonio pretore urbano in senatum reducte sunt / benigne responsum est omnibus cum
Anthioco quia longior disceptatio erat / decem legatis quorum pars aut in A-
sia aut lysimachie apud regem fuerant delegata est / Quinctio mandatum ut adhibi-
tis hijs legatorum regis verba audiret / responderetque hijs / que ex dignitate atque
utilitate populi Romani responderi possent / Menippus ignorare se dixit / quid-
nam perplexi sua legatio haberet cum simpliciter ad amicitiam petendam iungendamque
societatem venissent / esse autem tria genera federum / quibus inter se paciscerentur
amicitias civitates regesque / Unum cum bello victis dicerentur leges / ubi enim omnia ei
qui armis plus posset dedita essent / que ex hijs habere victos / quibus
multari eos velit / ipsius ius atque arbitrium esse / Alterum cum pares bello equo fe-
dere in pacem atque amicitiam venirent / Tunc enim repeti reddique per conventione
res / et si quarum turbata bello possessio sit / eas aut equo et a iuris antiqui aut
partis utriusque commodo componi / Tertium esse genus cum qui numquam hostes
fuerint ad amicitiam sociali federe inter se iungenda coeant / eos nec dice-
re nec accipere leges / id enim victoris et victi esse / ex eo genere cum Anthiochus
esset mirari se quod Romani equum censeant leges ei dicere / quas Asie urbium
liberas et immunes / quas stipendiarias esse velint / quas intrare presidia re-
gia regemque vetent / Cum philippo enim hoste pacem non cum Anthioco amico societa-
tis fedus ita sanciendum esse / **Ad ea** Quinctius / quoniam vobis distincte
agere libet et genera iungendarum amicitiarum enumerare / Ego quoque duas condi-
ciones ponam extra quas nullam esse regi nuntietis / amicitie cum populo Roma-
no iungende / Unam si nos nihil quod ad urbes Asie attinet curare velit / ut
et ipse omni Europa abstineat / Alteram si se ille Asie finibus non contineat / et
et in Europam transcendat ut et Romanis ius sit / Asie civitatum amicitias et
tueri quas habeant / et novas complecti / Enimvero id auditu etiam dicere indignum
esse hegesianax Thracie et Chersonesi urbibus arceri Anthiochum que Seleucus pro-
avus eius Lysimacho rege bello victo / et in acie ceso per summum decus parta reli-
querit / pars cum laude a Thracibus parta possessa armis recepit Anthiochus / partim
deserta / sicut ipsam Lysimachiam et revocatis cultoribus frequentaverit / et
que strata ruinis atque incendijs erant ingentibus impensis edificaverit / Quid igitur sile
esse ex ea possessione ita parta ita recuperata deduci Anthiochum et Romanos ab-
stinere Asia / que numquam eorum fuerit / Amicitiam expetere Romanorum Anthiochum sed que
impetrata / glorie sibi non pudori sit **Ad hec** Quinctius quandoquidem inquit ho-
nesta pensamus / sicut aut sola aut prima certe pensari decet / principi orbis ter-

fe:

Responsio Quinti

Hegesianax regis Anthiochi legati replicatio

tantum populo et tanto regi unum tamen videtur honestum liberas velle omnes/ que u-
bique sint grecie urbes/ an servas et vectigales facere sibi Anthiochus pulcrum
esse censet/ quas urbes proavus belli iure habuerit Avus paterque numquam usurpa-
verint pro suis eas repetere in servitutem/ et populus romanus susceptum patrocinium liberta-
tis grecorum non deserere/ fidei constancieque sue ducit esse/ Sicut a philippo greciam
liberavit/ ita et ab Anthiocho grecas et asie urbes liberare in animo habet/ Neque enim
in Eolidem Ioniamque Colonie in servitutem regiam misse sunt/ sed stirpis augen-
de causa gentisque vetustissime per orbem terrarum propagande/ Cum hesitaret he-
gesianax nec infitiari posset honestiorem causam libertatis quam servitutis pretexi ti-
tulo/ Quin mittimus ambages inquit .p. Sulpicius/ qui maximus natu ex decem legatis
erat/ alteram ex duabus condicionibus que modo diserte a Quincio date sunt/
legite aut supersedete de amicicia agere/ Nos vero inquit Menippus nec vo-
lumus nec possumus pacisci quicquam quo Anthiochi Regnum minuatur/ **Postero**
die Quinctius legaciones universas grecie Asieque cum in senatum introduxisset ut
scirent quali animo populus romanus quali Anthiochus erga Civitates essent/ postula-
ta et Regis et sua exposuit/ Renunciarent Civitatibus suis populum Romanum qua
virtute/ quaque fide libertatem eorum a philippo vindicaverit/ eadem ab Anthioco nisi
decedat Europa vindicaturum/ Tum Menippus deprecari et Quinctium et patres
instituit/ ne festinarent decernere/ quo decreto turbaturi orbem terrarum essent/ Tempus et
sibi sumerent et Regi ad cogitandum darent/ Cogitaturum cum renunciate condiciones es-
sent/ et impetraturum aliquid aut pacis causa concessurum/ Ita integra dilata res est/
legatos mitti ad regem eosdem placuit/ qui lysimachie apud eum fuerant/ p. Sulpi-
cium p. villium Elium/ Vix dum hy profecti erant/ cum a Carthagine legati bellum haud
dubie parare Anthiocum/ hanibale ministro attulerunt/ iniectusque timor ne simul
et punicum excitaretur bellum/ hanibal patria profugus pervenerat ad Anthiochum
sicut ante dictum est et erat apud Regem in magno honore/ nulla alia arte/ nisi quod
volutanti diu consilia de Romano bello/ nemo aptior super tali re particeps esse
sermonis poterat/ Sententia eius una atque eadem semper fuerat/ ut in Italia bellum
gereretur/ Italiam et commeatus et militem prebituram externo hosti/ si nichil ibi mo-
veatur liceatque populo Romano/ viribus et copiis Italie/ extra Italiam bellum gerere
neque Regem neque gentem ullam parem esse Romanis/ sibi Centum tectas naves decem
milia peditum mille Equites deposcebat/ ea se Classe primum se Affricam petiturum magno-
pere confidere/ et Carthaginenses ad rebellandum a se compelli posse/ si illi cun-
ctentur/ se aliqua parte Italie excitaturum Romanis bellum/ Regem cum ceteris omnibus tra-
hoc in Europa (Europa) et in aliqua parte grecie copias continere/ neque traicientem et quod in
speciem famamque belli satis sit paratum traicere/ In hanc sententiam cum adduxisset
regem preparandos sibi ad hoc popularium animos ratus/ litteras ne quo casu in-
tercepte palam facerent conata/ scribere non est ausus/ Aristonem quendam Tyrium na-
ctus ephesi/ expertusque sollerciam/ in levioribus ministeriis partim donis partim spe
premiorum oneratum/ quibus etiam ipse Rex adnuerat Carthaginem/ cum mandatis
mittit/ edit nomina eorum quibus conventis opus/ instruit etiam secretis notis per
quas haud dubie cognoscerent/ sua mandata esse/ Hunc Aristonem Carthagi-

hanibal suma de modo belligerandi contra Romanos

debere

Ariston mittit Cartaginem ad faciendum discordias

gerere observante non prius animum quam inimici Hannibalis qui de regis venisset cognoverunt. Et primo in circulis conviviisque celebrata sermonibus res est. Deinde in senatu quidam in senatu nihil actum esse dicere exilio Hannibalis si absens quoque novas moliri res et sollicitando animos hominum turbare statum civitatis posset. Aristonem quendam Tyrium advenam instructum mandatis ab Hanibale et ab Anthiocho rege venisse, certos homines cotidie cum eo secreta colloquia serere. In occulto coqui quod mox in omnium perniciem erupturum esset. Conclamare omnes vocari Aristonem debere, et quaeri ad quid venisset, et nisi expromeret cum legatis Romam mitti. Satis pro temeritate unius hominis suppliciorum pensum esse. Privatos suo periculo peccaturos, rem publicam non extra noxam modo sed etiam extra noxae famam servandam esse. Vocatus Ariston purgare sese et firmissimo propugnaculo uti, quod litterarum nihil ad quemquam attulisset. Ceterum nec causam adventus satis expediebat, et in eo maxime haesitabat quod cum Barchine solum factionis hominibus colloquia contulisset. Orta inde altercatio est, aliis pro speculatore comprehendi iam et custodiri iubentibus, aliis negantibus tumultuandi causam esse. Mali rem exempli esse de nihilo hospites corripi. Idem Carthaginenses et Tyri et in aliis emporiis quae frequenter commeant eventurum. Dilata eo die est res. Ariston Punico ingenio inter Penos usus, tabellas conscriptas celeberrimo loco super sedem cotidianam magistratuum prima vespera suspendit. Ipse de tertia vigilia clam navem conscendit et profugit. Postero die cum sufetes ad ius dicendum consedissent, conspectae tabellae demptae lectaeque. Scriptum erat Aristonem privatim ad neminem, publice ad seniores, ita senatum vocabant, mandata habuisse. Publicato crimine minus intenta de paucis quaestio erat. Mitti tamen legatos Romam qui rem ad consules et ad senatum referret placuit, simul qui de iniuriis Massinissae quererentur. Masinissa postquam et infames Romanis Carthaginenses et inter ipsos discordes principes propter colloquia Aristonis, senatum propter indicium eiusdem Aristonis populo suspectum, locum iniuriae esse ratus, agrum maritimum eorum et depopulatus est et quasdam urbes vectigales Carthaginensium sibi coegit stipendium pendere. Emporia vocant eam regionem. Ora minoris est Syrtis et agri uberis. Una civitas eius Leptis. Ea singula in dies talenta vectigal Carthaginensibus dedit. Hanc tum regionem et totam infestam Masinissa et ex quadam parte dubiae possessionis sui regni an Carthaginensium esset effecerat. Et quia simul ad purganda crimina et questum de se Romam eos ituros comperit, qui et illos onerarent suspicionibus et de iure vectigalium disceptarent, legatos et ipse Romam mittit. **Auditis** de Tyrio advena primum Carthaginenses curam ingessere patribus ne cum Anthiocho simul et Penis bellandum esset. Maxime ea suspicio crimen augebat, quod quem comprehensum et Romam mittendum esset, maxime ea suspicio crimen augebat, quod quem comprehensum et Romam mitti placuisset, nec ipsum nec navem eius custodissent. De agro deinde cum regis legatis disceptari coeptum. Carthaginenses iure finium causam tutabantur, quod intra eorum terminos esset quibus P. Scipio victor agrum qui iuris esset Carthaginensium finisset, et confessione regis, qui cum Aphirem profugum ex regno suo cum parte Numidarum vagantem circa Cyrenas persequeretur, precario iter se

vespera clam fugit Ariston

quanto discordie malo

Septa civitas in Affrica

per eum ipsum agrum transisset haud dubie Carthaginiensium iuris, perisset. Numide
et determinatione Scipionis mentiri eos arguebant et si quis veram iuris origi
nem exigere vellet, quem proprium agrum Carthaginiensium in Africa esse ad
venis, quantum secto bovis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad urbem communi
endam precario datum, quicquid Byrsam sede sua excesserint vi atque iniuria par
tum habere. Neque eum de quo agatur probare eos posse, non modo semper ex quo cepe
rint, sed ne diu quidem eos possedisse, per oportunitates nunc illos, nunc reges Numidarum
usurpasse ius, semperque penes eum possessionem fuisse qui plus armis potuisset, cuius
conditionis res fuerit priusquam hostes Carthaginienses socius atque amicus rex Numi
darum esset, eius sinerent esse, nec se interponerent quo minus qui possent tenerent.
Responderunt legatis utriusque partis placuit mitti eos se in Africam qui inter populum
Carthaginiensem et regem in presentia disceptarent. Missi P. Scipio Africanus et Gaius
Cornelius Cetegus et M. Minucius Rufus, audita inspectaque re suspensa omnia
neutro inclinatis sententiis reliquere. Id utrum sua sponte fecerint, an quia man
datum ita fuerit, non tam certum est quam videtur tempus aptum fuisse integro certamine
eos relinqui. Nam ni ita esset, unus Scipio vel notitia rei vel auctoritate, ita de
utrisque meritus, finire in promptu disceptationem potuisset.

liber iiij⁹ finit incipit quintus

Principio anni

quo gesta sunt hec, Digitius pre
tor in Hyspania citeriore, cum civitatibus hiis que post profectio
nem M. Cathonis rebellaverant, crebra magis quam digna dictu
prelia fecit, et adeo pleraque adversa ut vix dimidium militum
quam acceperat successori tradiderit. Nec dubium est quin omnis Hyspania sub
latura animos fuerit, nisi alter pretor P. Cornelius Cn. f. Scipio trans
Hiberum multa secunda prelia fecisset, quo terrore non minus quinquaginta op
pida ad eum defecerant. Pregesserat Scipio ea pretor. Lusitanos pervastata ulte
riore provincia cum ingenti preda domum redeuntes in ipso itinere aggressus, ab
hora tertia diei ad octavam incerto eventu pugnavit, numero militum impar, superior
aliis. Nam et acie frequenti armatis adversus longum et impeditum turba pe
corum agmen, et recenti milite adversus fessos longo itinere concurrerat. Ter
tia namque vigilia hostes exierant, huic nocturno itineri tres diurne hore ac
cesserant, nec ulla quiete data laborem vie prelium exceperat. Itaque primo
principio pugne vigoris aliquid in corporibus animisque fuit, et turbaverant primo Roma
nos, deinde equata paulisper pugna est. In hoc discrimine ludos Iovi si vicisset
vovit. Deinde equata paulisper pugna est. Tandem gradum acrius intulere Romani, Cessitque
cecidissetque hostes pretor vovit, tandem gradum acrius intulere Romani, cessitque
Lusitanus, deinde prorsus terga dedit. Et cum institissent fugientibus victores,
ad duodecim milia hostium sunt cesa, capti ducenti quinquaginta, ferme omnes eque
tes, et signa militaria capta centum quinquaginta quatuor, ex exercitu Romano

nota

Hic fugit Scipio cum Lusitanis predam agentibus

primo

septuaginta et tres amissi / pugnatum haud procul Illipa urbe / eo victorem / opulen
tum prede exercitum p. Cornelius reduxit / Ea omnis ante urbem exposita est / potestasque
dominis suas res cognoscendi facta est / Cetera vendenda questori data / quod inde refec
tum est militi divisum / Nondum a Roma profectus erat C. Flaminius pre
tor cum hec in hispania gerebantur / Itaque tam adverse quam secunde res / per ipsum Amicosque
eius magis ——— sermonibus celebrabantur et temptaverat / quoniam bellum ingens
in provincia exarsisset et exiguas reliquias exercitus / a Sexto digitio atque eas ipsas
plenas pavoris ac fuge accepturus esset / ut sibi unam ex urbanis legionibus decer
nerent / ad quam cum milites a se ipso scriptos ex senatusconsulto adiecisset / eligeret ex
omni numero sex milia et ducentos pedites / equites trecentos ea se legione / nam
in sexti digitii exercitu / haud multum spei esse / rem gesturum / seniores negare / ad
rumores a privatis temere / in gratiam magistratuum confictos / Senatusconsulta fa
cienda esse / nisi quod aut ex provinciis scriberet / aut legati renunciaret nihil ratum habe
ri debere / si tumultus in hispania esset / placere / tumultuarios milites extra Italiam lege
rentur / Valerius Anchias et in Sicilia navigasse dilectus causa / flaminium scribit / et
ex Sicilia hispaniam petente tempestate in Affricam delatum / vagos milites de exercitu
p. Affricani sacramento rogasse / his duarum provinciarum dilectibus tertium in hispania
adiecisse / Nec in Italia segnius ligurum bellum crescebat / Pysas iam quadraginta mili
bus hominum affluente multitudine ad famam belli spe ~ prede circumsedebant / Mi
nucius Consul Arretium die que dixerat ad conveniendum militibus venit / Inde quadra
to agmine cum ad pysas duxisset / cum hostes non plus passus ab oppido trans flumi
nem movissent castra / Consul urbem haud dubie / servatam adventu suo est ingres
sus / postero die et ipse trans flumen ferme mille passibus ab hoste posuit castra
Inde levibus preliis a populationibus / agrum sociorum tutabatur / in aciem exire non aude
bat novo milite et ex multis generibus collecto nec dum noto satis inter se ut
fidere alii aliis possent / ligures multitudine freti et in aciem exibant / parati de
summa rerum decernere et habundantes militum numero / passim multas manus per ex
trema finium ad predandum mittebant / Et cum coacta vis magna pecorum predaque
esset / paratum erat presidium / per quos in castella eorum vicosque agerentur / Cum bel
lum ligustinum ad pisas constitisset Consul alter L. Cornelius Merula per extremos
ligurum fines exercitum in agrum boiorum induxit ubi longe alia belli ratio cum liguribus
erat Consul in aciem exibat hostes pugnam detrectabant / predatumque ubi nemo obviam
exiret discurrebant Romani / boii diripi sua impune quam tuendo ea conserere cer
tamen malebant / postquam omnia ferro igneque vastata satis erant / Consul agro hos
tium excessit / et ad Mutinam agmine incaute ut inter pacatos ducebat // boii ubi
egressum finibus suis hostem sensere / sequebantur silenti agmine / locum insidiis que
rentes / nocte pretergressi castra Romana / saltum qua transeundum erat Romanis inse
derunt / Id cum parum occulte fecissent Consul qui multa nocte solitus erat movere
castra ne nox terrorem in tumultuario prelio augeret lucem expectavit / et cum luce mo
veret / tamen turmam equitum exploratum misit / postquam relatum est quante copie / et in quo
loco essent / totius agminis sarcinas in medium ~ coniici iussit / et triarios
vallum circumiicere / cetero exercitu instructo ad hostem accessit // Idem et galli fecerunt

postquam aptius esse insidiis et tecto ac furto prelio ubi vera vinceret virtus / Dimi
candum viderunt / hora tercia ferme concursum est / sinistra sociorum equitum ala et extra
ordinarii prima in acie pugnabant / preerant duo consulares legati M. Marcellus
et T. Sempronius prioris anni consules. Novus consul nunc ad prima signa erat
nunc legiones continebat in subsidiis ne certaminis studio prius procurrerent quam da
tum signum esset / Equites earum extra aciem in locum patentem Q. et P. Minucios tribunos militum edu
cere iussit. Inde cum signum dedisset impetum ex aperto facerent / Hec agenti nuntius venit
a Tito Sempronio Longo / non sustinere extraordinarios impetum Gallorum et cesos per
multos esse / et qui superessent partim labore / partim metu remisisse ardorem pugne / le
gionem alteram / ex duabus si videretur summitteret priusquam ignominia acciperetur /
Secunda missa est legio et extraordinarii recepti / tum re integrata est pugna / cum
et recens miles et frequens ordinibus legio successisset / et sinistra ala ex prelio
subducta est / dextera in primam aciem subiit / Sol ingenti ardore torrebat / mi
nime patiencia estus corpora Gallorum / densis tamen ordinibus / nunc alii in alios / nunc
in scuta incumbentes sustinebant impetus Romanorum / Quod ubi animadvertit consul
ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem qui preerat alariis equitibus
quam concitatissimos equos immittere iubet / et legionarios equites in subsidiis esse
Hec procella equestris primo confudit et turbavit deinde dissipavit aciem
Gallorum / non tamen ut terga darent / Obstabant duces hastilibus cedentes terga
trepidantium et redire in ordines cogentes / sed inter equitantes alarii non patiebantur /
Consul orabat milites ut paululum adniterentur victoriam in manibus esse / dum tur
batos et trepidantes viderent instarent / si restitui ordines sivissent integro rursus
eos prelio et dubio dimicaturos / Inferre vexillarios iussit signa omnes conixi tan
dem averterunt hostem. Postquam terga dabant / et in fugam passim effundebantur tum
ad persequendos eos legionarii equites immissi / quatuor decem milia Boiorum eo die
cesi sunt / vivi capti mille ducenti viginti duo / Equites ducenti viginti unus / tres
duces eorum signa militaria ducenta duodecim / carpenta centum duo / Nec Ro
manis incruenta victoria fuit / supra quinque milia militum ipsorum aut sociorum sunt
amissa Centuriones tres et viginti / prefecti socium quatuor et M. tribuni militum se
cunde legionis / Eodem fere tempore duorum consulum littere allate
sunt. L. Cornelii ad Mutinam de prelio cum Boys facto et Q. Minucii a Pi
sis / comitia sue sortis esse / Ceterum adeo suspensa omnia in Liguribus se habere
ut abscedi inde sine pernicie sociorum et damno rei publice non posset / Si ita videretur
patribus mitterent ad collegam ut is qui profligatum bellum haberet ad comi
cia Romam rediret / Si id facere gravaretur quod non sue sortis id negocium esset
se quidem facturum / quod senatus censuisset / sed etiam atque etiam viderent ne magis
e re publica esset / interregnum iniri quam ab se in tali statu relinqui provinciam / Senatus
C. Scribonio negocium dedit ut legatos duos / ex ordine senatorio mitteret ad
L. Cornelium consulem / qui litteras college ad senatum missas deferrent ad eum /
et nunciarent senatum nisi is ad magistratus subrogandos Romam veniret / potius quam Q.
Minucium a bello integro avocaretur interregnum iniri passurum / Missi legati re
nunciaverunt Cornelium ad subrogandos magistratus venturum / De litteris L. Corne
lii qui scripserat secundum prelium cum Boys factum / disceptatio in senatu fuit
quia privatim plerisque senatoribus legatus M. Claudius scripserat / fortune

tunc
te. ita iacet in exemplari

vel inde ab ala venit

vel abscedi

populi Ro. et militum virtuti gratia habenda quod res bene gesta esset / Consulis opera
et militum aliquantum amissum et hostium exercitum cum delendi oblata fuit fortuna elap-
sum / milites eo plures perisse / quod tardius ex subsidiis qui opem laborantibus ferrent suc-
cessissent / hostes e manibus emissos / quod equitibus legionariis tardius signum datum
esset / ut persequi fugientes non licuisset / De ea re nichil temere decerni placuit ad
frequentiores consultatio dilata est / Instabat enim cura alia quod civitas fenore
re laborabat / et cum multis fenerariis legibus constricta avaritia esset / via
fraudis inita esset / ut in socios qui non tenerentur his legibus nomina transcriberent
/ A tali vero fenore obruebantur debitores cum coercendi cum ratio quereretur di-
em finiri placuit Feralia proxima que fuissent / ut quicumque post eam diem socii Civibus
Romanis credidissent pecunias profiterentur / et ex ea die pecunie credite qui-
bus debitor vellet legibus ius creditori redderetur / Inde postquam professionibus de-
tecta est magnitudo eris alieni per hanc fraudem contracti / M. Sempronius
tr. ple. ex auctoritate patrum plebem rogavit plebsque scivit ut cum sociis ac nomine Latino
credite pecunie ius idem quod cum civibus Romanis esset / Hec in Italia ~~...~~ do-
mi militieque acta / In Hispania nequaquam tantum belli fuit quantum auxerat fama /
Gaius Flaminius in citeriore Hispania oppidum Illuciam in Oretanis cepit.
Deinde in hiberna milites deduxit / et per hiemem prelia aliquot nulla memoria
digna / adversus latronum magis quam hostium excursiones / vario tamen eventu nec
sine militum iactura sunt facta / Maiores geste res a M. Fulvio. Is apud Toletum
oppidum cum Vacceis Vectonibusque et Celtiberis signis collatis dimicavit / exercitum
earum gentium fudit fugavitque / Regem Hilermum ~~...~~ vivum cepit / Cum hec in His-
pania agerentur Comitiorum iam appetebat dies / Itaque L. Cornelius Consul relicto
ad exercitum Claudio legato / venit Romam / Is in senatu cum de rebus a se gestis
disseruisset / quoque in statu provincia esset / questus est cum patribus conscriptis
quod tanto bello una secunda pugna tam feliciter perfecto non esset habitus diis immor-
talibus honos / postulavit deinde supplicationem simul triumphumque decernerent / prius tamen
quam relatio fieret / M. Marcellus qui Consul dictatorque fuerat litteras eodem tempore dix-
it et Consulis Lucii Cornelii ad Senatum M. Marcelli ad magnam partem sena-
torum allatas inter se pugnantes cogitari esse consultationem ut presentibus auc-
toribus dictarum litterarum disceptaretur / Itaque expectasse sese / ut consul qui sci-
ret a legato suo adversus se scriptum aliquid / cum ipsi veniendum esset deduceret
eum secum Romam / Cum etiam verius esset Tito Sempronio imperium habenti / tradi
exercitum quam legato / Nunc videri se admonitum de industria / qui eum scripsisset per-
sonam diceret / arguere coram / ut si quid vani afferret / argui posset / donec ad
liquidum veritas explorata esset / Itaque nichil censere quod postularet Consul decer-
nendum / Cum perseveraret nichilo segnius referre ut supplicationes de-
cernerentur triumphantique sibi urbem invehi liceret / M. et T. Titinii tr.
ple. se intercessuros si de ea re fieret senatusconsultum dixerunt / Censores erant
priore anno creati Sextus Elius Petus et C. Cornelius Cethegus / Cornelius
lustrum condidit / Censa sunt civium capita centum quadraginta tria milia septin-
genti quatuor / Atque ingentes eo anno et tiberis loca plana urbis inundavit
Circa portam flumentanam etiam collapse quedam ~~...~~ ruine sunt / et porta Celi-

montana fulmine icta est / murus arcis multis locis de celo tactus et Aricie et Lanu-
uio et Auentino lapidibus pluit et a Capua nunciatum est examen vesparum ingens
in forum aduolasse et in Martis ede consedisse / eas collectas cum cura igni crematas
esse / Horum prodigiorum causa decemuiri libros inspicere iussi / et nouendiale sacrum factum et sup-
plicatio est indicta atque urbs lustrata / Eisdem diebus ediculam victorie virginis prope
edem victorie M. porcius Cato dedicauit biennio postquam vouit / eo anno colonia la-
tina in castrum Ferentinum triumuiri deduxerunt / Titus Manlius Volso / L. Apustius Fullo
Q. Elius tubero / cuius lege deducebatur / tria milia peditum iere / trecenti equites / Numerus
exiguus pro copia agri. Dari potuere quadragena iugera in pedites sexagena in
Equites / Apustio auctore tercia pars agri dempta est / Quo postea si vellent
nouos colonos ascribere possent / vigena iugera pedites quadragena equites acceperunt /
In exitu iam annus erat / Et ambitio magis quam umquam alias exarserat consularibus comitiis
/ multi et potentes [gap] / petebant / patricii plebeiique / P. Cornelius / Cn. f. Sci-
pione qui ex hispania prouincia nuper decesserat magnis rebus gestis et L. Quinctius
Flamininus qui classi in grecia prefuerat et Cn. Manlius volso hii patricii / plebei
autem C. Lelius Cn. Domitius C. Liuius Salinator M. Atilius plebei homines sed omnium
oculi in Q. Cornelium coniecti / nam et in unum locum petebant patricii ambo et rei mili-
taris gloria recens utrumque commendabat / Ceterum ante omnia certamen accendebant fra-
tres candidatorum duo clarissimi etatis sue imperatores / maior gloria Scipionis et
quo maior eo propior in inuidiam Quincti recentior / ut qui eo anno triumphasset / Ac-
cedebat quod alter iam prope decimum annum assiduus in oculis hominum fuerat / Que res
minus verendos homines magnos ipsa sacietate facit / Consul iterum post deuictum hanniba-
lem censorque fuerat / In Quinctio noua et recentia omnia ad gratiam erant / Nichil nec
pecierat a populo post triumphum nec adeptus erat / pro fratre germano non patrue-
li se petere aiebat / pro collega et participe administrati belli / se terra / fratrem
mari rem gessisse / Hiis obtinuit ut preferretur candidato quem Affricanus frater ducebat
quem Cornelia gens Cornelio consule comicia habente quem tantum per iudicium senatus
virum e ciuitate optimum iudicatum / qui matrem ydeam pessimunte venientem in urbem acciperet

Pessinunte

L. Quinctius et Cn. Domitius Enobarbus Consules facti / adeo ne in plebeio quidem consu-
le cum pro Celio niteretur Affricanus valuit / Postero die pretores facti creatique L.
Scribonius libo. M. fuluius Centumalus. A. Atilius Seranus bebius Thamphilus
L. Valerius Tamphilus / Q. Salonius / Sarra ediliteas insignis eo anno fuit / M.
Emilii lepidi et P. Emilii pauli / multos pecuarios dampnauerunt / Ex ea pecunia clipea
inaurata in fastigio edis Iouis posuerunt / porticum unam extra portam trigeminam
Emporio ad Tyberim adiecto / Alteram ad [gap] portam fontinalem ad Martis [gap]
Aram / qua in campum iter esset produxerunt / Diu nichil in liguribus memoria dignum
gestum erat / Extrema eius anni bis in magnum periculum res adducta est / Nam et
castra consulis oppugnata egre sunt defensa / et non ita multo post per saltum angustum
cum duceret agmen Romanum / ipsas fauces exercitus ligurum insedit / qua cum exitus non

romani

pateret conuerso agmine redire instituit consul / et a tergo fauces saltus occupate a
parte hostium erant / Caudineque cladis memoria non animis modo / sed prope oculis ob-
uersabatur / Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat / Eorum prefectus
Consuli pollicetur se parte utra vellet cum suis erupturum / tantum uti diceret / utra pars

frequentior viris esset, in eos se impetum facturum, ut is pavor cogeret Ligures ex-
cedere saltu quem obsederant, et discurrere ad opem ferendam suis. Laudatum eum consul
per primores onerat. At Numide equos conscendunt et obequitare stationibus neminem
lacessentes ceperunt. Nichil primo aspectu contemptius: equi hominesque paululi et graciles, dis-
cinctus et inermis eques, preterquam quod iacula secum portat, equi sine frenis, deformis ip-
se cursus rigida cervice et extento capite currentium. Hunc contemptum de industria
augentes labi ex equis et per ludibrium spectaculo esse. Itaque qui primo intenti paratique si
lacesserentur in stationibus fuerant, iam inermes sedentesque pars maxima specta-
bant. Numide adequitare et refugere, sed propius saltum paulatim evehi, velut quos
impotentes regendi equos invitos efferrent. Postremo subditis calcaribus per medias sta-
tiones hostium erupere, et in agrum latiorem evecti omnia pervastant. Fumus primo con-
spectus, deinde clamor trepidantium in vicis auditus, postremo seniores puerique refu-
gientes tumultum in castris fecerunt. Itaque sine consilio, sine imperio pro se quisque cur-
rere ad sua tutanda, momentoque temporis castra relicta erant, et obsidione libera-
tus consul quo intenderat pervenit. Sed neque Boii neque Hispani cum quibus eo anno bel-
latum erat, tam inimice infesteque erant Romanis quam Etholorum gens. Hii post deporta-
tos e Grecia exercitus primo in spe fuerant et Anthiochum in vacuam Europe possessio-
nem venturum, nec Philippum aut Nabim quieturos. Ubi nichil usquam moveri viderunt,
cogitandum aliquid miscendumque rati, ne cunctando senescerent, consilia concilium
Naupactum indixerunt. Ibi Thoas pretor Etholorum, conquestus iniurias Romanorum, sta-
tumque Etholie quod omnium Grecie gentium civitatumque inhonoratissimi post eam victoriam essent,
cuius causa ipsi fuissent, legatos censuit circa reges mittendos, qui non solum temptarent
animos eorum, sed suis quemque stimulis moverent ad Romanum bellum. Democritus
ad Nabim navigat, ad Philippum Nicander, Dicearchus frater pretoris ad Anthio-
chum est missus. Tyranno Lacedemonio Democritus ademptas maritimas civi-
tates, enervatam tyrannidem dicere; inde militem, inde naves navalesque socios ha-
buisse; inclusum suis prope muris Acheos videre dominantes in Peloponneso; numquam habi-
turum reciperandi sua occasionem, si eam que tum esset pretermisisset; et nullum exercitum Roma-
num in Grecia esse, nec propter Gytheum aut maritimos alios Laconas dignam causam
existimaturos Romanos cur legiones rursus in Greciam transmittant. Hec ad incitan-
dum animum tyranni dicebantur, ut cum Anthiochus in Greciam traiecisset, conscientie
violate per sociorum iniurias Rome amicitie iungeret se cum Anthiocho. Et Philippum Nican-
der haud dissimili oratione incitabat. Erat etiam maior orationis materia, quo
ex altiore fastigio rex quam tyrannus detractus erat, quoque plures adempte res; ad hoc
vetusta regum Macedonie fama, peragratusque orbis terrarum victoriis eius gentis refere-
bantur; et tutum vel incepto vel eventu se consilium afferre. Nam neque ut ante se move-
at Philippus quam Anthiochus cum exercitu transisset in Greciam suadere, qui sine Anthio-
cho adversus Romanos Etholosque tamdiu sustinuerit bellum, et adiuncto Anthiocho, socius E-
tholis, qui tum graviores hostes quam Romani fuerint, quibus tandem viribus resistere
Romanos posse? Adiciebat de duce Hanibale, nato adversus Romanos hoste, qui
plures et duces et milites occidisset quam qui superessent. Hec Philippo Nicander. Alia Di-
cearchus Anthiocho, et omnium primum predam de Philippo Romanorum esse dicere, victoriam
Etholorum; et aditum in Greciam Romanis nullos alios quam Etholos dedisse, et ad vincen-
dum vires eosdem prebuisse. Deinde quantas equitum peditumque copias prebituri Anthi-

Pulsa ... Hanibal ... Scipionem

ordo ad bellum

ocio ad bellum essent, que loca terrestribus copiis, quos portus maritimos. Tum de Phi-
lippo et Nabide libero mendacio abutebantur, paratum utrumque ad rebellandum esse
et primam quamque occasionem recuperandi ea que bello amisissent arrepturos. Ita per
totum prope orbem terrarum Ethholi Romanis bellum excitabant. Et reges hii aut iam moti aut
tardius moti sunt. Nabis extemplo circa omnes maritimos vicos dimisit ad sediciones
in hiis miscendas, et alios principum donis ad causam suam perduxit, alios pertina-
cius in societate Romana manentes occidit. Achiuis omnium maritimorum Laconum tuendorum
a T. Quintio cura mandata erat. Itaque extemplo ad Tyrannum legatos miserunt qui
admonerent federis Romani, denunciarentque ne pacem quam tanto tempore petisset
turbaret, et auxilia ad Githeum, quod iam oppugnabatur a Tyranno, et Romam qui
ea nunciarent legatos miserunt.

Anthiochus

Rex ea hyeme Raphie
in Phoenice Ptholomeo regi Egipti filia in matrimonium data cum in Anthiochiam se
recepisset per — — Ciliciam Tauro monte superato extremo iam hyemis Ephe-
sum pervenit. Inde principio veris Anthiocho filio misso in Syriam ad custodiam
ultimarum partium regni ne quid absente se a tergo moveretur, ipse cum omnibus ter-
restribus copiis ad Pisidas qui circa Sydam incolunt oppugnandos est profectus.
Eo tempore legati Romani P. Sulpicius et P. Iulius qui ad Anthiocum sicut ante dic-
tum est missi erant, iussi prius Eumenem adire Eleam venere. Inde Pergamum, ibi
regia Eumenis fuit, escenderunt. Cupidus belli adversus Anthiocum Eumenes
erat. Gravem, si pax esset, accolam tanto potentiore rege credens eundem, si mo-
tum bellum esset, non magis parem Romanis fore quam Philippus fuisset, et aut funditus
sublatum iri, aut si pax victo daretur multa illi detracta sibi accessura, ut facile
deinde se ab eo sine ullo Romano auxilio tueri posset. Etiam si quid adversi ca-
sura forte, satius esse Romanis socijs quamcumque fortunam subire quam solum aut im-
perium pati Anthiochi aut abnuentem vi atque armis cogi. Ob hoc quantum auc-
toritate quantum consilio valebat, incitabat Romanos ad bellum. Sulpicius eger Per-
gami substitit. Villius cum Pisidie bello occupatum esse regem audisset, Ephesum di-
vertit, paucos ibi moratus dies, dedit operam ut cum Hanibale, qui tum ibi forte erat,
sepe — — congrederetur, et animum eius et temptaret si qua posset et me-
tum demeret periculi quicquam ei a Romanis esse. Hiis colloquiis aliud quidem ac-
tum nichil est, secutum tamen sua sponte est, velud consilio petitum esset, et vi-
lior ob ea regi Hanibal et suspectior ad omnia fieret.

Claudius

Claudius se-
cutus Grecos Acilianos libros P. Affricanum in ea fuisse legatione tradit, eumque
Ephesi collocutum cum Hanibale et sermonem unum etiam refert. Querenti Affricano
quem fuisse maximum imperatorem Hanibal crederet, respondisse Alexandrum Macedonum
regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset, quodque ultimas oras supra spem
humanam peragrasset. Querenti deinde quem secundum poneret, Pyrrhum dixisse. Cas-
tra metari primum docuisse; ad hoc neminem elegantius loca cepisse, presidia depo-
suisse ~~artem etiam conciliandi loca cepisse presidia deposuisse~~. artem etiam conciliandi
sibi homines eam habuisse ut Italice gentes regis externi quam populi Romani tamdiu
principis in ea terra imperium esse mallent. Exquirenti quem tertium duceret, haud
dubie semetipsum dixisse. Tum risum abortum Scipioni subiecisse: Quidnam tu di-
ceres si tu me vicisses? Tum me vero inquit et Alexandrum ante et ante Pyr-

Tauri mons

Pulcra questio inter Hanibalem et Scipionem

rhum et ante alios omnes imperatores esse / et perplexum punico astu responsum et im-
provisum assentationis genus Scipionem movisse / quod egregie imperator velut inaes-
timabilem secrevisset / VILLIUS ab epheso apameam [apameam] processit / eo et Anthi-
ochus audito Romanorum legatorum adventu occurrerat / Apameae congressis / disceptatio
eadem ferme fuit que Rome inter Quinctium et legatos Regis fuerat / Mors nunciata
Anthiochi filii Regis quem missum paulo ante dixeram in Syria / diremit colloquia
/ Magnus luctus in regia fuerat / magnumque eius iuvenis desiderium / dum nimia spem sui
dederat / ut si vita longior contigisset magni iustique regis in eo indolem fuisse appa-
reret / quo carior acceptiorque omnibus fuerat / eo mors eius suspectior fuit / gravem succes-
sorem eum instare senectuti sue patrem credentem / per spadones quosdam tali minis-
terio facinorum acceptos regibus / veneno sustulisse. Eam quoque causam clandestino
facinori adiciebant / quod Seleuco filio Lisimachiam dedisset / Anthiocho quam similem
daret sedem ut procul a se honore eum ablegaret non habuisset / Magni tamen luctus
species per aliquot dies regiam tenuit legatusque Romanus ne alieno tempore incommo-
dus obversaretur pergamum concessit / Rex ephesum omisso quod inchoaverat bello re-
diit / ibi per luctum regia clausa cum Minione quodam qui princeps amicorum eius erat
secreta consilia agitavit / Minio ignarus omnium externorum viresque extimans regis ex
rebus in Syria et Asia gestis / non causa modo superiorem esse Anthiochum quod nihil
equum postularet Romanus / sed bello quoque superaturum credebat / fugienti rege di-
sceptationem cum legatis seu iam experto eam minus prosperam / seu merore recenti
confuso professus / Minio se que pro eo essent dicturum persuasit ut a pergamo ar-
cesserentur legati / IAM convaluerat Sulpitius itaque ambo ephesum vene-
runt Rex a Minione excusatus et absente eo agi res cepta est / Ibi preparata
oratione Minio / speciosum titulo inquit vos Romani grecarum civitatum liberandarum
video / sed facta vestra orationi non conveniunt / et aliud Anthiocho iuris statuistis
alio ipsi utimini / Quid enim magis Smirnei lampsaceique greci sunt quam Neapolitani et
Regini et Tarentini a quibus stipendium a quibus naves ex federe exigitis /
Cur Siracusas atque alias Sicilie grecas urbes / pretorem quotannis cum imperio
et virgis mittitis et securibus / nihil aliud profecto dicitis quam armis superatis vos
hiis has leges imposuisse / Eandemque de Smyrna lampsaco civitatibusque que Ionie
aut Eolidis sunt / causam ab Anthiocho accipite bello superata / a maioribus stipendiarias
ac vectigales factas Anthiochus repetit / Itaque ad hec ego responderi velim si ex
equo disceptatur non belli causa queritur / AD EA Sulpitius / fecit verecunde
inquit Anthiochus qui si alia pro causa eius non erant que dicerentur / quelibet ista quam
se dicere maluit / Quid enim simile habet civitatum earum quas comparasti tum a Reginis
et Neapolitanis et Tarentinis ex quo in nostram venerunt potestatem uno et perpe-
tuo tenore iuris semper usurpato et numquam intermisso que ex federe debent exigimus
Poteris ne tandem dicere ut hii populi non per se / non per alium quemquam federa mutave-
runt / Sic Asie civitates ut semel venerunt in maiorum Anthiochi potestatem in per-
petua possessione Regni vestri mansisse et non alias earum in Philippi alias in Ptholo-
mei fuisse potestate / alias per multos annos nullo ambigente libertatem usurpasse
/ Nam si quod aliquando servierunt temporum iniquitate pressi ius post tot secula
asserendi eos in servitutem faciet / Quid abest quin actum nobis nihil sit quod a

Minio princeps inter amicos Anthiochi

poteris

i. semel

philippo liberatam grecia et repetitur postea eius Corinthum Calcidem demetriadem et Tessalorum totam gentem / Sed quod ego causam Civitatum quo / quam ipsis agentibus et iure et rege ipsum cognoscere equius est / Romani deinde Civitatum legationes iussit / preparatas et instructas ab Eumene qui quanticumque virum Anthiocho decessisset suo ea accessurum Regno ducebat Admissi plures / dum suas nunc quisque querelas / nunc postulaciones inserit / equa inquis inspientes disceptacione altricationes fecerunt / itaque nec remissa ulla re neque impetrata eque ac venerat omnium incerti legati Romam redierunt /

Ex dimissis legatis consilium de bello Romano habuit / Ibi alius alio ferocius quia quo quisque asperius adversus Romanos locutus esset / eo spes gratie maior erat / Alius superbiam / postulatorum increpare tamquam Onabide victo / Anthiocho maximo Asie regum imponerent leges / quippe Onabidi tyranno donationem in patria sua / et patria lacedemone remissam videri Alii parvas et vix dictu dignas belli causas tanto Regi cum Civitates esse · sed iniquam semper partis iusta imperandi fieri / nisi crederent persas / cum aquam terramque peterent a lacedemoniis / gleba terre et haustu aque eguisse / par simulatione temptationem Romanis de duabus Civitatibus agi / et alias Civitates si duas iugum exuisse viderent / ad liberatorem populum defecturas / si non libertas servitute potior sit · tamen omni presenti statu spem cuiusque novandi res suas blandiorem esse / Alexander Acarnanus in consilio erat / philippo quondam Amicus / nuper relicto eo secutus opulentiorem regiam Anthiochi et tamquam peritus grecie nec ignarus Romanorum in eum gradum amicicie regis et consiliis quoque secretis interesset / acceptus erat / Is tamquam non utrum bellandum esset nec ne / consuleretur / sed ubi et qua racione bella gereretur / victoriam se haud dubiam proponere animo affirmabat / si in Europam transisset Rex et in aliqua grecie parte sedem bello cepisset / Iam primum Etholos qui umbilicum grecie incolerent in armis eum inventurum / Antesignanos ad asperrima queque belli / paratos in duobus velut cornibus grecie / Onabidem a peloponesso / concitaturum omnia / repetentem argivorum urbem / repetentem maritimas Civitates quibus eum depulsum Romani lacedemoniis muris inclusissent / Ad Macedonia / philippum ubi primum bellicum cecinisse audisset arma capturum / Nosse se spiritus eius / nosse animum / scire · ferarum ferarum modo que claustris aut vinculis teneantur / ingentes iam diu iras in pectore volvere / meminisse etiam se quociens in bello precari omnes deos solitus sit / ut Anthiocum sibi daret adiutorem / cuius voti si compos nunc fiat / nullam moram debellandi facturum / tantum non cunctandum / nec cessandum esse / in eo enim victoriam verti / loca oportuna et socios preoccuparetur / Hanibalem quoque sine mora mittendum in Affricam esse / ad extinguendos Romanos / Hanibal non adhibitus est in Consilium / et propter colloquia cum Villio suspectus Regi et in nullo postea honore habitus / primum eam contumeliam tacitus tulit / deinde melius esse ratus / et percunctare causam repentine alienacionis / et expurgare se · cum tempore quesita simpliciter iracundie causa / auditaque / pater Hamilcar inquit Anthioche · parvum admodum me cum sacrificaret ad moenia altaribus iureiurando adegit / numquam amicum fore populi Romani sub hoc sacramento sex et triginta annos militavi / hoc me in pace patria mea expulit / hoc patria extorrem in tuam Regiam adduxit / hoc duce tu si spem meam destitueris ubicumque vires / ubi arma esse sciam / Roma toto orbe terrarum

simul.

Suspectus fit Anthiocho Hanibal.

queres aliquos Romanis hostes / itaque si cum tuorum / meis crinibus apud te exercere libet alia materia / recipiendi ex me querat / odioque sum Romanis id me verum dicit pater Hamilcar / et dii testes sunt / proinde cum de bello Romano cogitabis inter primos amicos Hanibalem habeto / si qua res te in pacem repelleret / in id consilium cum quo deliberes querito

Non movit modo talis oratio regem / sed etiam reconciliavit Hanibali / ex consilio ita discessum est / ut bellum gereretur / Rome destinabant quidem sermonibus hostem Anthiocum sed nihil dum ad id bellum preter animos parabant / consulibus ambobus Italia provincia decreta est / ita ut inter se compararent sortirenturve / uter comitiis eius anni preesset / ad utrum ea pertineret cura ut paratus esset / si quo eum extra Italiam opus duceret / legiones novas et sociorum nominis latini milia viginti et equites octingentos / alteri consuli due legiones ~ ~ decrete / quas L. Cornelius consul superioris anni habuisset / et sociorum ac latini nominis ex eodem exercitu quindecim milia et equites quingentos Q. Minucio cum exercitu quem in liguribus habebat prorogatum imperium / additum supplementum ut quatuor milia peditum Romanorum scriberentur centum quinquaginta equites et sociis eodem quinque milia peditum ~ imperarentur / ducenti quinquaginta equites / Cn. Domitio extra Italiam quo senatus censuisset / provincia evenit / L. Quinctio gallia / et comitia habenda / pretorum deinde provincie sortite / M. Fulvius Centumalus urbana / L. Scribonius Libo peregrina / L. Valerius Tappo Sicilia / Q. Salonius Sarra Sardiniam / M. Bebius Tamphilus hispaniam citeriorem / M. Atilius Serranus ulteriorem / sed his duobus primum senatus consulto deinde plebis etiam scito permutate provincie sunt / Atilio classis et Macedonia / Bebio Brutii decreti / Flaminio Fulvioque in hispaniis prorogatum imperium / Atilio in Brutios due legiones decrete / que priore anno urbane fuissent et ut sociis eodem quindecim milia imperarentur et quingenti equites / Bebius Tamphilus triginta naves quinqueremes facere iussus / et ex navibus veteribus deducere si que utiles essent / et ~ scribere navales socios / et consuli imperatum ut ei duo milia sociorum ac latini nominis et mille Romanos daret pedites / hi duo pretores et duo exercitus terrestris navalisque adversus Nabim aperte iam oppugnantem socios populi Romani dicebantur parari / Ceterum legati ad Anthiocum missi expectabantur / et priusquam hi redissent vetuerat / Cn. Domitium senatus consulem discedere ab urbe pretoribus Fulvio et Scribonio quibus ut ius dicerent Rome provincia erat negotium datum / ut preter eam classem cui Bebius prefuturus erat centum quinqueremes pararentur /

Priusquam consul pretoresque in provincias proficiscerentur supplicatio fuit prodigiorum causa ~ / Capram sex edos uno fetu edidisse ex Piceno nunciatum est / et Arretii puerum natum unimanum / Amiterni terra pluisse / Formiis portam murumque de celo tacta et quod maxime terrebat consulis Cn. Domitii bovem locutum / Roma cave tibi / ceterorum prodigiorum causa supplicatum est / bovem cum cura servari / alique Aruspices iusserunt / Tiberis infestior quam priore impetu illatus urbi duos pontes edificia multa maxime circa flumentanam portam evertit / saxum ingens sive ~ imbribus sive motu terre leviore quam ut alioquin sentiretur labefactum in vicum iugarium ex capitolio procidit et multos oppressit / in agros passim inundatis pecora ablata / villarum strages facta est /

Priusquam L. Quinctius consul in provinciam perveniret Q. Minucius in agro pisano cum liguribus signis collatis pugnavit / novem milia hostium occidit / ceteros fusos fugatosque in castra compulit / ea usque ad noctem magno certamine oppugnata defensaque sunt / nocte clam profecti ligures / prima luce Romanus vacua castra invasit / prede minus inventum / eo quod subinde spolia

agrorum capta domos mittebant. Minucius deinde nichil laxamenti hos
tibus dedit, ex agro pisano in ligures profectus, Castella vicosque eorum igni ferro
que pervastavit. Ibi preda hetrusca, que missa populatoribus fuerat repletus est mi
les romanus. Sub idem tempus legati a Regibus Romam reverterunt. Qui cum nichil
quod satis maturam causam belli haberet, nisi adversus lacedemonium Tirannum attulis
sent, quem etiam Achei legati nunciabant contra fedus maritimam oram laconum oppugnare,
Attilius pretor cum Classe missus in greciam est ad socios tuendos. Consules quando nichil
ab Anthioco instaret proficisci ambos in provincias placuit. Domicius ab Arimino
qua proximum fuit, Quincius per ligures in boios venit. duo consulum agmina hostium
pervastarunt. Primo equites eorum pauci cum prefectis, deinde universus Senatus postremo
quibus aut fortuna aliqua aut dignitas erat aut milites ad Consules transfugerunt. Et
in utraque hyspania eo anno res prospere geste. Nam et C. Flaminius oppidum licabrum
munitum opulentumque vineis expugnavit, et nobilem Regem Corribilonem vivum cepit
et M. fulvius proconsul cum duobus exercitibus hostium duo secunda prelia fecit, oppi
da duo hispanorum vescelia holonemque et Castella multa expugnavit. Alia volunta
te ad eum defecerunt. Tum in oretanos progressus et ibi duobus potitus oppidis, Noli
ba et Cusibi ad Tagum amnem ire pergit. Toletum ibi parva urbs erat sed loco
munito. Eam cum oppugnaret, vetonum magnus exercitus toletanis subsidio venit. Cum
hiis signis collatis prospere pugnavit, effusis vetonibus, operibus Toletum cepit.

Toletum capitur a romanis.

Ceterum eo tempore minus ea bella que gerebantur cure patribus erant,
quam expectatio nondum cepti cum Anthioco belli. Nam et per legatos identidem omnia ex
plorabantur, et Rumores temere sine ullis auctoribus orti multa falsa veris mis
cebant. Inter que allatum erat, cum in Etoliam venisset Anthiocus, extemplo classem eum
in Siciliam missurum. Itaque senatus et si pretorem Attilium cum classe miserat in greciam tamen
quia non copiis modo, sed etiam auctoritate opus erat ad tenendos sociorum animos, T. Quincium et
Cn. Octavium et Cn. Servilium et P. Villium legatos in greciam misit, et ut M. Bebius
ex bruciis ad Tarentum et Brundusium promoveret. Et ut M. fulvius pretor Classem navium
viginti mitteret ad tuendam Sicilie oram, et ut cum imperio esset qui classem du
ceret, duxit L. Oppius Salinator qui priore anno edilis plebis fuerat. Et ut idem pretor
L. Valerio College scriberet periculum esse, ne regis Anthiochi classis ex Ethola in
Siciliam traiceret. Itaque placere senatui ut ad eum exercitum quem haberet tumultua
riorum militum duodecim milia et quadringentos equites scriberet, quibus oram maritimam pro
vincie, qua vergeret in greciam tueri posset. Eum delectum pretor non ex Sicilia ipsa tantum,
sed ex adiacentibus insulis habuit, oppidaque omnia maritima que in greciam versa erant pre
sidiis firmavit. Addidit alimenta rumoribus adventus Attali Eumenis fratris,
qui nunciavit Anthiocum regem hellespontum cum exercitu transisse. Et Etholos ita se pa
rare, ut sub adventum eius in armis essent. Et Eumeni absenti et presenti Attalo gra
cie acte, et Edes libere locus lautia decreta, et munera data quina bovum, eques
tria arma et vasa argentea centum pondo. Cum alii atque alii nuncii bellum instare
afferrent, ad rem pertinere visum est Consules primo quoque tempore creari. Itaque senatusconsultum
factum est ut M. fulvius pretor litteras extemplo ad consulem mitteret, quibus cer
tior fieret Senatui placere, provincia exercituque tradito legatis, Romam reverti eum
et ex itinere premittere edictum, quo Comicia Consulibus creandis ediceret.

Ad legiones decrevit, inde si res posceret in Macedoniam traiceret

/peterent hys litteris consul /et premisso edicto Romam venit / Eo quoque Anno magna Am
bicio fuit / quia patricii tres in unum locum petierunt · P. Cornelius Cn. filius Scipio et Cn.
Manlius volso / P. Scipioni / ut dilatum viro tali non negatum honorem appareret / Consula
tus datus est / Additus ei de plebe Collega / M. Atilius glabrio / postero die pretores
creati · L. Emilius paulus · M. Emilius lepidus / utrique eorum salinator cognomen erat / op
pius is erat qui classem viginti navium in Siciliam duxerat / Inter duos novos magistra
tus sortirentur provincias / Cn. bebius a Brundusio cum omnibus copiis transire in Epirum est
iussus / et circa Apolloniam copias continere / et M. fulvio pretori urbano negocium da
tum est / ut quinque remes novas · l(ege)[illegible] faceret / et populus quidem Romanus ita se ad omnes
conatus Anthioci preparabat / Nabis iam non differebat bellum / sed summa vi Gi
theum oppugnabat et infestus Acheis qui miserant obsessis presidium agros eorum
vastabat / Achei non ausi autem capessere bellum quam a Roma revertissent legati
ut quid Senatui placeret scirent / post reditum legatorum / et concione convocata edixere
runt / et legatos ad T. Quinctium miserunt / qui consilium ab eo peterent / In consilio omni
ad bellum extemplo capessendum inclinate sententie erant / littere tamen Quinctii cunctacionem
fecerunt / quibus erat auctor / pretoremque classemque Romanam expectandi / Cum principum
alii in sententia permanerent alii utendum eis que ipsi consuluissent consilio censerent /
/ multitudo ________ philopoemenis sententiam expectabat / pretor is tum erat et
omnes eo tempore et prudencia et auctoritate anteibat / Is prefatus bene comparatum
apud Ethelos esse / ne pretor cum de bello consuluisset / ipse sententiam diceret / statuere
quam primum ipsos quid vellent iussit / pretorem decreta eorum cum fide et cura executurum
quam primum ipsos / ut quantum in consilio humano positum esset / nec pacis eos peniteret / nec
cum insimulasset ut quantum in consilio humano ... ad incitandos ad bellum habuit / quam si aperte suadendo
belli / plus ea racio momenti ad incitandos ad bellum habuit / quam si aperte suadendo
cupiditate rei gerendi ostendisset / Itaque ingenti consensu bellum decretum est
Tempus et racio eius administrandi libera pretori permissa Philopoemeni / preterquam
ita Quinctio placeret / et ipse existimabat Classem Romanam expectandam / que ma
re githeum tueri posset / sed metuens ne dilacionem res pateretur / et non githeum
solum / sed presidium quoque missum amitteretur naves Acheorum deduxisset / Compa
raverat et Tyrannus modicam classem ad prohibenda si qua obsessis mari summitte
rentur presidia / tres tectas naves et lembos tres / Vetere tradita vetere Classe ex
federe Romanis harum et novarum tunc navium agilitatem experiretur / et omnia sa
tis apta / ad certamen adessent provectos in altum quotidie remigem militemque simul
simul acheis navibus pugnam exercebant / in eo ratus verti spem obsidionis si
presidia maritima interclusisset / pretor Acheorum sicut terrestrium certaminum ar
te / quemvis clarorum Imperatorum usu vel ingenio equabat / Ita rudis in re navali erat
Arcas mediterraneas homo extrinorum etiam ignarus nisi quod in Creta prefectus auxi
liorum militaverat / quadriremis vetus capta annis ante octoginta cum Cra
teri uxorem Nichaeam a Naupacto Corinthum veheret / hac eius fama motus
venit nobile in classem Regiam quondam navigium deductum / iam tunc eo putrem et
admodum et vetustate dilabentem iussit / Hac tum pretoria nave precedente classem cum
in ea patrensis Piso prefectus classis vehertur · occurrerunt a Gytheo laco:
num naves / et primo statim concursu / ad novam et firmam navem vetustate per se
ipsam omnes compagibus aquam accipientem divulsa est / captique omnes / qui erant

erant Cetera classis naue pretoria amissa quanta cuiusque cursus valuit effugerunt
Ipse ~ ~ Philopoemen in leui piscatoria naue fugit / Nec ante fuge finis quam Patras
ventum sit / fertur / Nichil ea res animum militaris viri et multos experti casus imminuit -
quin contrario in re nauali cuius esset ignarus offendisset eo plus in ea quorum usu va-
leret / spei nactus bone id tiranno gaudium se effecturum affirmabat / Nabis tum
spem haud dubiam nactus nichil iam mari periculi timens / terrestres aditus claudere
oportune positis presidiis voluit / tertia parte copiarum ab obsidione Githei abducta ad
Pleias posuit Imminet hic locus et Leucis et Acriis qua videbantur hostes exercitum
admoturi / Cum ibi statiua essent et pauci tabernacula haberent / multitudo alia
casas ex arundinibus textas fronde / que umbram modo preberet texissent / priusquam in
conspectum hostium veniret Philopoemen / ne opinantem eum improuiso genere belli aggre-
di statuit nauigia parua in statione occulta agri Argiui contraxit / in ea expeditos
milites detractos plerosque cum fundis et iaculis et alio leui genere armature impo-
suit / Inde litora legens / cum ad propinquum castris hostium promontorium venissent / egressi
callibus notis / nocte Pleias perueniunt / et sopitis vigilibus / ut in nullo propinquo me-
tu / ignem casis ab omni parte castrorum iniciunt / Multi prius incendio absumpti sunt
quam hostium aduentum sentirent / et qui senserant nullam opem ferre potuerunt / ferro flammaque
omnia absumpta / perpauci tamen ancipiti peste ad Githeum in maiora castra perfugerunt /

Ita perculsis hostibus Philopoemen protinus ad depopulandum Tripolim Laconum
agri qui proximus fines Megapolitarum est duxit et magna vi pecorum hominumque inde ar-
repta / priusquam a Githeo tyrannus presidium agris mitteret / discessit / Inde Tegeam exercitu con-
tracto concilio eodem et Acheis et sociis indicto in quo et Epirotarum Acarnanum
fuere principes statuit / quoniam satis essent testes — suorum et a pudore maritime ig-
nominie restituti animi et hostium conterriti essent / ad Lacedemonem ducere / et modo uno
ratus ab obsidione Githei / hostem abduci posse / ad Caryas primum in hostium terra / castra
posuit / eo ipso die Githeum expugnatum / Cuius rei ignarus Philopoemen castra ad Barbosthe-
nem / mons est ad decem milia passuum a Lacedemone promouit / Et Nabis recepto Githeo
cum exercitu expedito inde profectus cum preter Lacedemonem propere duxisset / Pyrrhi quod
vocant castra occupauit haud longe agmine per angustias vie prope quinque milia
passuum / cogebatur agmen ab equitibus et maxime a parte auxiliorum / quod existimabat Phi-
lopoemen / tyrannum mercennariis militibus quibus plurimum fideret / a tergo suos aggres-
surum / Due res simul inopinantem eum perculerunt / vna preoccupatus quem petebat locus / Altera
quod primo agmini occurrisse hostem cernebat / ubi cum per loca confragosa / iter esset
/ leuis armature presidio signa ferri posse non videbat / Erat autem Philopoemen
precipue in ducendo agmine locisque capiendis sollertie atque vsus / nec belli tantum tem-
pore / sed etiam in pace se maxime exercuerat / Ubi iter quopiam faceret et ad diffici-
lem transitu saltum venisset contemplabatur ab omni parte loci naturam / cum solus iret
secum ipse agitabat animo / cum comites haberet ab his querebat / si hostis eo
loco apparuisset / quid si a fronte / quid si a latere / hoc aut illo / quid si a ter-
go adoriretur capiendi consilium foret / Hos se instructos recta acie posse
incompositum agmen / et tantummodo agmine apti vie occurrere / quem locum ipse capturus
esset cogitando aut querendo exequebatur / aut quot armatos aut quo genere
armorum plurimum eius interesse vsuris / quo impedimenta / quo sarcinas quo turba -

[Margin, left: + ; pleias ; +]

[Margin, right: quem peti locum ab acheis non dubitarunt / inde hostibus arceret / obtinebat]

Condiciones habende in bello per bonum imperatorem

inermem venerat / quanto ea aut quali presidio custodirent et utrum peteret qua rapi
set iter via / an ea qua venisset repetere melius esset / Castris quoque ipse locum caperet
quantum munimento amplecteretur loci / quo opportuna aquatio / qua pabuli lignorumque
copia esset / qua postero die castra moventi tutum maxime iter / que forma agminis
esset / His curis cogitationibusque ita ab ineunte etate animum agitaverat ut nul
la ei nova in tali re cogitatio esset / et tum omnium primum agmen — constituit de
inde Cretenses auxiliares / et quos Tarentinos vocabant equites / binos secum trahentes
equos ad prima signa misit / et iussis equitibus subsequi super torrentem unde aquari possent
rupem occupavit / Et impedimenta omnia et calonum turbam coniectam / armatis circum
dedit / et pro natura loci castra communivit / Tabernacula statuere in asperis et inequa
bili solo / difficile erat / hostes quingentos passus aberant / ex eodem rivo utrique cum
presidio levis armature aquati sunt et priusquam qualia in propinquis castris solent con
traheretur certamen nox intervenit / Postero die apparebat pugnandum pro
aquatoribus circa rivum esse / Nocte in vallo a conspectu hostium aversa / quantam mul
titudinem locus occulere poterat / condidit cetratorum / luce orta Cretensium levis ar
matura et Tarentini equites / super torrente prelium commiserunt / Telemnastus Creten
sis popularibus suis / equitibus Lycortas Megalopolitanus — — preerat / Creten
ses et hostium auxiliares equitumque idem genus Tarentini / presidio aquatoribus erant / ali
quamdiu prelium dubium fuit / ut eodem ex parte utraque hominum genere et armis paribus
procedente certamine et numero vicere tyranni auxiliares / et quia ita preceptum a
Philopoemene prefectis erat ut modico edito prelio in fugam — inclina
rent hostemque ad locum insidiarum pertraherent / effusi secuti fugientes per convallem ple
rique et vulnerati et interfecti sunt / priusquam occultum hostem viderent / Cetrati ita quantum la
titudo vallis patiebatur instructi / sedebant ut facile per intervalla ordinum fugientes su
os acciperent / Consurgunt deinde ipsi integri recentes / instructi in inordinatos hostes ef
fusos labore etiam et vulneribus fessos / impetum faciunt / nec dubia victoria fuit
extemplo terga dedit tyranni miles et haud paulo concitatiore cursu / quam secutus
erat in castra fugiens est compulsus / multi cesi captique in fuga sunt / et castris
quoque foret trepidatum ni Philopoemen receptui cani iussisset / loca magis confra
gosa quacumque temere processisset / nequaquam hostem metuens / Inde ex fortuna pugne
et ingenio ducis coniectans in quo tum is pavore esset / unum de auxiliaribus
specie transfuge mittit / ad eum qui pro comperto afferret Achivos statuisse / postero
die ad Eurotam amnem qui prope ipsis affluit moenibus progredi / ut intercluderent
iter / ne aut tyrannus quom vellet receptum ad urbem haberet / aut commeatus
ab urbe in castra portarentur / simul etiam temptaturos si quorum animi sollicitari
ad defectionem possent / a tyranno non tam fidem dictis perfuga fecit quam perculso me
tum relinquendi castra / causam probabilem prebuit / Postero die Pythagoram cum
auxiliaribus et equitatu stationem agere pro vallo iussit / ipse tamquam in aciem
cum robore exercitus egressus signa ocius ferri ad urbem iussit / Philopoemen
postquam citatum agmen per angusta et proclivia via duci raptim vidit / equitatum
omnem et Cretensium auxiliares in stationem hostium que pro castris erat emittit / Illi
ubi hostes adesse et suis se desertos viderunt / primo in castra recipere se co

uati sunt / Deinde postquam instructam aciem totam Acheorum admonebat / metu ne cum ip-
sis castris caperentur / signum suorum agmini aliquantum progressum insistit / Extemplo ex-
citati Acheorum admonebantur in castra impetum faciunt / Ceterum ad persequendos hos-
tes non pergunt / Erat iter tale per quod via tranquilla ab hostili metu / agmine expe-
dire posset / Ut vero ad postremos proelium ortum est / clamorque terribilis a tergo pa-
uentium ad primum signa est platus / pro se quisque armis abiectis in diversas itine-
ris silvas diffugiunt / momentoque temporis strage armorum septa via est / maxime hastisque
plerisque adversis cadentibus velut vallo obiecto iter impediebat / Philopoemen ut cum-
que posset instare / et persequi / auxiliaribus iussis utique eum equitibus haud facile
futuram fugam esse / ipse graviore agmine via patentiore ad Eurotam amnem de-
duxit / Ibi castris sub occasum solis positis levem armaturam / quam ad persequen-
dum reliquerat hostem operiebatur / Quae ubi prima vigilia venerunt / indicantes tyran-
num cum paucis ad urbem penetrasse / ceteram multitudinem inermem toto sparsam
vagari saltu / corpora curare eos iubet / ipse cum cetera copia militum qui quia
priores in castra venerant / refecti ex cibo sumpto et modica quiete erant de-
lectis nihil praeter gladios secum ferentes extemplo eduxit / et duarum portarum itine-
ribus quae Pheras quaeque Barnosthenem ferunt / eos instruxit / qua ex fuga receptu-
ros sese hostes credebant / Nec eum opinio fefellit / Nam Lacedemonii
quoad lucis superfuit / qua de viis callibus medio saltu recipiebant se / primo vespe-
re ut lumina in castris hostium conspexere / e regione eorum occultis semitis se tenuerunt
ubi praetergressi eas sunt / iam tuti rati / patentes vias descenderunt / ubi ab insidian-
te passim ita multi caesi captique sunt / ut vix quarta pars de toto exercitu evaserit /
Philopoemen incluso tyranno in urbe insequentes dies prope triginta vastandis
agris Laconum absumpsit / debilitatis quoque ac prope fractis tyranni viribus / do-
mum redijt / aequantibus eum gloria rerum Acheis imperatori Romano / et quod ad Laconum
bellum attineret praeferentibus etiam // Dum inter Acheos et tyrannum bellum
erat / legati Romanorum circumire sociorum urbes / solliciti ne Etholi partis alicuius
animos ad Antiochum avertissent / minimum operae in Acheis adeundis consumpserunt quos
quia Nabidi infesti erant / ad cetera quoque satis fidos censebant esse / Athenas
primum inde Calcidem / inde in Thessaliam iere / Allocuti concilio frequenti Thessalos
Demetriadem iter duxere / Eo Magnetum concilium indictum est / Accuratior ibi haben-
da oratio fuit / quod pars principum alienati Romanis / totique Antiochi et Etholorum
erant / quia cum reddi obsidem filium Philippo allatum esset stipendiumque impositum remit-
ti / inter cetera vanum allatum erat / Demetriadem quoque iere / (deleturos) redituros Romanos
esse / Id ne fieret Eurylochus princeps Magnetum / factionisque eius quidam / novari
Etholorum Antiochique adventu malebant / Adversus eos ita disserendum erat / ne ti-
mor vanus / his demendo / spes incisa Philippum alienaret / in quem plus ad omnia mo-
menti / quam in Magnetibus esset / Illa tantum commemorata / cum tota Graecia benefi-
cio libertatis donata iam Romanis esset / tum eam civitatem praecipue / ibi enim non praesidium
modo Macedonum fuisse sed regiam exaedificatam ut praesens semper in oculis haben-
dus sit dominus / Ceterum nequicquam ea facta si Etholi Antiochum in Philippi regiam
adduxerint / et novus et incognitus pro vetere et experto habendus rex esset / Mag-

ne Thoantem / summum magistratum vocat / is tum Eurylochus erat / ac potestate ea fre-
tus negavit dissimulandum sibi et Magnetibus esse / que fama vulgata de red-
denda Demetriade Philippo foret / pro ne fieret omnia et conanda et audenda Mag-
netibus esse et in dicendi contentione inconsultius evectus proiecit / tum quoque
specie liberam esse Demetriadem / re vera omnia ad nutum Romanorum fieri / Sub hanc vo-
ce fremitus variantis multitudinis fuit / partim ad sensum partim ad indignationem / di-
cere eum ausum eum. Quinctius quidem adeo exarsit ira / ut manus ad celum tendens
ac deos testes ingrati ac perfidi animi Magnetum invocaret / Hac voce perterritis omnibus
Zeno ex principibus unus / magne tum eos ... auctoritatis / tum quod semper
Romanorum haud dubie partis fuerat / a Quinctio legatisque aliis flens petiit ne
unius amentiam civitati assignarent / suo quemque periculo furere / Magnetas non li-
bertatem modo / sed omnia que hominibus sancta caraque sint T. Quinctio et populo Romano
debere / Nichil quemquam a diis immortalibus precari posse quod non Magnetes ab illis ha-
berent et in corpora sua citius per furorem seviturus quam ut Romanam amicitiam violarent
Huius orationem subsecute multitudinis preces sunt / Eurylochus
ex consilio itineribus occultis ad portam atque protinus in Etholiam profugit / Iam
enim et magis in dies Ethol defectionem nudabant / eoque forte ipso tempore Thoas pri-
nceps gentis quem miserat ad Anthiocum redierat / indeque Menippum secum adduxerat
Regis legatum / qui priusquam consilium hiis daretur impleverant omnium aures terres-
tres navalesque copias / commemorando ingentem vim peditum equitumque venire / ex In-
dia elephantos ad omnia quo maxime credebat movere multitudinis animos tantum
advehi auri ut ipsos emere Romanos posset / Apparebat quid ea oratio in con-
cilio moturum esset / nam et venisse eos et que agerent omnia legatis Romanis deferebantur:
Et quamquam prope abscisa res erat / tamen non abre esse Quinctio visum est / socio-
rum aliquos legatos interesse ei concilio / qui admonerent Romane soci-
etatis Etholos / qui vocem liberam mittere adversus Regis legatum auderent / Athe-
nienses maxime in eam rem idonei visi sunt propter et civitatis dignitatem et anti-
quam societatem cum Etholis / Ab hiis Quinctius petiit ut legatos ad panetolicum concilium
mitterent / Thoas primus in eo concilio renunciavit legationem / Menippus post
eum est intromissus / Optimum esse omnibus qui Greciam Asiamque incoleret ait integris
rebus Philippi potuisse intervenire Anthiocum / sua quemque habiturum fuisse
neque omnia sub nutum dicionemque Romanam perventura / Nunc quoque inquit si modo
vos que inchoatis consilia constanter perducitis ad exitum poterit diis iuvantibus
et Etholis sociis Anthiocus quamvis inclinatas Grecie res restituere in pristinam dig-
nitatem / Ea autem in libertate posita est que suis stat viribus / non ex alienis
arbitriis pendet / Athenienses quibus primis post primam Regis legationem dicendi
que vellent potestas facta est / mentione omni Regis pretermissa ... Romane societatis
Etholos meritorumque in universam Greciam Titi Quinctii admonuerunt ne temere eam
nimia celeritate consiliorum everterent / Consilia callida et audacia prima specie
leta / tractatu dura eventu tristia esse / legatos Romanos / et in hiis Titum Quinctium
haud procul inde abesse / dum integra omnia essent verbis potius de hiis que ambi-
gerentur disceptarent quam Asiam Europamque ad funestum armaret bellum / Multitu-
do avida novandi res Anthiochi tota erat / et ne admittendos quidem Romanos
in consilium censebat / principum maxime seniores auctoritate obtinuerunt ut dare

tur hys concilium / Cum hec decreta Athenienses retulissent, tandem in Etholum concilium ventum est / Aut eis moturum aliquid / Aut homines omnes testes fore / penes Etholos culpam belli esse / Romanos iuste ac prope necessaria sumpturos arma. Postquam ventum est eo, Quinctius in concilio orsus a principio societatis Etolorum cum Romanis et quotiens ab hys fides mota federis esset / pauca de iure Civitatum de quibus ambigebatur disseruit / Si quid tamen equi se habere arbitrarentur quanto esse satius Romam mittere legatos seu disceptare seu rogare — senatum mallent / quam populum Romanum cum Anthioco adiunctis Etholis non sine magno motu generis humani et pernicie grecie dimicare / Nec ullos prius cladem eius belli sensuros quam qui movissent / hec nequiquam velut vaticinatus Romanus / Thoas deinde ceterique factionis eiusdem cum assensione omnium auditi / pervicerunt / ut ne dilato quidem consilio et absentibus Romanis decretum fieret / quo attezseret[2] Anthiocus ad liberandam greciam / disceptandumque inter Etholos et Romanos. huic tam superbo decreto addidit propriam contumeliam Democritus pretor eorum / Nam cum id ipsum decretum posceret T. Quinctius non veritus maiestatem viri / primo aliud in presentia quod magis instaret providendum sibi esse / dixit / decretum responsumque in Italia brevi castris super ripam Tiberis positis daturum / Tantus furor illo tempore gentem Etholorum talesque magistratus eorum cepit / Quinctius legatique Corinthum redierunt / Inde et quecumque de Anthioco nichil per se moti et expectare adventum viderentur / Regis concilium quidem gentis post dimissos Romanos non habuerunt / per apocletos aut ita vocant / sanctius consilium ex delectis constat viris id agitabant / quonam modo in grecia res novaretur / Inter omnes constabat Civitatum principes optimum quemque Romane societatis esse et presenti statu gaudere / Multitudinem et quorum res non ex sua ipsorum essent omnia novare velle / Etholi consilium non dico spei quoque non audacis modo sed etiam impudentis ceperunt / Demetriadem Calcidem Lacedemonem occupandi / Singuli in singulas principes missi sunt / Thoas Calcidem / Alexamenus Lacedemonem / Diocles Demetriadem / hunc exule Eurilochus de cuius fuga causaque fuge ante dictum est / quia reditus in patriam nulla alia erat spes / adiuvit litteris Eurilochi / admoniti propinqui amicique et qui eiusdem factionis erant / liberos et coniugem eius cum sordida veste tenentes velamenta supplicum / contionem frequentem adeunt singulos universosque obtestantes ne insontem indepnnatum consenescere in exilio sinerent / et simplices homines misericordia / et improbos seditiososque miscendi res tumultu Etolico / spes movit / pro se quisque revocari iubebant / His preparatis Diocles cum omni equitatu et erat tum prefectus equitum / specie reducentis exulem hospitem / et profectus die ac nocte ingens iter emensus / cum milia sex ab urbe abesset / luce prima tribus electis turmis ceteram multitudinem equitum subsequi iussam precessit / Postquam porte appropinquabat desilire omnes equis iussit et loris ducere equos / itineris magis — modo solutis ordinibus ut comitatus magis prefecti viderentur quam presidium / Ita una ex turmis ad portam relicta ne excludi subsequens equitatus posset media urbe ac per forum manu Eurilochum tenens multis occurrentibus gratulantibusque domum deduxit / Mox equitum plena urbs erat / et loca opportuna occupabantur / tunc in domos missi / qui principes adverse factionis interficerent / Ita Demetrias Etholorum facta est / Lacedemoni non urbi vis afferenda sed tyrannus dolo capiendus erat quem spoliatum maritimis oppidis a Romanis tunc intra moenia etiam Lacedemonis

Marginalia: ./ attersere[2] — ./ indepnnatum — Ethol[orum]

ab Achais compulsum / qui occupasset oppidum cum / poris (?) graviori rei apud lacedemo
nios laturum consilium mittendi ad eum habuerunt / quod fatigabat precibus ut aux-
ilia sibi cum illis auctoribus rebellasset mitterentur / Mille pedites a lesameno dati
sunt / et triginta delecti ex iuventute equites / hiis a pretore democrito in concilio
archane gentis / de quo ante dictum est innuatur / ne se ad bellum achaicum / aut rem
ullam quam sua quisque opinione percipere posset ——— / crederent missos esse / quicquid alex
amenum res monuisset subiti consilii capere / Ad id quamvis inopinatum temerarium au
dax obedienter exequendum parati essent ac pro eo acciperent tamquam ad id unum agen
dum missos a domo se scirent / Cum hiis ita preparatis Alexamenus ad tyrannum venit
quem adveniens extemplo spei implevit / Anthiocum iam in Europam transisse mox in grecia
fore terras maria viris armisque completurum / Non cum philippo rem esse credituros Romanos
numerum iniri peditum equitumque ac navium non posse / Elephantorum aciem conspectu ip
so debellaturam / Ethelos suo exercitu paratos esse venire lacedemonem quom res pos
cat sed frequentes armatos ostendere advenienti regi voluisse / Nabidi quoque et
ipsi faciendum esse ut quas habet copias non sineret sub tectis marcessere ocio
sed educeret et in armis decurrere cogeret simul animos acuere et corpora exercere / et consue
tudine leviorem laborem fore et comitate et benignitate ducis etiam non iniocundum
fieri posse / Educi deinde frequenter ante urbem in campum ad Eurotam amnem cepere
Satellites tyranni / media fere in acie consistebant Tyrannus cum tribus summum equi
tibus inter quos plerumque Alexamenus erat ante signa vectabatur extrema cornua
invisens In dextro cornu Etholi erant / et qui ante auxiliares Tyranni fuerant et
qui venerant mille cum Alexameno / Fecerat Tyranno inter paucos ordines
circumeundi monendique eum que in rem esse videbantur / nunc in dextrum cornu ad suos
equitando mox inde velut imperato quod res poposcisset / recipiendi ad tyrannum Sed
quem diem patrando facinori statuerat eo paulisper cum tyranno vectatus quom ad
suos concessisset / cum equitibus a domo secum missis agenda inquit res est / iuvenes ad
audaciamque quam me duce exequi impigre iussistis / parate animos dexterasque ne quis eo
quod me viderit facientem cesset / qui cunctatus fuerit et suum consilium meo interponet
sciat sibi reditum ad penates non esse / horror cunctos cepit et meminerant / cum qui
bus mandatis exissent / Tyrannus a levo cornu veniebat ponere hastas equites
Alexamenus iubet et se intueri Colligit et ipse animum confusum tante cogitatione
rei / postquam appropinquabat impetum facit / et transfixo equo / tyrannum deturbat / Ia
centem equites confodiunt multis / frustra in loricam ictibus / tandem in nudum corpus
vulnera pervenerunt / et priusquam media acie succurreretur expiravit / Alexamenus cum
omnibus Etholis citato gradu ad regiam occupandam pergit / Corporis custodes cum
in oculis res gereretur pavor primo cepit / Deinde postquam abire Etholorum agmen vi
dere / concurrunt ad relictum tyranni corpus / perpaucorum turba ex custodibus vite mor
tisque ultoribus est facta / Nec movisset se quisquam / si ex templo positis armis / voca
ta in contionem multitudo esset / et oratio habita tempori conveniens / frequentes re
tentis in armis Etholis / sine iniuria cuiusquam / sed ut oportuit in consilio fraude cepto
omnia in maturandam perniciem eorum qui fecerant acta sunt / dux regia inclusus diem ac noc
tem in scrutandis thesauris Tyranni consumpsit / Ethol velut capta urbe quam

Interfici Nabis lacedemoniorum Tirannus ab Alexamene et Etholis

liberasse videri volebant in predam versi, sed indignitas rei ac simul contemptus Etholorum La-
cedemonios ad coeundum stimulat. Alii dicere extrudendos Etholos et libertatem cum res-
titui videretur interceptam repetendam. Alii ut caput agende rei esset, regii generis
aliquem in speciem assumendum. Laconicus stirpis eius erat puer admodum educatus
cum liberis tyranni; eumque in equum imponunt, et armis arreptis Etholos vagos per ur-
bem cedunt; tum regiam invadunt; ibi Alexamenum cum paucis resistentem obtruncant. Etho-
li circa Calcioecon, Minerve est templum ereum, congregati ceduntur; pauci armis abiectis
pars Tegeam, pars Megalopolim perfugiunt; ibi comprehensi a magistratibus sub corona
venierunt. Philopoemen audita cede tyranni profectus Lacedemonem, cum omnia turbatam me-
tu invenisset, evocatis principibus et oratione habita, qualis habenda Alexameno fue-
rat, societati Acheorum Lacedemonios iunxit, eo etiam facilius quod ad idem forte tempus A. Atilius
cum quatuor et viginti quinqueremibus ad Githeon accessit. ISDEM diebus circa Chal-
cidem Thoas per Euthymidam principem pulsum opibus eorum qui Romane societatis erant
post T. Quintii legatorumque adventum et Herodorum Cianum mercatorem, sed potentem
Chalcide propter divitias, preparatis ad proditionem his qui Euthymide factionis e-
rant, nequaquam eandem fortunam qua Demetrias per Eurylochum occupata erat, ha-
buit. Euthymidas ab Athenis cum domicilio delegerat locum Thebas primum, hinc Sal-
ganea processit; Herodorus Atracium inde haud procul in Thronio suum viginti mi-
lia peditum et Thoas ducentos equites onerarias leves ad triginta habebat. Eas
cum sexcentis peditibus Herodorum traiicere in insulam Atalante iussus, ut inde cum pede-
stres copias appropinquare iam Aulidi atque Euripo sensisset, Chalcidem traiiceret;
ipse ceteras copias nocturnis maxime itineribus quanta poterat celeritate Chalci-
dem mittebat. Mictio et Xenoclides penes quos tum summa rerum pulso Euthymida
Calcide erat, seu ipsi per se suspicata seu indicata re, primo pavidi nihil usquam spei ni-
si in fuga ponebant; deinde postquam resedit terror et prodi ^ non patriam modo sed
etiam Romanorum societatem cernebant, consilio tali animum adiecerunt. Sacrum anniversa-
rium eo forte tempore Heretrie Amarinthidis Diane erat, quod non popularium modo
sed Caristiorum etiam cetu celebratur. Eo miserunt qui orarent Heretrienses Caristiosque
ut et suarum fortunarum in eadem insula geniti misererentur et Romanam societatem re-
spicerent, ne sinerent Etholorum Chalcidem fieri; Euboeam habituros si Calcidem habuissent;
graves fuisse Macedonas duces, multominus tollerabiles futuros Etholos. Romanorum
maxime respectus civitates movit, et virtutem nuper in bello et in victoria iustitiam be-
nignitatemque expertas. Itaque quod roboris iuventute erat, utraque civitas armavit mi-
sitque. His tuenda menia Calcidis oppidani cum tradidissent, ipsi omnibus copiis transgressi
Euripum ad Salganea posuerunt castra. Inde caduceator primum, deinde lega-
ti ad Ethelos missi ~~~ percunctatum quo suo dicto factove socii atque ami-
ci ad se oppugnandos venirent. Respondit Thoas dux Etholorum non ad oppugnandos
sed ad liberandos a Romanis venire sese; splendidiore nunc catena sed multo gra-
viore vinctos esse quam cum Macedonum presidium in arce habuissent. Se vero ne-
gare Calcidenses aut servire ulli aut presidio umquam egere. Ita digressi
ex colloquio ~~~ legati ad suos, Thoas et Ethol., ut qui spem omnem
in eo ut improviso opprimerent habuissent, ad iustum bellum oppugnationemque urbis ma-
ri ac terra munite haud quaquam pares domum redire. EUTHIMIDAS
postquam popularium ad Salganea esse profectosque Etholos audivit, et ipse Athenis a-

Alexamenes occiditur a lacedemonijs

+ ac deseri

thenas rediit / et herodorum cyum per aliquot intentus a balante signum regiarum
expectasset / missa / speculatoria naue / ut quid more esset sciret / postquam rem omissam
a regis vidit Thronium unde venerat repetit / Quinctius quoque hijs auditis / a Co
rintho veniens nauibus in chalcide Euripo Eumeni Regi occurrit / placuit quin
gentos milites presidij causa relinqui Chalcide ab Eumene Rege ipsum Athenas re
/ Quinctius quo profectus erat Demetriadem — contendit / ratus calcide libe
rata / momenti aliquid apud magnetes ad repetendam societatem Romanam futurum
et presidij aliquid esse sue partis hominibus / Eunomo pretori Thessalorum scripsit
ut armaret iuventutem et ad demetriadem premisit ad temptandos animos / nisi aliter
nisi pars aliqua — inclinaret ad respectum pristine societatis rem aggressurus
villius quinqueremi naue ad hostium portus est inuectus / Eo multitudo omnis mag
netum cum se effudisset / quesiuit villius / utrum ad amicos An ad hostes venisset / mal
let / Respondit Magnetarches / Eurylochus ad amicos venisse eum sed abstineret
portu et sineret magnetas in concordia et ex libertate esse nec per colloquium specie
sollicitaret multitudinem / Altercatio inde non sermo fuit / Cum Romanus et ingratos
increparet magnetas imminentesque predicaret clades / multitudo obstreperet nunc Senatum
nunc Quinctium accusando / Ita irrito incepto villius sese ad Quinctium recepit / At
Quinctius nuntio ad pretorem misso / et reduci domum copias iussit nauibus Corinthum
rediit / Abstulere me velut de spacio grecie / res iuncte Romanis non quia ipsas
opere precium esset prescribere / Sed quia cause cum Anthioco fuerunt belli / Consulibus
designatis / inde namque deuerteram / L. Quinctius et Cn. Domicius Consules in prouincias
profecti sunt / Quinctius in ligures Domicius aduersus boios / boij qui fuerunt atque
etiam — senatus eorum / cum liberis et prefecti cum Equitatu / Summa omnium mille quingenti Con
suli dediderunt sese / ab Altero consule ager ligurum late est vastatus / Castella que
aliquot capta sunt / unde non preda modo omnis generis cum captiuis parta / sed re
cepti quoque aliquot Ciues sociique qui in hostium potestate fuerunt / EODEM
Hoc anno bibone colonia deducta est ex senatusconsulto plebisque scito Tria milia
et septuaginta pedites ierunt / trecenti equites / Triumuiri deduxerunt eos . Q. Neui
us . M . Minucius . M . Furius Crassus / quindecim iugera agri data in singu
los pedites sunt / duplex equiti / bruttiorum proxime fuerat ager bruttij ceperant
de grecis / Rome per idem tempus duo maximi fuerunt terrores / unus alter sed
segnior Terra dies duo de quadraginta mouit / Per totidem dies ferie in sol
licitudine ac metu fuere / In triduum eius rei causa supplicatio habita est / Ille
non pauor vanus / sed vera multorum clades fuit / Incendio a foro boario orto
nocte diemque edificia in Tyberim versa arsere / Tabernesque omnes cum magni precij
mercibus conflagrauerunt / IAM fere in exitu annus erat / et in dies magis
fama de Anthiochi bello et cum patribus crescebat / Itaque de prouinciis designa
torum magistratuum quo intenciores essent omnes / agitari ceptum est / Decreuere ut con
sulibus Italia et quo senatus censuisset / Id esse bellum aduersus Anthiocum re
gem omnes sciebant / prouincie essent / cuius ea sors esset / quatuor milia peditum ciuium
Romanorum et trecenti Equites / sex milia socium latini nominis / cum quadringentis equitibus
sunt decreta / Eorum delectum habere L. Quinctius consul iussus / ne moraretur / quo minus
Consul nouus / quo senatus censuisset / extemplo proficisci posset / Item de prouinciis

Terre motus Rome per dies octo et Triginta

pretorum decretum est / prima ut sorte due urbane et inter cives et peregrinos iuris
dictio esset / Secunda bruttii / Tertia classis / ut navigaret quo senatus censuisset
Quarta Sicilia / Quinta Sardinia / Sexta hyspania ulterior / Imperatum preterea
L. Quintio consuli est ut duas legiones civium Romanorum novas conscriberent / et so
cium ac latini nominis viginti milia peditum et octingentos equites / eum exercitum pretori
cui bruttii provinciam obvenisset decreverunt / Edes in eo anno in capitolio dedicate
sunt / Voverat L. furius ——— purpureo pretor gallico bello unam / alteram consul
dedicavit / Q. Marcius Ralla / duumvir / iudiciaque feneratores eo anno multa se
vere facta sunt accusantibus privatos edilibus curulibus M. Tatio et P. Iunio bruto
de multa dampnatorum quadrige inaurate in capitolio posite et in cella Iovis supra
fastigium ediculae et duodecim clipea inaurata et idem porticum extra portam trigemi
nam inter lignarios fecerunt / Intentis in apparatum novi belli Romanis / ab
Anthioco quidem cessabatur / Tres eum civitates tenebant Smyrna et Alexandria thro
as et lapsacus quas neque vi expugnare ad eam diem poterat / neque condicionibus in
amicitiam perlicere neque a tergo relinquere / traiciens ipse in Europam volebat / Tenuit
eum et de hanibale deliberatio Et primo naves aperte quas cum eo missurus in Affricam
fuerat morate sunt / deinde an omnino mittendus esset consultatio mota est /
maxime a Thoante Ethollo / qui omnibus in grecia tumultu completis / demetriadem adfere
bat in potestate esse / et quibus mendaciis de multiplicando rege verbis copias eius /
exciverat multorum in grecia animos iisdem et regem spe inflabat / omnium votis eum
arcessi / concursum ad litora futurum unde classem regiam prospexissent / Hic idem
ausus de hanibale est movere sententiam / prope iam certam regis / Nam neque dimittendam
partem navium a classe regia censebat / neque si mittende naves forent minus
quemquam ei classi quam hanibalem preficiendum / exulem illum et penum esse / cui mille in dies
nova consilia vel fortuna sua vel ingenium posset facere / et eam ipsam gloriam belli
qua velud dote hanibal conciliaretur / nimiam in prefecto regis esse / Regem unum ducem
unum imperatorem videri debere / si classem si exercitum amittat hanibal / idem ——— dampni
fore / ac si per alium ducem amitterentur / si quid prospere eveniat hanibalis eam
non Anthiochi gloriam fore / Si vero universo bello vincendi Romanos fortuna detur
quam spem esse sub rege victurum hanibalem uni subiectum / qui patriam prope non tulerit / non
ita se a iuventa eum gessisse spe animoque complexum orbis terrarum imperium ut
in senectute dominum laturus videretur / Nichil opus esse regi duce hanibale / comite
et consiliario eodem ad bellum uti posse / modicum fructum ex ingenio tali neque gravem
neque inutilem fore / si summa petantur et dantem et accipientem pregravatura / Nulla
ingenia tam prona ad invidiam sunt quam eorum qui genus ac fortunam suam animis non equant
quia virtutem et bonum alienum oderunt / Extemplo consilium mittendi hanibalis / quod
unum in principio belli utiliter cogitatum erat / abiectum est / Demetriadis maxime de
fectione de Romanis ad ethollos / elatus non ultra differre profectionem in greciam con
stituit / priusquam solveret naves Ilium a mari ascendit ut Minerve sacrificaret
inde ad classem reversus proficiscitur / quadraginta tectis navibus apertis / sexa
ginta et ducente onerarie / cum omnis generis commeatu / belli quoque alio apparatu
sequebantur / Imbrum primo insulam tenuit / inde sciatum traiecit ubi collectis in al
to que dispersae fuerant navibus ad ——— pteleum primum continentis venit / inde

Eurylochus magnetarches principesque muletus, die postero in urbis portu
navibus est invectus copias haud longe procul inde exposuit. Decem milia peditum fue
re et quingenti equites, sex elephanti, vix ad grecia nuda occupandi satis copi
arum, nedum ad sustinendum Romanum bellum. **Aetoli** Postquam demetriade ve
nisse Anthiocum allatum est, concilio indicto decretum quo accerserent eum fecerunt. Iam
profectus a demetriade Rex, quia ita decreturos sciebat, Fallera in sinum maliacum
processerat, inde decreto accepto lamiam venit, exceptus ingenti favore mul
titudinis cum plausibus clamoribusque et quibus aliis letitia effusa vulgus significat.
In concilium ventum est a phenea pretore principibusque inde aliis vix facto dicere or
sus est Rex. Prima eius oratio fuit primo excusantis, quod tanto minoribus spe atque opi
nione omnium copiis venisset, id sue impense erga eos voluntatis maximum debere
indicium esse, quod nec paratus satis ulla re, et tempore ad navigandum immaturo vo
cantibus legatis eorum haud gravate obsecutus esset, credidissetque quum se vi
dissent Etholi omnia vel in se uno posita presidia existimaturos esse. Ceterum eorum
quoque se quorum expectatio destituta in presentia videatur, spem habunde expe
diturum, ita simul primum anni tempus navigabile praebuisset, mare omne se grecia armis vi
risque et equis omnem oram maritimam classibus completurum, nec impense nec labori nec
periculo parciturum, donec depulso cervicibus eorum imperio Romano, liberam vere greciam atque
in ea principes Etholos fecisset. Cum exercitibus commeatusque omnis generis ex asia ventu
ros, in presentia curae esse Etholis debere, ut copia frumenti suis et annona
tollerabilis rerum aliarum suppeditet. In hanc sententiam Rex cum magno omnium as
sensu locutus discessit. **Post** discessum Regis inter duos principes Etholorum
pheneam et Thoantem contentio fuit. Pheneas reconciliatore pacis et disceptato
re de hiis que in controversia cum populo Romano essent utendum potius Anthioco cen
sebat quam duce belli. Adventum eius et maiestate ad verecundiam faciendam Romanis vim
maiorem habitura quam arma. Multa homines ne bellare necesse sit voluntate remittere, que bello
et armis cogi non possunt. Thoas negare paci studere pheneam, sed discutere appa
ratum belli velle, ut in tedio impetus relanguescat Regis, et Romani tempus ad com
parandum habeant. Nichil enim equi a Romanis impetrari posse totiens legationi
bus missis Romam, totiens cum ipso Quintio disceptando satis expertum esse, nec
nisi abscisa omni spe, auxilium Anthiochi imploraturos fuisse, quo celerius spe omnium obla
to non esse elanguescendum, sed orandum potius Regem ut quoniam quod maximum fuerit
ipse vindex grecie venit, copias quoque terrestres navalesque accersat. Armatum Regem
aliquid impetraturum, inermem non pro Etholis modo, sed ne pro se quidem ipso
momenti ullius futurum apud Romanos. Hec vicit sententia, imperatoremque Regem
appellandum censuerunt, et triginta principes cum quibus si qua vellet consultare
delegerunt. Sic dimisso concilio multitudo omnis in suas civitates dilapsa est. Rex
postero die cum apocletis eorum unde bellum ordiretur consultabat. Optimum visum
est chalcidem frustra ab Etholis temptatam primum aggredi, et celeritate magis in ea
re quam magno conatu et apparatu opus esse. Itaque cum mille peditibus Rex qui demetri
ade secuti erant, profectus per phocidem est, et alio itinere principes Etholorum
iunioribus paucis evocatis ad Ceroniam occurrerunt, decem adrostratis navibus se
cuti sunt. Rex ad Salganea castris positis, navibus ipse cum principibus Etholorum
Euripum traiecit, et cum haud procul portu egressus esset, magistratus quoque calcide:

sui et principes ante portam processerunt / pauci utrimque ad colloquium congres-
si sunt / Ethol magnopere suadere ut salva Romanorum amicitia regem quoque assume-
rent socium atque amicum / neque eum inferendi belli sed liberande grecie causa in
Europam traiecisse liberasse re non [illegible] verbis et simulatione / quod fecissent
Romani / nichil autem utilius grecis civitatibus esse / quam utramque complecti amicitiam / ita
cum ab utriusque iniuria tutas / alterius semper presidio et fiducia fore / nam si non
recepissent regem / viderent quid patiendum his foret extemplo / cum Romanorum
procul auxilium / hostis Authiocus cui resistere suis viribus non possent ante portas
esset / ad hec Mitalio / unus ex principibus mirari se dixit / ad quos liberandos An-
thiocus relicto regno suo in Europam traiecisset / nullam enim civitatem se in grecia
nosse / que aut presidium habeat / aut stipendium Romanis pendat / que federe
iniquo alligata / quas nolit leges patiatur / itaque Chalcidenses neque vindice liber-
tatis ullo indigere cum liberi sint neque presidio cum pacem eiusdem populi Romani
beneficio et libertatem habeant / amicitiam regis non aspernari nec ipsos

Hec non est defectus

nec ipsorum etholorum/ id primum eos pro amicis facturos. si insula excedat
atque abeant/ Nam ipsis certum esse non modo non recipere moenibus
sed ne societatem quidem ullam paciscia nisi ex auctoritate Romanorum/

HAEC renunciata regi ad naues ubi restiterat cum
cet in presencia. neque enim hijs venerant copijs ut uel
agere quicquam posset/ reuerti demetriade placuit ibi· quoniam primum inane
coeptum euasisset/ consultare cum Etolis rex quid deinde fieret pl
acuit/ Acheos Aminandrum regem Atamanum temptare boetiorum gentem
aduersam/ a romanis iam inde a brachili morte et que secute ea fuerant·
censebant. Acheorum philopoemen principem emulatione glorie in
bello laconum infestum inimicumque esse/ Quintio credebant/ Aminander
uxorem captiuam filiam Alexandri cuiusdam Megalopolitani habebat/ qui
se oriundum a magno alexandro ferens filijs duobus. Philippum atque
Alexandrum et filie Appaniam nomina imposuit/ quam regis inductam
nuptijs maior fratribus philippus secutus in Atamaniam fuerat. Hunc
forte ingenio uanum Etholi et Antiochus impulerant in spem ma
cedonie regni/ quod is uere regum stirpis esset. si Aminandrum Atamanesque
Antiocho coniunxisset. et ea vanitas promissorum non apud philippum
modo. sed etiam apud Aminandrum ualuit. In Achaia legatis Antiochi
Etholorumque coram ·T· Quintio· Egire datum est concilium/ Antiochi legatus prius
quam Etholi est auditus. Is ut plerique quos opes regie alunt uanilo-
quijs maria terrasque inani sonitu uerborum compleuit· equitum in-
numerabilem uim traijci. Hellesponto in Europam/ partim loricatos quos
cathafractos uocant/ partim sagittis ex equo utentes/ et a quo nichil
il satis tecti sit· aduersos e refugiente equo retro figentes/ hijs e-
questribus copijs quamquam uel totius Europe exercitus in unum coacti ob-
rui possent· adijciebat multiplices copias peditum/ et nominibus quoque gentium
vix fando auditis terrebat/ dahas medos Helymeosque et cadusios
appellans. naualium vero copiarum· quas nulli portus capere in grecia
possent. dextrum cornu/ sidonios et tyrios Sinistrum Aradios et ex pam-
philia sidetos tenere· quas gentes nulle umquam nec arte nec uirtute
naualium equassent/ Iam pecuniam iam alios belli apparatus referre
superuacaneum esse scire ipsos abundasse semper auro regna Asie.
Itaque non cum philippo neque Hannibale rem futuram romanis/ prin
cipe altero macedonie tantum regni finibus incluso· sed cum magno A
sie totius partisque Europe rege. Eum tamen tamquam ab ultimis oriens
terminis ad liberandam greciam ueniat· nichil postulare ab Acheis
in quo fides eorum aduersus romanos priores socios atque amicos leda-

Oratio ostentatrix legati Antiochi

tur. Non enim ut secum adversus eos arma capiant. sed neutri par-
ti sese coniungant petere pacem utrique parti quod medios decet ami-
cos optent. Idem ferme et Etholorum legatus Archidamus petit ut
que iustissima et facillima esset quietem peterent spectatoresque belli
fortunam alienarum eventum sine ullo discrimine rerum suarum operirentur
provectus est deinde intemperancia lingue in maledicta nunc comu-
niter romanorum nunc proprie ipsius Quintii ingratos appellans et
exprobrans non victoria modo de philippo virtute etholorum partam
sed etiam salutem ipsumque et exercitum sua opera servatos quo enim umquam
illum imperatoris functum officio esse auspicantem immolantemque et vota
nuncupante sacrificuli vatis modo in acie vidisse cum ipse corpus suum
pro eo telis hostium obijceret. AD EA Quintius coram qui-
bus magis quam apud quos verba faceret dicere Ar-
chidamum rationem habuisse Acheos enim probe scire etholorum omnem
ferociam in verbis non in factis esse et in conciliis magis concioni-
bus quam in acie apparere. Itaque parvi Acheorum existimatione quibus
notos esse se scirent fecisse legatis regis et per eos absenti regi eum
se iactasse. Quod si quis antea ignorasset que res Antiochum et Etho-
los coniunxisset ex legatorum sermone potuisset apparere mentiendo invi-
cem iactandoque vires quas non haberent inflasse vana spe atque infla-
tos esse. dum hi ab se philippum victum sua virtute protectos ro-
manos et que modo audiebatis narrant. Vos ceterasque civitates
suam sectam esse secuturos. Rex contra equitum peditumque nubes iactat
/ et maria consternit classibus suis. Est autem res similis materie
chalcidensis hospitis mei hominis et boni et scite convivatoris apud
quem solsticiali tempore anni tam varia et multa / illam et speciem ferine
carnis ex mansueto suffactam. Hoc dici apte et copias regis que
paulo ante iactate sunt posse. Varia enim sunt genera armorum et mul-
ta nomina gencium inauditarum dahas et Cadusios et Helymeos vides
omnes esse haud paulo mancipiorum melius propter servilia inge-
nia quam militum genus et utinam subijcere oculis vestris achei possem
concursacione regis magni a demetriade nunc lamiam in concilium
etholorum nunc chalcidem videntes vix duarum male plenarum legiuncularum
instar in castris regis videntis regem nunc mendicante prope fru-
mentum ab Etholis quod Militi admetiatur. nunc mutuas pecunias
foenore stipendium querente nunc ad portas Chalcidis stante et
mox inde exclusum nichil aliud quam aulide atque Euripo spectatis in
etoliam redeuntem male crediderunt. Et Antiochus Etholis et etho-
li regie vanitati quo minus decipi debetis. Sed experte tociens

Quintius responsio in iactantiam legati

Ridicula similitudo

/ venatio homo non quam isti sunt gloriosus renidens condimen-
tis ait varietatem

spectate quam romanorum fidei credite. Nam quod optimum esse dicant non
interponendi vos bello nichil immo tam alienum vestris rebus est quippe
sine gracia sine dignitate premium victoris eritis.
absurde adversus utrosque respondisse visus est. NEC
et facile erat orationem apud faventes equis auribus accipi. Nul-
la enim disceptacio fuit quin omnes gentes hos et amicos quos
quos populus ro. censuisset iudicassent. bellumque et Antiocho et E-
tholis nunciari iuberent. Auxilia etiam que censuit. Quintus quin-
gentorum militum. Chalcide quingentorum Pyrrheum ex templo miserunt
Erat enim haud procul sedicione athenis res trahentibus ad antiochum
quibusdam spe largicionum venalem precio multitudinem donec ab his
qui romane partis erant. Quintus est accitus et accusante leone
quodam, Appollodorus auctor defectionis damnatus atque in exilium est
eiectus. et ab acheis quidem cum tristi responso legatio ad regem rediit
Boecii nichil certi responderunt. quoniam Antiochus in boecia venisset
tunc quid sibi faciendum esset se deliberaturos esse. Antiochus quoniam ad
Chalcidis presidium et Acheos et Eumene rege misse audisset maturan-
dum ratus ut et preuenirent sui et venientes si possent exciperet.
Menippum cum tribus ferme milibus et cum omni classe polyxenidam
mittit ipse paucos post dies sex milia suorum militum et ex ea copia
que lamie repente colligi potuit non ita multos etholos ducit.
Achei quingenti ab Eumene rege modicum auxilium missum duce
xenoclide Chalcidensi nondum obsessis itineribus tuto transgressi
Euripum Chalcidem pervenerunt. Romani milites quingenti fe-
rme. Et ipsi quoniam iam Menippus castra ante Salganea ad Hermeum
qua transitus ex Boecia in Euboeam insula est haberet venerunt
Micheo erat cum his legatus ad chalcidem ad quintum ad id ipsum
presidium petendum missus. qui postquam obsessas ab hostibus fauces
vidit omisso Aulidem itinere delium convertit. Et inde in Euboea
transmissurus. Templum est apollinis delium imminens mari quinque
milia passuum a tanagra abest. Minus quatuor inde milium in prox-
imum Euboee est mari traiectus. Ubi et in fano lucoque ea religione
et eo iure sancta quoque sint facta templa. Asyla greci appellant et
nondum aut indicto bello aut ita commisso ut strictos gladios aut san-
guinem usque factum audissent. quoniam per magnum ocium milites alii ad spec-
taculum templi lucique versi, alii in litore inermes vagarentur. mag-
na pars per agros lignatum pabulatum quam esset dilapsa, repente. Menippus
palatos passim aggressus eos cecidit ad quinquaginta vivos cepit
perpauci effugerunt. In quibus. Micythio parva oneraria nave

exceptus est / EA res Quintio Romanisque sicut iactura militum molesta ita ad ius inferendi Antiocho belli adiecisse se aliquantum videbatur. Antiochus admoto ad Aulidem exercitu cum rursus oratores partim Etholos partim ex suis Chalcidem misissent qui eadem illa que nuper cum minis gravioribus agerent ne quicquam contra Mictione et Xenoclide tendentibus / facile tenuit. Ut porte sibi aperirentur qui romane partis erant sub adventum regis urbe excesserunt. Acheorum & Eumenis milites Saganea tenebant. et in Euripo Castellum romani milites pauci custodie causa locum muniebant. Salganea. Menippus. Rex ipse castellum Euripi oppugnare est adortus / priores achei et Eumenis milites pacti ut sine fraude liceret abire presidio excesserunt / pertinacius romani Euripum tenebantur / Hii quoque tamen cum terra marique obsiderent. etiam machinas tormentaque comportari viderent non tulerunt obsidionem cum id quod caput erat. Euboee teneret rex. ne cetere quidem insule eius urbis imperium abnuerent. magnoque principio sibi orsus bellum videbatur quod tante insule tot opportune urbes in suam ditionem venissent

sexta liber

CORNELIUM Scipionem et M. Attilium Glabrionem inito magistratu patres / priusquam de provinciis agerent. res divinas facere maioribus hostiis iusserunt in omnibus fanis in quibus lectisternium maiore parte / fieri solet / precarique quod senatus de novo bello in animo haberet ut ea res Senatui populoque romano bene ac feliciter eveniret. Ea omnia sacrificia leta fuerunt / primisque hostiis perlitatum est et ita aruspices responderunt eo bello terminos. p. Ro. propagari victoriam ac triumphum ostendi. Hec cum renuntiata essent solutis religione animis / patres rogationem ad populum ferri iusserunt. vellent iuberent ne cum Antiocho rege / quique eius sectam secuti essent bellum iniri si ea perlata rogatio esset. Tum si ita videretur consulibus rem integram ad senatum referrent. p. Cornelius eam rogationem pertulit. Tum senatus decrevit consules. Consules italiam & greciam provincias sortirentur. Cui grecia evenisset ut preter eum numerum militum quem. l. Quintius consul in eam provinciam ex auctoritate senatus scripsisset imperasset ve / ut eum exercitum acciperet & quem. M Bebius pretor anno priore ex senatus consulto in macedoniam traicesset et extra italiam permissum / ut si res postulasset auxilia a sociis ne super quinque

annus

letum exitum nuntiant fere aruspices de Antiochi bello

milia numerū acciperet/ .l. Quintiu superioris anni consulē legari
ad id bellum placuit Alter consul cui italia prouincia euenisset cū
Boijs iussus bellū gerere. Vtro exercitu mallet ex duobus quos supe-
riores consules habuissent Alterū ut mitteret roma eo q̄ vrbane
legiones essent parate. q° senatus censuisset. His ita in senatu ad id
que cuius prouincia foret decretis/ tū demū sortiri consules placuit
Attilio grecia. Cornelio italia euenit. deinde certe sorte senatus consultū
fcm est quod populus romanus duellū iussisset esse cum rege An-
tiocho. qui q3 sub imperio eius essent ut eius rei causa supplica-
cionē imperarent Consules/ utq3 .M. Attilius consul ludos magnos
Ioui voueret et dona ad omnia puluinaria/ Id uotū in hec verba
preeunte .p. licinio pontifice maximo/ consul nuncupauit/ si duellū
quod cū Antiocho rege sumi populus iussit. Id ex sentencia sena-
tus. po. q3 ro. confectum erit/ Tum tibi Iupiter populus romanus lu-
dos magnos dies decē continuos faciet. donaq3 ad oīa puluina-
ria dabuntur de pecunia/ quantū senatus decreuit/ quinq3 magistra-
tus eos ludos quando ubiq3 faxit. Hi ludi recte facti donaq3 data
recte finita Supplicacio inde a duobus consulibus per biduū fuit
consulibus sortitis prouincias ex templo et pretores sortiti sunt
M. Iunio Bruto iurisdictio vtraq3 euenit/ A. Cornelio Mamule
Brutij. M. Emilio Lepido Sicilia. l. Oppio Salinatori Classis. L. E-
milio paulo. Hispania Vlterior. His ita sortitis decreti A. Cor-
nelio noui milites conscripti/ priore anno ex senatus consulto A. L. Q-
uintio consule dati sunt. iussus q3 tueri omne orā circa tarentū.
Brundusiumq3/ L. Emilio paulo in vlteriorem hispaniam preter eū exerci-
tū quē a .M. fuluio proconsule accepturus esset decretū ut nouorū
militū tria milia duceret et trecentos equites Ita ut in hijs due
partes sociū nominis latini tercia ciuium romanorum esset/ Idem supplementi
ad .C. flaminiū. cui imperiū prorogabatur in Hispania Vlteriore
est missū. M. Emilius lepidus a .L. Ualerio cui successurus esset
simul prouinciā exercitumq3 accipere iussus .L. Valeriū si ita videretur pro-
pretore in prouincia retinē. & prouinciam ita ita diuidere/ ut vna
ab agrigento ad pachynū esset Altera a pachyno Tindareum eam
maritima orā .L. Valerius triginta nauibus longis custodiret/ ei-
dem pretori mandatū ut duas decumas frumenti exigeret
id ad mare comportandū deuehendūq3 in greciam curaret. Idem
L. oppio de alteris decumis exigendis in Sardinia imperatum
Ceterū non in greciam sed romam portari id frumentū placere
.C. liuius pretor cui ... classis euenerat a triginta nauibus pa-

paratis traijcere in grecia p̄mo q̄ tp̄e iussus & ab Attalo rege pe
veteres naues. que in naualibus erant vt reficeret et armaret M.
Iunio pretori negociū datū est in ea classem socios nauales liberti-
nos legeret. legati tum in afritam ad Chartaginenses in Numidia
ad frumentū rogandū. quod in grecia portaret / missi pro quo precium
solueret populo ro. Adeo que in apparatu curamque eius belli ciuitas tota i
tenta fuit. vt P. Cornelius consul ediceret. qui senatores essent. q
busque in senatu sententia dicere liceret quique minores magistratus essent.
ne quis eorū longius ab urbe roma abirent q̄ inde eo die redire po-
sset / ne ve vno tp̄e quinque senatores ab vrbe roma abessent. In com
parando impigre classem Cliuiu pretore contencio orta cū colonis
maritimis paulisper tenuit. Nam cū cogerentur in classem tribu
nos plebis appellarunt / ab his ad Senatū reiecti sunt. Senatus ita
vt ad vnū oms consentirent decreuit vacationem rei naualis eis co
lonis non esse / hostia et frigena & castru nouu & phyrgi & Antiu
& Taratina & Minturne & Suessa fuerunt. que cū populo. ro. de va
catione certauerunt /

CONSVL

deinde M. Attilius ex

~~[illegible]~~

aliū retulit ipi / ne vtique regi Antiocho indiceretur bellū An satis
esset ad presidiū aliquod eius nunciare & non etolis quoque se paratū
inditi iuberet bellū. & nunquid prius societas et amicitia eius renunci-
anda esset q̄ bellū indicendū feciales responderunt iam ante se quom
de philippo consulerentur. hec respondisse. nichil interesse ipi coram
an presidio nunciarentur amicicia renunciata re uideri cū legatis
totiens repetentibus res nec reddi nec satisfieri equum censuissent /
Etholos sibi vltro bellū intulisse cū demetriade sociorū vrbe per
vim occupassent / Chalcide terra marique oppugnatū issent. Regem
Antiochum in Europam ad bellū populo ro. inferendū traduxisset
Omnibus iam satis comparatis. M. attilius consul edixit ut quos
L. Quintius milites conscripsisset vt quos socijs nominisque latini im
perasset. quos secū in prouincia ire oporteret / et tribuni militū le
gionis p̄me & tercie vti omnes. Brundusiū idibus maijs conuenissent
ipse ad. v. non maias paludatus vrbe egressus ē / per eosdem dies
& pretores in prouincias profecti sunt. Sub idem tempus legati a
duobus regibus philippo & Ptholomeo Egipti rege / romam vene
runt pollicentes ad bellū auxilia & pecuniam et frumentū A ptho
lomeo etiam mille pondo auri viginti pondo argenti allatū / nichil eius
acceptū gratie regibus acte / Et cū vterque secū omnibus copijs in
Etoliam venturū belloque interfuturū pollicerentur. ptholomeo id re-

q. con. ad collegium feciales

·i· num

missum/ philippi legatis responsum gratiam cum Senatui populoque
ro. facturum si M. Atilio consuli non defuisset. Item a Cartagine
sibus & Massinissa rege legati venerunt/ Chartaginenses tritici
modium mille/ ordei quingenta milia ad exercitum dimidium eius
roma apportaturi polliciti. Id ut a se munus romani acciperent
petere se et, classem & classem suorum suo sumptu comparaturos &
stipendium quod pluribus pensionibus in multos annos deberent
presens omne daturos/ Massinisse legati quingenta modia tritici.
trecenta ordei ad exercitum in greciam/ Romam trecenta milia mo-
dium tritici. ducenta quinquaginta ordei. equites quingentos.
Elephantes viginti/ regem ad Atilium consulem missurum de frumen-
to utrisque responsum/ ita usuros eo populum acciperent/ de classe
Chartaginensibus remissum/ preter quam si quid navium ex federe de-
berent de pecunia ita responsum. nullam ante diem accepturos/ quom
hec rome agebantur. Chalcide Antiochus ne cessaret per hyber-
norum tempus partim ipse sollicitabat civitatum animos mittendis le-
gatis. partim ad eum ultro veniebant. sicut Epyrote communi gentis
consensu/ & Pellei. & Peloponenses venerunt/ Pellei auxilium
adversus Acheos petebant/ quos post bellum non ex sua sententia
indictum Antiocho primum civitatis sue arma illaturos/ mille hiis
pedites cum duce Cretensi Euphane sunt missi/ Epyrotarum legatio
minime in parte ullam/ liberi aut simplices animi/ apud regem gra-
tiam inire volebant cum eo ut caveret ne quid offenderent
romanos. Petebant enim ne se temere in causam deduceret/ Exposi-
tos adversus italia pro omni grecia & primos impetus romanorum
excepturos. Sed si ipse posset terrestribus navalibusque copiis presi-
dere Epyro cupide cum omnibus Epyrotis & urbibus & portis
suis excepturos/ Si id non posset deprecari ne se nudos atque
inermes romano bello obicerent Hac legatione apparebat. ut
sive quod magis credebant abstinuisse Epyro. integra sibi omnia
apud romanos exercitus essent/ Conciliata satis apud regem
gratia quod accepturi fuissent venientem si venisset. sive quoque spes ve-
nie a romanis foret/ quod non expectato a se longinquo auxilio pre-
sentis viribus succubuissent/ Huic tam perplexe legationi quia non satis
in promptu erat quid responderet/ legatos se missurum ad eos seque
communi pertinerent loquerentur/ In Boetia ipse profectus est cau-
sas in speciem ire adversus romanos/ eas quas ante dixi habe-
tem/ brachillis necem et bellum a Quintio Coronea propter militum ro-
manorum & dies illatum Revera per multa iam secula publice pravitque

Antiochus et in Boeciam

+

labante egregia quondam disciplina gentis et multorum eo statu qui
diuturnus esse sine mutatione rerum non posset / obnoxiis accitis undique
principibus · boetie thebas venit. Ibi in concilio gentis quamquam et ad
delium impetu in presidium romanorum facto. Et ad chalcidem commi-
serat nec a parvis nec a dubiis principiis / bellum tamen eadem ora-
tione orsus quam in colloquio primo ad chalcidem quam per legatos in
concilio Achaeorum usus erat ut amicitiam secum institui non bellum indici
romanos postularet · Neminem quid ageretur fallebat · decretum tamen
sub levi verborum pretextu adversus romanos factum est · Hac quoque gente
adiuncta / chalcidem regressus · Premissis inde litteris / demetriade
convenirent principes etholorum cum quibus de summa rerum deliberaret / navibus eo ad diem indictum concilio venit · Et Amimander
accitus ad consultandum ex Athamania / et Hanibal poenus iam diu
non adhibitus interfuit ei concilio / Consultatum de thessalorum
gente est quorum omnibus voluntas qui aderant temptanda videbatur.
In eo commodo diverse sententie erant. quod alii extemplo agendum.
alii ex hieme que tum ferme media erat / differendum in veris principium
et alii legatos tantummodo mittendos / Alii cum omnibus copiis eundum cen-
sebant terrendosque metu si cunctarentur · Cum circa hanc fere con-
sultationem disceptatio omnis verteretur · Hanibal nominatim interrogatus ·
sententiam in universi belli cogitationem regem atque eos qui aderat /
tali oratione avertit SI ex quo traiecimus in greciam adhibitus
essem in concilium cum de Euboea / deque acheis / et boecia a-
gebatur eandem sententiam dixissem quam hodie. quando de thessalis agitur
dicam / ante omnia philippum et macedones belli in societate quacumque ra-
tione censeo deducendos esse · Nam quod ad Euboeam Boeotosque et thes-
salos attinet / cui dubium est · quin tum utrisque nulle sue vires sint / pre-
sentibus adulando semperque metum in concilio habeant eodem ad im-
petrandum veniam utantur / simul ac romanum exercitum in grecia viderint
ad consuetum imperium se avertant · Nec his noxe futurum sit quod cum
romani procul abessent vim tuam presentis exercitus quam tui experiri noluerint
Quanto igitur prius potiusque est philippum nobis coniungere quam hos qui
si semel in causam descenderit nihil integri futurum sit / Eius eas res
vires afferat que non accessio tantum ad romanum esse bellum · Sed per se
ipse nuper sustinere potuerit romanos · Hoc ergo adiuncto absit verbo
invidia · quid dubitare de adventu possum cum quibus adversus
philippum valuerunt romani · His nunc fore videam ut ipsi oppugnentur
etoli qui philippum quod inter omnes constat vicerunt cum philippo
adversus romanos pugnabunt / Amimander atque Athamanum gens

quorum secundum ethollos plurima opera fuit in eo bello nobiscum
stabunt. Philippus cum te quieto totam molem sustinebat belli nunc duo
maximi reges Asye Europeque viribus adversus unum populum ut eam utriusque
fortuna taceam. patrum certe etate. ne unum quidem epirotarum regem parem
quicquid tandem erit uel nobiscum comparatis gerentis bellum. Que igitur
res michi fiduciam prebet coniungi nobis philippum posse. una communis
utilitas que societatis maximum vinculum est. Altera auctores vos ethollos.
Videtur. an legatus hic Thoas inter cetera que que ad exciendum Antiochum
in greciam dicere est solitus ante omnia hec semper affirmavit
fremere. philippum. et egre pati sub specie pacis leges servitutis sibi impositas. Ille quidem ut fere bestie vincte aut clause et refringere claustra
cupientes regis iram verbis equabat. cuius si talis animus sit. solvamus nos eius vincula. et claustra refringamus ut erumpere diu coercita ira in hostes communes possit. Quod si nichil eum legatio nostra moverit ut nos qui nobis eum adiungere non possumus ne hostibus
nostris ille adiungi possit. Quod si nichil eum legatio nostra moverit. at
nos quod in nobis erit caveamus. Seleucus filius tuus lysimachie est qui si
eo exercitu quem secum habet per thraciam proxima macedonie ceperit
depopulari. facile ab auxilio ferendo romanis philippum ad suam
potissimum tuenda avertet. de philippo meam sententiam habes. de ratione
universi belli quid sentirem iam ab initio non ignorasti. Quod si tunc audirer foret non in Euboea Chalcide capta et castella capi expugnata a romanis. sed Hetruriam liguri et Gallie cisalpine ora
bello ardere. et qui maximus iis terror est. Hannibalem in italia esse audirent. Nunc quoque accersas censeo omnes navales terrestresque copias.
sequantur classem onerarie cum commeatibus. Nam hic sicut ad belli
munera pauci sumus. sic nimis multi pro inopia commeatuum. cum omnes
tuas contraxeris divisa parte classis partem Corcyre in statione habebis
ut transitus tutus ac liber pateat. partem ad litus italie quod sardiniam Africamque spectat traicies ipse cum omnibus copiis terrestribus
Bullinum agrum procedes. Inde grecie presidebis et speciem romanis
traiecturum te prebens. Et si res poposcerit traiecturus Hoc suadeo qui ut non omnis peritissimus sim belli. cum romanis certe
bellare bonis malisque meis didici. In que consilium dedi in eadem
nec infidelem nec segnem operam polliceor. dii approbent. eam sententiam que tibi optima visa fuerit.

HAEC

ferme Hannibalis oratio fuit quam
quam laudaverunt magis in presentia qui aderant quam rebus ipsis
executi sunt. Nichil enim eorum factum est nisi quod ad classem copiasque ar-

cessendas ex Asia Pollyxenidam misit/ legati Larissam ad consilium
thessalorum sunt missi. Et Ethelos Aminandros qz dies ad conueniendum
certatum. Pheras est dictus. Eodem et rex cum suis copijs confestim
venit. Ibi dum operitur Aminandrum atqz Ethelos Philippum. Mega-
lopolitanum cum duobus milibus homi ad legenda ossa mace-
donum circa Cynos Cephalas ubi debellatum erat cum philippo misit
siue ab ipso querentes sibi commendationem ad macedonum gentes et
inuidia regi qd insepultos milites reliquisset monitus. siue abi:
sita regibus vanitate ad conatum spem amplum/ romane animo ad-
iecto. tumulus est in unum ossibus que passim strata erat coacerna-
tis factis| qui nullam gratiam ad macedones/ odium ingens ad ph-
ilippum/ mouit. Itaqz qui ad id tempus fortuna esset in consilio
habiturus. is ex templo ad. M. Bebium propretorem misit Antiochum
in thessaliam impetum fecisse. si videretur ei/ moueret ex hyber-
nis se obuiam processurum ut quid agendum esset consultarent
Anthiocho ad pherasiam castra habenti ubi coniunxerant se ei e-
tholi & Aminander/ legati ab larissa venerunt querentes/ quod ob fac-
tum dictum ne thessalorum/ bello lacesseret eos/ simul orantes vt remo-
to certamine per legatos siquid ei videretur secum disceptaret/ Eade-
m tempore quingentos armatos duce hippologo pheras in pre-
sidium miserunt./ Hi exclusi aditum iam omnia itinere obsidentibus
regijs scutosam receperunt/ Legatis larissenorum rex clementer
respondit. non belli faciendi. sed tuende et stabiliende liberta-
tis thessalorum causa thessaliam intrasse/ Cui nullo dato responso
pherei ipi legatum ad regem/ principem ciuitatis pausaniam mi-
serunt/ qui cum haud dissimilia hijs ut in causa pariqz pro Cha-
lcidensibus in colloquio ad Euripi fretum dicta erat quedam etiam
ferocius egisset Rex etiam atqz etiam deliberare eos iussos. nec
id consilij caperent cuius dum in futurum nimis cauti & prouidi
essent ex templo penitere dimisit. Hec renunciata pheras le-
gatio cum esset. ne paulum quidem dubitarunt. quin pro fide erga
romanos quicquid sors belli tulisset paterentur Itaqz et hij summa
ope parabant se ad urbem defendendam. Et rex omni parte simul
oppugnare moenia est aggressus et utpote satis intelligeret. neqz ei
dubium erat in euentu huius urbis positum esse quam primum aggressus es-
set aut sperni deinde ab uniuersa gente thessalorum aut timeri/ se
omne undiqz terrore obsessis iniecit/ primum impetum oppugnationis
satis constanter sustinuerunt. deinde cum multi oppugnantes cade-
rent aut vulnerarentur/ labare animi/ reuocati/ de deinde castr-

gatione principum ad perseuerandum in proposito / relicto exte-
riore circulo muri deficientibus iam copiis / in interiorem partem
urbis iam concesserunt. cui breuior orbis munitionis circumiectus
erat. Postremo uictis malis. cum timerent. ne ui captis / nulla apud
uictorem uenia esset. dediderunt sese. Nichil inde moratus rex qua-
tuor milia armatorum / dum recens terror esset Scotusam misit. Nec
ibi mora deditionis facta est / cernentibus ferorum recens exemplum
qui quod pertinaciter primo annuerant. malo domiti tandem fecissent
cum ipsa urbe Hippollothus Larisseorumque ita deditum est presidium
dimissi a rege inuiolati omnes quod eandem rem magni momenti fu-
turam ad conciliandos rex Larisseorum animos credebat / INTRAVERAT
decimum diem / quam Pharas uenerat. His perfectis
Cramonem cum toto exercitu primo aduentu cepit Inde et Cyeri-
et metropolim et his circumiecta castella recepit Omniaque regi-
onis eius preter Atragem et Cyrtonem in potestate erat. tamen aggre-
di Larissam constituit. ratus uel terrore ceterarum expugnatarum
uel beneficio presidii dimissi uel exemplo tot ciuitatum dedentium sese
non ultra in pertinacia mansuros / elephantis agi ante signa terro-
ris causa iussis, quadrato agmine / ad urbem incessit. ut incerti
fluctuarentur, animi magne partis Larisseorum inter metum presentem
hostium et uerecundiam absentium sociorum. Per eosdem dies Ami-
nander cum Atamanum iuuentute occupat Pellineum et Menippus
cum tribus milibus peditum Etholorum et ducentis equitibus Pe-
rebiam profectus Maledam et Cyrenethias ui coepit / depopu-
latus est agrum Tripolitanum. his raptim peractis. Larissam ad regem
redeunt / Consultanti quidnam agendum de Larissa esset / super-
uenerunt Ibi in diuersum sententie tendebant / Aliis uim adhiben-
dam et non differendam esse censentibus quin operibus et machinis
simul undique moenia aggrederentur urbis site in plano aperte
campestri undique aditu / aliis nunc uires urbis nequaquam Pheris con-
ferendum memorantibus / nunc hiemem et tempus anni nulli bel-
lice rei minime obsidione urbium aptum. Incertum regi inter spem me-
tumque legati a Pharsalo qui ad dedendam urbem suam forte uenerant
animos auxerunt / MARCUS Bebius in-
terim cum Philippo in Dassare-
tis congressus Appium Claudium ex communi concilio ad presi-
dium Larisse misit / qui per Macedoniam magnis itineribus in iugum
montium quod supra Connias est peruenit oppidum Conni uiginti
milia a Larissa abest / in ipsis faucibus saltus que Tempe appel-

lantur situm / Ibi castra latius quam quam in usum satis erant ignes quom accendissent. specie / qua quesierat fecit hosti omne romanum ibi exercitum cum rege philippo esse. Itaque hieme instare. apud suos rex unum tantum moratus diem ab Larissa recessit demetriadem, Etholique & Athamanes in suos receperunt se fines / Appius et si cuius rei causa missus erat solutam cernebat obsidionem. tamen Larissam ad confirmandos animos sociorum in reliquum descendit duplexque letitia erat. quod & hostes excesserant finibus / & intra moenia presidium romanum cernebant. Rex chalcidem a demetriade profectus / amore captus virginis Chalcidensis cleoptolemi filie / cum patrem primo allegando. deinde coram ipse rogando fatigasset invitum se graviori fortune condicione allegante. Tandem impetrata re tamquam in media pace nuptias celebrat et reliquum hiemis / oblitus / quas tum simul duas res suscepisset. bellum romanum & greciam liberandam / omissa omnium rerum cura / in conviviis & sequentibus voluptatibus. ac deinde ex fatigatione magis quam ex societate earum in somno traduxit. Eadem omnes prefectos regios qui ubique ad beociam maxime prepositi hibernis erant cepit luxuria in eadem et milites effusi sunt. nec quisquam eorum arma induit / aut stacione aut vigilias servavit. aut quicquam quod militaris operis aut numeris esset fecit / ITAQUE principio veris quom per Phocidem Caroneam quo eo venire omnem undique exercitum iusserat / venisse facile animadvertit nichilominus seneriore disciplina milites quam ducem hybernasse alexandrum inde Acharnana & Meniippum macedonem & magistratum Etolie copias ducere iussit. Ipse delphis sacrificio apollinis facto / naupactum processit / concilio principum Etholie habito viamque preter Calidonem & lysimachiam fert Astratum suis / qui per Maliacum sinum veniebant occurrit. Ibi Mansilochus princeps Acharnanum multis emptus donis non ipse solus gentem regi conciliabat. sed Clitum etiam pretorem penes quem tum summa potestas erat in suam sententiam adduxerat / Is quom Lentadios quod Acharnanie caput est ad defectionem non facile posse cerneret impelli propter metum romane classis. que cum Attilio que circa phalasnia erat / ante eos egressus est. Nam cum in concilio tuenda mediterranea Acharnanie esse et omnibus qui arma ferrent / excedendum ad Medionem & thirium. ne ab antiocho aut Etholis occuparentur / fuere qui dicerent nihil attinere tumultuose omnis concitari satis esse quingentorum hominum presidium ea iuventute nactus trecentis medione et tum in presidio positis id agebat ut pro obsidibus ha-

tum veniret in potestate regis. PER eosdem dies legati regis medione venerunt. quibus audiris ut in concione regis. quid nam respondendum regi esset consultaretur. & alii manendum in romana societate. alii non aspernandam amicitiam regis censerent. media visa est Clitu sententia. eaque accepta ut ad regem mitteret legatos. peteretque ab eo ut medios super tanta re consultare in concilio Acharnanum pateretur. In eam legationem Mansilochus & qui eius factionis erat de industria coniecti. clam missis qui regem admovere copias iuberent. ipsi terebant tempus. Itaque vix dum hiis egressis legatis Antiochus in finibus mox ad portas erat et trepidantibus qui expertes proditionis erant tumultuoseque iuventute ad arma vocantibus ab Exacito & Mansilocho in urbem est inductus et aliis sua voluntate affluentibus metu coacti etiam qui dissentiebant ad regem convenerunt. quos placida oratione territos quom permulsisset ad spem vulgate clementie aliquot populi Acharnanie defecerunt. Turrem a Medione profectus est. Mansilocho eodem et legatis premissis. Ceterum detecta Medione via profectus est. Fraude cautiores non timidiores Tyrenses fecit. dato enim haud perplexo responso nullam se novam societatem nisi ex auctoritate romanorum imperatorum accepturos. portisque clausis armatosque in muris disposuerunt. Et peropportune ad confirmandos Acharnanum animos M. octavius missus a quintio cum presidio & paucas naves ab A. postumio. qui ab aquilio legato Cephalonie prepositus fuerat accepisset leucadem venit. Implevitque spei socios M. acilium consulem iam cum legionibus mare traiecisse. et in thessalia castra romana esse. Hunc rumorem quia similem veri tempus anni maturum iam ad navigandum faciebat. Rex presidio Medione imposito et in quibusdam aliis Acharnanie oppidis tyreo abscessit. et per Etholie ac phocidis urbes Chalcidem rediit. - - -

SUB IDEM tempus M. Bebius et philippus rex iam ante per hiemem in dassaretis congressi. quom Appium Claudium ut obsidione larissam eximeret in thessaliam misissent quia id tempus gerendis rebus immaturum erat in hyberna regressi principio veris coniunctis copiis in thessaliam descenderunt. In Acharnania quom Antiochus erat advenientes Philippus Malleam prebuit. Bebius phacium est aggressus. quo primo prope impetu capto phestum eadem celeritate capit inde athraciam quom se recepisset

Cyretias et Erytium occupat presidiisque per recepta oppida
dispositis. philippo rursus obsidenti Malleam se coniungit sub ad-
ventu romani exercitus seu ad metum virium seu ad spem venie.
quom dedissent sese ad ea recipienda oppida que Athamanes oc-
cupaverat uno agmine ierunt. Erant autem hec Eginium Ericinium Ge-
phistana Tricca Metropolis Phalara. Inde Pelinneum ubi philippus
Megalopolitanus cum quingentis peditibus in presidio erat cir-
cumsidunt. Et priusquam oppugnarent mittunt ad philippum qui in pre-
sidio erat qui moneret ne vim ultima experiri vellet. quibus
ille satis feroci respondit vel romanis vel thessalis se crediturum
fuisse in philippi se potestate commissurum non esse. Postquam apparuit
vi agendum quia videbatur et Limneum eodem tempore oppugna-
ri posse rege ad Limnaeum ire placuit Bebius restitit ad pelineum oppug-
nandum. PER eos forte dies M. Attilius Consul cum decem
milibus peditum duobus milibus peditum duobus
milibus equitum xv. elephantis mari traiecto pedestres copias
ducere Larissam tribunos militum iussit. Ipse cum equitatu Limneam
ad philippum venit. Adventu consulis deditio sine cunctatione
facta est. traditumque presidium regium et cum his Atamenes ab Lim-
neo pelineum Consul proficiscitur ubi primo Attamenes tradiderunt
sese deinde et philippus Magapolitanus. cui descendenti pre-
sidio quom obvius forte fuisset philippus Rex ad ludibrium re-
gem eum consalutari iussit. Ipse congressus fratrem haud sane de-
coro maiestatis sue loco appellavit deductus inde ad consulem
custodiri iussus. et ita haud multo post in vinculis roma missus
Cetera multitudo Attamanum aut militum Antiochi regis que in
presidiis deditorum per eos dies oppidorum fuerat tradita est. fue-
runt autem ad tria milia hominum. CON sulturus belli
Larissam est profectus. Ibi de summa belli con-
sultaturus in itinere Cyretia & metropoli legati tradentes ur-
bes suas occurrerunt. philippus Attamanum precipue captivis
indulgenter habitis. ut per eos conciliaret gentem. Hartus spem
Attamanie gentium eo duxit premissis in civitates captivis. et illi
magna auctoritate apud populares habuerant clementiam erga se
regis munificentiamque commemorantes. Et Amynander cuius presen-
tis maiestas aliquos in fide continuisset veritus ne traderetur
philippo iam pridem hosti et romanis merito tunc propter defecti-
onem infensus cum coniuge ac liberis regno excessit Ambraciamque
se contulit. Ita Athamania omnis in ius dicionemque philippi concessit

CONSUL ad reficienda maxime
iuumenta que et nauiga
tionibus et postea itineribus fatigata erat, paucos larisse
moratus dies, uelut reparato modica quiete exercitu, Amone
est profectus, uenienti pharsalus Scotusa et ferequeque in eis
presidia Antiochi erat, deduntur. Ex hijs interrogatis, qui ma
nere secum uellent, mille uolentes. philippo tradidit, Ceteros
inermes demetriadem remittit. Procerna inde recepit & que
circa ea castella erant. ducere. Tum porro in sinu maliacu cepit
appropinquanti faucibus super quas sita sunt thaumaci, deserta
urbe, iuuentus omnis armata siluas & itinera insedit & in agmine
romanum ex superioribus locis incursauit. Primo missi qui ex pro
pinquo colloquentes deterrerent eos a tali furore. Postquam perseuerari
incepto uidit, tribuno cum duorum signorum militibus circummisso
interclusit ad urbe iter armatis uacuamque eam cepit. Tum cla
more ab tergo capte urbis, audito, refugientium undique ex siluis
insidiatorum cedes facta est, Athaumatis altero die consul ad Sper
getum amnem peruenit, inde ypata, eorum agros uastauit, CUM
agebantur hec chalcide. erat antiochus iam tum cernens
nichil se ex grecia preter amoena chalcide. Hyberna & infames
nuptias, etholorum uana promissa incusare & thoante, Hanibale
uero non, ut tantum prudente uirum. sed prope uate omnium que tum e-
uenirent admirari Ne tamen temere cepta segnitia insuper euer
teret. nuntios in Etholia misit ut omni contracta iuuentute con-
uenirent Iam et ipse eo decem milia fere peditum ex hijs qui postea
uenerant ex Asia completa. et equites quingentos duxit quo cum
aliquanto pauciores quam numquam ante conuenissent Et principes tantummodo
cum paucis clientibus essent atque hij dicerent omnia sedulo a se fac
ta. ut quam plurimos ex suis ciuitatibus euocaret nec auctoritate nec gratia
nec imperio aduersus detrectantes militiam ualuisse & destitutus undi
que et a suis qui morabantur in Asya et ab socijs qui ea in quorum
spem uocauerat non prestabant, intra saltum thermopylarum sese re-
cepit ID iugum secud Apennini dorso italia diuiditur. Ita media gre-
ciam diuidit Ante saltum termopylarum in septemtrionem
uersa Epyrus & perrebia et Magnesia & thessalia & sinus malea-
cus. Intra fauces ad meridiem uergunt. Etholie pars maior
& Acharnania & cum locrides phocis & boecia adiunctaque insula Eu-
boea excurrente in altum uelut promontorio Attica terra sita a tergo
& peloponessus. Hoc iugum a leucade & mari ad occidente uersa per

Etholia ad alterum mare / orienti obiectum tendens, ea aspreta rupes interiectas habet ut non modo exercitus, sed nec expediti quidem
facile ullos ad transitum calles inveniant. extremos ad orientem montes / oetam vocant. Quorum quod altissimum est Callidromon appellatur
in cuius valle ad malleacum sinum vergente iter est / non latius quam
lx passuum. Hec una militaris via est. qua traduci exercitus si non
prohibeantur possent. Id ideo pyle et ab aliis quia calide aque
in ipsis faucibus sunt thermophyle locus appellatur. nobilis lace-
demoniorum adversus persas / morte magis memorabili quam pugna

HAUD quaquam pari tunc animo Antiochus intra portas loci eius castris positis muni-
tionibus insuper saltum impediebat et cum duplici vallo fossaque & muro etiam qua res postulabat ex multa copia passim iacentium lapidum permunisset. satis fidens numquam ea vim romanum
exercitum facturum Etholos ex quatuor milibus. Tot enim convenerant partim ad Heracleam haud dubius consule oppug-
naturum etiam multis nunciantibus circa Hippatam devastari agros.

Consul depopulatus Hippatensem agrum primo. deinde Hera-
cliensem inutili utrobique auxilio Etholorum in ipsis faucibus apud
fontes aquarum calidarum adversus regem castra posuit / Etho-
lorum utraque manus Heracleam sese incluserunt. Antiocho priusquam
hostem cerneret / satis omnia permunita et presidiis obsepta
videbantur / Antiocho priusquam hostem cerneret / Timor incessit.
ne quos per imminentia iuga calles inveniret ad transitum romanus.
Nam et sicut lacedemonios quondam a persis circumventos fama erat & nuper philippum ab eisdem Romanis / Itaque
nuncium Heracleam mittit ad Etholos ut hanc saltem sibi operam
eo bello prestarent vertices circa omnes occuparent obsiderentque
ne qua romani transire possent. Hoc nuncio audito dissensio
inter Etholos orta est. pars imperio parendum regis. atque eundum
censebant. pars subsistendum Heraclee ad utramque fortuna
ut sive victus a consule rex esset in expedito haberent integras
copias ad opem ferendam propinquis civitatibus suis / sive
vinceret ut dissipatos in fugam Romanos persequerentur. Utraque
pars non mansit modo in sententia sua sed etiam executa est. Duo
aliorum duo milia heraclee substiterunt. duo trifariam divisa Calli-
dromum Rhoduntiam & tichiuntam. Hec nomina in cacuminibus
sunt occupavere. Consul postquam insessa superiora loca ab Etho-
lis vidit M. porcium Catonem & L. Valerium Flaccum / consulares

Presidio obtinendam cum ipsas fauces posita est partim Hippatam mittit et Heracleam

legatos cum binis milibus delectorum peditum ad castella etholorum
mittit Flaccum in Rhodiuntiam & Titimuta Catone in Callidro-
miu. Ipse priusque ad hostem copias admoueret. Vocatos in con-
cione milites paucis est allocutus PLERUMQUE
esse video qui in hac eadem prouincia
Titi Quinctij ductu auspicioque militaueritis macedonico bello
inexsuperabilis saltus ad amnem Apsum fuit / quem hic quippe
porte sunt. hic & unus inter duo maria clausis omnibus ue-
lut naturalis transitus est. Munitiores fuerunt tunc & ualidiores
impositi exercitus hostium. Ille et numero maior / et militum genere
aliquanto melior. Quippe illic macedones thracesque & illirij erant
ferocissime omnium gentes. hic Syri & Asiatici & greci sunt leuissi-
ma genera hominum & seruituti nata. Rex ille bellicosissimus
exercitatus iam / ille ab iuuenta finitimis thracum atque yllirorum &
circa omnium accolarum bellis / hic. ut omnem aliam uitam sileam est
qui cum ad inferendum populo ro. bellum ex Asia in Europam
transisset nichil memorabile toto tempore hybernorum gesserit
quam quod amoris causa ex domo priuata et obscuri etiam inter po-
pulares generis uxorem duxit. & nouus maritus uelut saginia-
tus nuptialibus cenis ad pugnam processit / summa uirium speique
eius in etholis fuit gente uanissima / & ignauissima ut uos experti
estis. Ut nunc Antiochus experitur / nam nec uenerunt frequentes
nec contineri in castris potuerunt. et in seditione ipsi inter se sunt
Et cum Hippatam tuendam Heracleam que depoposissent neutram
tutati refugerunt in iuga montium / pars incluserunt sese. Rex ipse
nunquam equo campo non modo congredi se ad pugnam audere. sed
ne castra quidem in aperto ponere. Relicta ante se omni regione
ea quam se nobis a philippo ademisse gloriabatur / condidit se
inter rupes. ne ante fauces quidem saltus. ut quondam lacedemo
nios fama est. sed intra penitus retractis castris quod quantum in-
est ad timorem ostendendum. an muris urbis alicuius obsidendum
sese incluserit. Sed neque antiochum tuebuntur angustie neque etholos
uertices illi. quos ceperunt. satis undique prouisum atque precautum est / ne quid
aduersus uos in pugna preter hostes esset. Illud proponere animo uestro
debetis non uos pro grecie libertate dimicare tantum quamquam is quoque egre-
gius titulus esset / liberatam a philippo ante / nunc ab etholis & ab anti-
ocho liberare. Neque eam tantum in premium uestrum cessura que nunc regis
castris sunt. Sed illum quoque omnem apparatum qui in dies ab Epheso expec-
tatur prede futurum / Asiam deinde Syriamque. et omnia usque ad portas

solis altissima regna / imperio Romano aperturos. Quid deinde
abesse quin a Gadibus ad mare rubrum oceano fines terminent,
qui orbem terrarum complexus finit. Et omne humanum genus secundum deos
Romanum nomen veneretur. In hec tanta premia dignos parate
animos ut crastina die bene iuvantibus diis decernamus.

ABHAC contione dimissi milites
priusquam corpora curarent
arma tela parant. Lu-
ce prima signo pugne proposito instruit aciem. Consul arta fronte
ad naturam & angustias loci. Rex postquam signa hostium conspexit et
ipse copias eduxit levis armature partem ante vallum in primo locavit.
tum Macedonum robur · quos Sarisophoros appellabant velut firma-
mentum circa ipsas municiones constituit. His ab sinistro cornu ia-
culatorum sagittariorumque & funditorum manum sub ipsis radicibus montis
posuit. Ut ex altiore loco nuda latera hostium incesseret. Ab dextro Ma-
cedonibus ad ipsum munimentorum finem, qua in loca que ad mare in-
via palustri limo & voraginibus clauduntur. Elephantes cum assueto
presidio posuit · post eos equites, tum modico intervallo reducto ce-
teras copias in secunda acie. Macedones pro vallo locati primo facile
sustinebant Romanos temptantes ab omni parte aditus. multum adiu-
vantibus qui ex loco superiore fundis velut nimbum grandinis & sa-
gittas simul ac iacula ingerebant · deinde ut maior, nec iam tolleranda
vis hostium inferebat se pulsi loco intra munimenta subductis ordi-
nibus concesserunt. Inde ex vallo prope modum alterum vallum hastis
pre se obiectis fecerunt & ita modica altitudo valli erat ut et locum
superiorem ad pugnandum preberet et propter longitudinem hastarum
subiectum haberet hostem. multi temere subeuntes vallum transfixi sunt
& aut incepto irrito recessissent aut plures occidissent, nisi M. Por-
tius Cato ab iugo Callidromi, deiectis inde Etholis et magna ex parte
cesis. Incautos enim et plerosque sopitos oppresserat. Super imminentem
castris collem apparuisset. Flaccum non eadem fortuna ad Tithun-
tam & Rhoduntiam, nequicquam subire ad ea castella conatus fue-
rat. Macedones quique in castris alii regis erant primo dum pro-
cul nichil aliud quam turba & agmen apparebat, Etholos credere

CAETERU

visa pugna procul subsidio venire.
ut primum signa et arma ex impro-
viso cognita errore aperuerunt, tantus repente pavor omnes
invasit ut abiectis armis fugerent & munimenta sequentes
impedierunt & angustie vallis per quam sequendi erant et max-

inde quod elephanti novissimi agminis erant, quos preter eos prete-
rire egre eques nullo poterat modo timentibus equis tumultumque
inter se maiorem quam in prelio edentibus, aliquantum temporis direptio
castrorum tenuit. Carpeam tamen eadem eodem die consecuti sunt hostem.
multis in ipso itinere cesis, captisque non equis virisque tantum sed etiam elephantis.
quos capere non poterant interfectis, in castra reverterunt, que temp-
tata eo die inter ipsum pugne tempus ab Etholis Heracleam obtinentibus,
presidio sine ullo haud parvi audacis incepti effectu fuerant.

CONSUL noctis insequentis tertia vigilia
premisso equitatu ad persequen-
dum hostem, signa legionum luce prima movit. Aliquantulum vie pre-
ceperat rex, ut non antequam Elatie esset a confusio constiterat cursu.
ubi primum reliquiis pugne et fuge collectis cum perexigua
manu semiermium militum Chalcidem se recepit. Romanus equitatus
ipsum quidem regem Elatie assecutus non est, magna parte ag-
minis aut lassitudine subsistentes aut errore ut qui sine ducibus
per ignota fugerent itinera dissipatos oppresserunt. Nec preter quin-
gentos qui circa regem fuerunt ex isto exercitu quisquam effugit. etiam ex decem
milibus militum quos Polybio auctore traiecisse secum regem in Grecia
scripsimus exiguus numerus. Quid si Antiati Valerio credamus, lx
milia militum fuisse in regio exercitu scribenti xl milia inde cecidisse
supra quinque milia capta cum signis militaribus cc.xxx. Romanorum .cl.
interfecti sunt. Per Eolidem Boetie exercitum ducenti conscie defectio-
nis cunctantes cum velamentis ante portas stabant metu ne hos-
tiliter diriperentur. Ceterum per omnes dies haud secus quam pacato
agro sine vexatione ullius rei agmen processit, donec in agrum Co-
roneum ventum est. Ibi statua regis Antiochi posita in templo Mi-
nerve iram accendit, permissumque militi est ut circumiectum templo
agrum popularetur; deinde cogitatio animum subiit, cum commu-
ni decreto Boeotorum posita esset statua, indignum esse sese in unum Coronen-
sem agrum sevire. revocato extemplo milite, finis populandi factus
est. castigati tantum verbis Boetii ob ingratum in tot tantisque recentibus be-
neficiis animum erga Romanos.

INTER ipsum tempus decem na-
ves regie cum prefecto Isidoro
ad Thronium sinum Maliaco stabant. eo gravis vulneribus Al-
lexander Acharnanus nuntius adverse pugne quom perfugisset
trepide inde recenti tremore et terrore naves Cenem Euboee
petierunt. Ibi sepultus mortuusque Alexander. Tres ex Asia profecte

^ CONSULI

eunde portu tenuerunt naues · audita exercitus clade · ephesum redierunt Isidorus ab Ceneo demetriadem · si forte eo deferret · fuga rege traiecit / PER eosdem dies · A · Attalus pre-fectus romane · classis magnos regios co-meatus · ia fretum quod ad Andru insulam est preteruectos excepit · alias mersit · alias cepit naues · que nouissime agminis erant cursum in asyam verterunt · Attalus phyreu unde profectus erat cum agmine captiuarum nauium reuectus magna vim frumenti & athenensibus & alijs eiusdem regionis socijs diuisit

ANTIOCHUS ~~de pi fectus~~ sub aduentu consulis a Chalcide profectus / Tenedum primum tenuit inde e-phesum transmisit / consuli Chalcide uenienti / porte patuerunt cum appropinquante eo Aristoteles prefectus regis excessisset & cetere Euboee urbes / sine certamine tradite paucosque dies omnibus perpacatis sine ullius noxa urbis / Exercitus Thermopylas reductus / multo modestia post victoria quam ipsa victoria laudabi-lior · Inde consul M · Catone · per quem que gesta essent S · P · Q · Ro · haud dubio auctore sciret · romam misit · Is a Creusa (Thespiensium emporium est intimo sinu corinthiaco recte) actu / patras Achaie petita Corcyram usque Etholie atque Acarnanie litora legit · atque ita ad Hydruntem Italie traiecit quinto die inde pedestri itinere Romam ingenti cursu peruenit / Ante lucem M · ingressus urbem a porta ad pretorem summum iter intendit · Is prima luce Senatum uocauit quo L · Cornelius Scipio aliquot diebus ante a Consule dimissus · cum aduenientem audisset pregressum in Senatu Catone esse superuenit / exponenti que gesta essent duo inde legati iussu Senatus in contione sunt producti / Atque ibi eadem que in Senatu de rebus in Etholia gestis exposuerunt / Supplicatio in triduum decreta e · et ut xl hostijs maioribus pretor quibus dijs ei vi-deretur sacrificaret · Per eosdem dies & M · Fulvius nobilior qui biennio ante pretor in Hispaniam profectus est ouans urbem e-ingressus Argenti bigati pre se tulit CXXX · milia · et extra numerum CXC · pondo argenti · auri · pondo · c · xxvii ·

D · ACCILIUS

Consul ex Thermopylis · Heracleam ad Etholos premisit · ut tunc saltem experti · regiam vanitatem resipi-scerent traditaque Heraclea cogitarent · de petenda ab Senatu seu furoris sui / seu erroris venia · & ceteras defecisse grecie ciui-tates eo bello ab optime meritis Romanis : sed quia post fugam

regis cuius fiducia

ANTE

/ martii

sed quia post fugam regis animis fiducia officio decessissent: non addidissent pertinaciam culpe in fidem receptos esse. Etolos quamquam non secuti sint regem sed accersierint et duces belli non socii fuerint: si penitere possint posse et incolumes esse. Ad ea cum animi pacati nihil responderetur appareretque armis rem gerendam esse et rege superato bellum etholicum integrum restare. Castra ab Thermopylis ad Heracleam admovit. Eoque ipso die ut situm notaret urbis ab omni parte equo moenia est circumvectus.

SITA est Heraclea in radicibus montis oete. Ipsa in campo arcem imminentem loco alto et undique precipiti habet. Contemplatus omnia que noscenda erant quattuor simul locis urbem aggredi constituit. A flumine a sero qua et gymnasium est. L. Valerium operibus atque oppugnationi preposuit. Frequentius prope quam in urbe habitaretur. Tito sempronio longo oppugnandam dedit. Et regionem mellacum aditu haud facilem pars habebat. M. Bebium. Ex altero angulo quem Melana vocant. adversus dyane templum appium claudium opposuit. Horum magno certamine inter paucos dies turres. arietesque et alius apparatus omnis oppugnandarum urbium perficitur. Ut cum ager Heraclensis paluster omnis. frequensque proceris arboribus. benigne ad omne genus operum materiam suppeditabat. Tum quia refugerant intra moenia etholi. deserta que in vestibulo urbis erant. tecta in varios usus. non tigna modo et tabulas. sed laterem quoque et cementa et saxa magnitudinis varie prebebant. Et Romani quidem operibus magis quam armis urbem oppugnabant. Etholi armis contra se tuebantur. Cum ariete quatiebantur muri. non laqueis ut solent exceptos declinabant ictus. sed armati frequentes. quidam ignes etiam quos aggeribus inicerent. ferebant. Fornices quoque in muro erant apti ad excurrendum. et ipsi cum pro dirutis reficerent muros crebriores eos ut pluribus erumperent in hostem locis fatigabant. Hec primis diebus dum integre vires erant et frequentes impigre fecerunt. Indies deinde pauciores et segniores. et enim cum multis urgerentur rebus nulla eos res eque atque vigilie reficiebant. Romanis in magna copia militum succedentibus aliis in statione etholos alium propter paucitatem eosdem dies ita ut nullum tempus vacuum dimicatione esset. Adversus quattuor ex partibus simul oppugnantem hostem nocturnus diurno continuatus labor est. Cum fatigatos iam etholos sciret consul et exspectatione temporis et quod ita transfuge affirmabant tale consilium iniit. Media nocte receptui signum dedit. et ab oppugnatione simul omnes milites deductos usque ad tertiam diei horam quietos in castris tenuit. Inde cepta oppugnatio ad mediam rursus noctem perducta est. Intermissa deinde usque ad tertiam diei horam. Fatigationem rati esse causam etholi non continuande oppugnationis que inter ipsos defecerat. ubi romanis datum est receptui signum velut ipsi revocati pro se ex statione quisque decedebat. nec ante tertiam diei horam armati in muris apparebant. Consul quum nocte media intermisisset oppugnationem. quarta vigilia rursus a tribus partibus summa vi aggressus. una Sempronium tenere intentos milites. signumque exspectantes iussit. ad eam in nocturno tumultu unde clamor exaudiretur.

l. dirutis

haud dubie ratus hostes occursuros/ Etholi pars sopiti affecta labore ac vigiliis/ corpo-
ra a sompno moliebant(ur)/ pars vigilantes ad huc strepitū pugnatiū ī tenebris cur-
rūt/ Hostes per ruinas parti iacentis muri transcendere conant(ur)/ parti sca-
lis ascensūs. quos undiq(ue) ad opē ferendā occurrūt. etholi. pars una qua p(ro)gressi
erāt neq(ue) defendit(ur) neq(ue) oppugnat(ur). Sed qui oppugnaret intenti signū exspecta-
bāt/ defensor nemo aderat/ Iam dilucescebat cū signū consul dedit. et sine ul-
lo certamine partim scalis/ integros muros trāscēdē. simul clamor inde ex capto
opido ē exauditus/ undiq(ue) etholi desertis stationib(us)/ in arcē fugiūt. Oppidū
victores permissu consulis diripiūt nō tam ab ira. nec ab odio q(uam) ut miles
coercitus in tot receptis hostiū urbibus/ aliquo tandē loco fructū victorie
sentiret. Revocatos inde a medio ferme die/ milites cū in duas divisisset
partes/ unam radicib(us) motiū circūduci ad rupē iussit. que fastigio altitudinis
pars media valle velut ab rupta ab arce erat/ sed adeo prope geminata cacu-
mina eo(rum) motiū sūt/ ut ex vertice altero tela coniici in arcem possint/ cū di-
midia militū parte/ consul ab urbe ascensur(us). in arcē signū ab his. qui a t(er)go
in rupē evasiri erāt/ exspectabat/ Non tulere hi/ q(ui) in arce erāt Etoli p(ri)mū
eo(rum) qui rupē ceperant/ clamorē/ deinde impetū ab urbe Romano(rum) ex fractis
iam animis/ et nulla ibi re preparata ad obsidionē diutius tollerādā ut pote
congregatis feminis seruisq(ue) et imbelli alia turba in arcē/ que vix capē/ nedum
tueri multitudinē tantā posset/ Ita ad p(ri)mū impetū abiectis armis dediderūt
sese: et traditus inter ceteros p(ri)ncipes Etholorū Damocritus ē. qui p(ri)nci-
pio belli decretū etholorū quo accersendū Antiochū censuerat/ .T. Quintio
poscenti responderat ī Italia daturū cū castra Etholi ibi posuissent/ ob eā ferociā
maius victorib(us) gaudiū fuit/ EODEM t(em)p(o)re quo Romani He-
racleam philippus lamiam ex composito expug-
nabāt/ circa thermopylas cū consule redeunte ex Boetia/ ut victori ipsi p(o)p(u)lo
q(ue) Ro. gratularet(ur). excusaretq(ue) q(uod) morbo impeditus bello nō interfuisset Cōgressus inde
diversi ad duas inde oppugnandas urbes profecti/ Intersūt ferme septē milia
passuū. et lamia posita in tumulo ē/ tum regionē maxime eo despectat oppido
q(uod) breve intervallū videtur/ et omnia in cōspectu sūt/ Cū enixe velut proposito cer-
tamine Romani macedonesq(ue) diem ac noctē aut ī operib(us) aut ī p(ro)eliis essent
Nec maior difficultas macedonibus erat. q(uam) Romani aggere et vineis/ et omnibus
sup(ra) terrā operib(us) subter macedones cuniculis oppugnabant/ et in asperis locis
sepe silex ~~inpenetrabilis~~ penetrabilis ferro occurrebat/ Et cū parū p(ro)cedēt incoep-
tū p(er) colloquia p(ri)ncipū/ oppidanos tēptabat rex ut urbē dederet/ haud dubius
quin si prius Heraclea capta foret. Romanis potius se q(uam) sibi dedituri essent. suaq(ue)
graciam Consul in obsidione liberanda facturus esset/ Nec eū opinio ē frustrata/ Cō-
festim enī ab Heraclea capta nūtius venit. ut ab oppugnatō desistēt. Equius
esse Romanis/ milites qui acie dimicassent cū etholis premia victorie habere. Ita

recessum ab lamia est. et propinqua clade urbis ipsa ne quid simile paterentur. effuge
runt. PAUCIS post diebus quam Heraclea capta est. Ethol(i) concilio
Hypatam coacto legatos ad anthiochum miserunt. Inter quos
Thoas. qui et antea missus est. mandata erant. ut ab rege primum peteret. ut ipse
coactis rursus terrestribus copiis. navalibusque in greciam traiceret. deinde si qua
ipsum teneret res. ut pecuniam et auxilia mitteret. id tum ad dignitatem eius. fide
que pertineret. non prodi socios. tum etiam ad incolumitatem regni. ne sineret romanos omni
cura vacuos. cum etholorum gentem sustulisset. omnibus copiis in asiam traicere.
Vera erant. que dicebant. eo magis regem moverunt. Itaque in presentia
pecuniamque ad usus belli necessaria erat. legatis dedit. auxilia terrestria
navaliaque affirmant. missurum. thoantem unum ex legatis retinuit. et ipsum
haud invitum morantem. ut exactor presens promissorum adesset. CAETERUM
Heraclea capta. fregit tandem animos etho
lorum. et ad paucos post dies. quam ad bellum renovandum
acciendumque regem in asiam miserant legatos. abiectis consiliis belli. pacis petende
oratores ad consulem miserunt. quos dicere exorsos. consul interfatus. cum alia sibi
prevertenda esse dixisset. redire Hypatam eos. datis dierum decem induciis. et
L. valerio flacco cum his misso. iussit ei. que secum acturi fuissent exponere. et si qua
vellent alia. Hypatam ut est ventum. principes etholorum apud flaccum consilium habue
runt. consultantes quonam agendum modo apud consulem foret. parantibus his
antiqua foederum ordiri merita. in abstinere his flaccus iussit que ipsi violas
sent. confessionem his culpe magis profuturam. et totam in preces orationem
versam. nec enim in causa ipsorum. sed in populi Romani clementia spem salutis
positam esse. et suppliciter agentibus his affuturum. et apud consulem et rome in senatu
eo quoque mittendos fore legatos. Hec una via omnibus ad salutem visa. et ut se in fidem
permitterent romanorum. Ita enim et belli violandi. supplices se verecundiam impositurus. et ipsos
nihilominus sue potestatis fore. si quid melius fortuna ostendisset. Postquam ad con
sulem adventum est. phaneas legationis princeps. longa oratione ad mitigandum vic
toris iram composita. ita ad extremum finivit. ut diceret. etholos. se. suaque omnia fidei po
puli romani permittere. Id consul ubi audivit. etiam atque etiam videte inquit Etholi. ut ita
permittatis. tum decretum phaneas id quod diserte scriptum erat ostendit. Quando ergo
inquit ita permittitis. postulo mihi id dycearchum civem vestrum et menetam epirotam
naupactum. is cum presidio ingressus ad defectionem compulerat. et aminandrum cum princi
pibus Acharnanum. quorum consilio a nobis defecistis. sine mora dedatis. prope dicentem
Interfatus phaneas. Romanorum non in servitutem inquit. sed in fidem tuam nos tradimus.
et certum habeo imprudentia labi. quibus nobis imperes. que moris grecorum non sunt.
Ad hec consul. nec Hercle inquit magnopere nunc curo. quid etholi satis ex more
grecorum factum esse censeant. dum ego more romano imperium id habeam in deditos modo
decreto suo. ante armis victos. Itaque in propere fit quod imperio vincirí nos hibeo

afferriq; catenas/ et circũsistere lictores iussit/ tũ fracta phanee ferocia/ etholisq;
aliis est. et tandẽ cuius conditionis essent senserũt/ et phaneas se quidẽ/ et qui
assint etholorũ scire/ facienda esse/ que imperentᷣ/ dixit. Sed ad decernẽda ea cõ
silio etholorũ opus esse/ ad id petere/ ut decem dierũ daret indutias repete
flacco pro etholis indutię datę/ IPATAM reditũ ẽ ubi cũ
in consilio delectoꝝ quos apocletos vocant. phaneas
et que imperarentᷣ/ et que ipsis prope accidissent exposuissent/ ingemuerũt
quidam principes condicionis sue. parendũ tñ victori censebant. et ex omib; opidis
conuocandos ethelos ad conciliũ. Postq̃ vero coacta omis multitudo eadẽ illa
audiuit/ adeo seuicia imperii atq; in-dignitate exasperati animi sunt ut si
in pace fuissent/ illo impetu irę concitari potuerint. ad bellũ/ ad iram acce-
debat. et difficultas eoꝝ que impe-raretᷣ. Quonã modo enĩ utiq; regẽ Amnãdrũ
se tradere posse/ Et spes forte oblata q̃ Nicander eo ipõ tempore ab antiocho
rege veniens/ impleuit/ excitatione vana multitudinẽ terra mariq; ingens pa-
rari bellũ/ DUODECIMO is die q̃ ascenderat na-
uẽ in ethiliã profecta legatione redi-
ens. phalera in sinu maleaco tenuit/ In lamiã pecuniã quũ deuexisset. et
ipse cũ expeditis prima vespera inter macedonũ romanaq; castra medio agro
dũ Ippatam notis callibus petit. in stationẽ incidit macedonũ deductusq; ad regem ẽ nõ-
dũ conuiuio dimisso. quod ubi nunciatũ est/ uelut hospitis/ nõ hostis aduẽtu
motus philippus/ accumbẽ eũ epulariq; iussit: atq; inde dimissis aliis/ solũ re-
tentũ/ ipm quidẽ de se temere quicq̃ vetuit/ Etolorũ parua concilia. atq; i
ipsoꝝ caput semꝑ recidentia accusauit. q̃ primũ romanos inde antiochũ i grecia
adduxisset. Sed preteritoꝝ que magis rephendi q̃ corrigi possũt oblitũ/ se nõ
facturũ. ut insultet. aduersis rebus eoꝝ/ Etolos q̃q; finire tandẽ ꝯ adũsus se odia
debere/ et Nicandrũ priuatũ eius diei quo seruatus a se foret/ meminisse. Ita
datis qui in tutũ eũ prosequeretᷣ/ Ippatam/ Nycander consultantibus de pace rõna
superuenit. MARCUS Attilius vendita ac concessa militi circa
Heracleam preda/ postq̃ nec Ippatę pacata consilia
esse et Naupactũ concurrisse etolos/ ut inde totũ impetum belli sustinerẽt audi-
uit/ premisso Appio claudio cũ quatuor milibus militũ/ ad occupanda iuga. qua
difficiles transitus montiũ erant/ ipse Oetam descendit/ Herculiq; sacrificiũ fecit
in eo loco quẽ pyram. ubi mortale corpus eiusdẽ fit crematũ/ appellant. Inde toto
exercitu profectus/ reliquũ iter satis expedito agmine fecit. ut ad choracẽ ẽ uẽtũ
mons est altissimus inter callipolim et Naupactũ. Ibi et iumẽta multa ex agmine
precipitata cũ ipsis honeribus sunt et homines vexati. et facile apparebat/ quã
cũ inerti hoste res esset. qui tam impeditũ saltũ/ nullo presidio/ ut clauderet
transitũ/ insedissent. Tum q̃q; vexato exercitu/ ad naupactũ descendit. et in castello
aduersus arcẽ posito. ceteras partes urbis diuisis copiis positumemũ circũsedit.
nec minus oneris laborisq; ea oppugnatio q̃ Heraclea habuit/ EODE

tempore et Messene in peloponesso ab acheis. q concilii eorū recusaret ēē,
oppugnari coepta est/ Et due ciuitates Messene et Elis/ extra consiliū achai-
cū erant/ cū etholis senciebant. Elii tamē post fugatū ex grecia Antiochū/ legatis
acheorū leuius responderant/ dimisso presidio regio/ cogitaturos se quid sibi M
essenii sine responso/ dimissis legatis/ mouerant bellū. trepidiq; rerū suarū quō
jam ager effuso exercitu/ vreretur. castraq; circa urbē poni viderent. legatos chal
cidem ad T. Quintiū auctorem libertatis miserūt. qui nunciarent missenios ro
manis/ non acheis et aperire portas. et dedere urbem paratos esse/ Auditis
legatis ex templo profectus Quintius a Megalopoli ad diophanē/ acheorum
pretorē misit. qui ex tēplo sociare eū a Messene exercitū/ et uenire ad se iube
ret/ dicto paruit diophanes/ et soluta obsidione. expeditus ipē pregressus ag
men circa endamam paruū oppidū inter Megalopolim Messeneq; positum/
Quintio occurrit/ et cū causas expugnationis exponeret castigatū leniterq; tan
tam rē sine auctē sua conatus esset/ dimittere iussit exercitū/ nec pacē omniū
bono partam perturbare/ Messeniis imperauit ut exules reduceret et acheorū
consilio essent/ si qua haberent de quibus aut recusare in posterū aut caueri
sibi nellent chorintū ad se uenirent/

DIOPHANĒ

consiliū acheorū ex templo sibi prebē
iussit. Ibi de Zacintho intercoepta per fraudē. insula questus postulauit ut
restitueretur rōmis/ philippi macedonū regis et Zacinthus fuerat/ et tantā mer
cedem Aminandro dederat/ ut per athamanā ducere exercitum in superiorē
partem etolie liceret/ qua expeditione fractis animis etolos compulit ad
petendam pacem/ Aminander philippū Megalopolitanū insule prefecit/ po
stea per bellū quo se anthiocho aduersus rōnos coniūxit/ phylippo ad belli mu
nera reuocato. Heracleam agrigentinū successorē misit/ Is postq; fugā a
thermopylis Anthiochi. Aminandriq; a philippo athamania pulsū audi
uit. missis ultro ad diophanē pretorē acheorū nunciis/ pecuniā pactus/ In
sulam acheis tradidit/ Id premiū belli suū esse secū censebant romani/ Non
enī M. Attiliū consulem/ legionesq; romanas diophanē et acheis ad ter
mopylas pugnasse/ diophanes aduersus hec interdū purgare sese/ gentemq;
interdū de iure facti disserē quidam acheorum et initio eam se remasper
natos testabantur. et nūc pertinaciam increpabant pretoris/ auctoribus his
decretū est Tito Quintio ea res permitteretur/ Erat quintius sicut aduersatib9
asper ita/ ita si crederes ipē placabilis omissa contētione uocis mitiusq;/ Si utilē
inquit possionē eius insule censerē ēē acheis/ auctor essem senatui .p. Q3. Ro.
ut ea uos habere sineret Ceterum sicut testudinē ubi collectū in. suū tegmē est/
tutam ad oēs ictus uideo esse/ ubi exiret partes aliquas quodcūq; obnoxiū atq;
infirmū habere. Haud dissimilit uos achei clausos undiq; mari quod intra pe
loponessum termino/ ea et iugere uobis. et iuncta tueri facile/ Simul auiditate

plura amplectendi hinc excedatis / nuda nobis omnia queq; extra sint · et expo-
sita ad omnes ictus esse / Assentienti omni consilio nec diophane ultro tendē
anso ȝacinthus romanis traditur / PER idem tempus philippus rex
proficiscentem consulem ad nan pactū percunctatus si se in-
terim que defecissent ab societate romana urbes recipere uellet / permit-
tente eo ad demetriadem · copias admouit haud ignarus quanta ibi tum
conturbatio esset · destituti enī ab omī spe · quom desertos se ab antiocho spē
nullam in ętholis esse cernerent / dies noctesq; aut philippi hostis aduen-
tum aut infestiorem etiā quo iustius irati erant rōnorū exspectarent
turbę etiam essent ibi condite erant regiorū · qui et si p̄mo pauci in p̄si-
dio relicti erant · postea plures pleriq; inermes ex p̄lio aduerso fuga
delati / nec uirū nec animi satis ad obsidionē tollerandam habebant · Itaq;
p̄missis a phylippo quia spem impetrabilis uenię ostendebant / respōde-
runt patere portas regi · Ad p̄mū eius ingressum principes quidā urbe
excesserunt · Eurylochus sibi mortē consciuit / Antiochi milites sic enī pacti
erant per macedoniam thraciamq; persequentibus macedonib; se duce
sed ne quis eos uiolaret lysimachiam deducti sunt / Erant et paucę naues
demetriadę quibus prę erat Isidorus queq; cū prefecto suo dimissę inde dolo-
pram et aperantiā et p̄erebię quasdā ciuitates recepit /
hec a philippo geruntur · Titus Quintius recepta ȝacintho ab DVM
achaico concilio Naupactū traiecit · que iam duos menses · sed iam excidiū erat
oppugnabatur / Et si capta ui foret / omne ibi nomē ętholorū ad interceptionē
uidebatur uenturū · Cetērū quamq; merito iratus erat ętolis q; solos obtrectare
glorię suę quom liberaret greciam · meminerat / et nihil auctē sua motos ec-
cum que tum maxime acciderant casura premonens a furioso incoepto / eos
deterreret · tū sui operis maxime esse credens nullam gentē libertate ab se grę-
cie funditus euerti / obambulare muris / ut facile noscētur / ab ętolis cepit /
Confestī a p̄mis stationibus cognitus est · uulgatumq; p̄ omnes ordines equitū / luciū
esse · Itaq; concursu facto undiq; in muros manus pro se quisq; tendentes conso-
nante clamore nominatim / Quintiū orare ut opē ferret ac conseruaret · Et tū
quidem quamq; mouetur his uocibus / manu tamen abnuit quidnā operis in se
esset / Ceterū postquā ad consulem uenit / utrū fallit inquit te · M · attili quid
agatur / an cum satis prouideas nihil magnopere / nihil id magnopere ad summā
reip · pertinere · censes / erexerat exspectatione consulem et quia expromas
inquit quid rei sit · Tum Quintius et quid uides te deuicto antiocho in duabus
urbibus oppugnandis tempus terrere · quom iam prope annus circumactus sit im-
perij tui / philippū autem qui nō aciem / nō signa uidit hostiū / nō solū urbes sed
tot iam gentes Athamaniam p̄erebiam Apperantiam dolopeiam sibi ad

uixisse. Atqui non tm̄ interest nostra etolorū opes ac vires minui quātū nō
supra modū philippū crescere. et victorie tue premiū te milites q3 tuos
nondū tot vrbes philippū tot gentes grecie habere as sentiebatur. his consul
sed pudor si irrito incoepto abscederet obsidione occurrebat tota inde. Quintio
res permissa ē. Is rursus ad eam partem muri. qua paulo ante vociferati
etoli fuerant redit. Ibi cū quom impensius oraret. ut misereret gentis etolo-
rū. exire aliquos ad se iussit. phaneas ipse princeps aliiq3 ex templo egres-
si sunt quibus puolutis ad pedes. fortuna inquit vestra facit. vt et ire mee
et orationi mee tempora euenerint. q̄ predixi euentura. Et ne hoc qdē
reliqui nobis est ut indignius accidisse ea videantur. Ego tm̄ sorte quadā
nutriende grecie datus ne ingratis quidem benefacere absistam. mittite
oratores ad consulem. qui tm̄ tpris inducias petant. ut mittere legatos romā
possitis. per quos de vobis senatui permittatis. Ego apud consulem defensor
deprecatorq3 vobis adero. Ita ut censuerat. Quintius. fecerunt. nec ē aspnatus
legationē consul. Induciisq3 in diē certā datis. qua legatio renunciari ab roma
posset. Soluta obsidio et exercitus in phocidem missus est.

CONSUL cū Tito quintio ad achaicū concilium egiū traiecit. Ibi de eleis et de exulibus lacedemonorū restituendis
actum. et neutra pfecta. q3 sue gratie reseruari ea Achei per se ipsi q̄ per
romanos maluerunt. Achaico contributi consilio Epirotarū legati ad consiliū
venerut quos non sincera fide in amicitia fuisse satis constabat. militē tm̄
nullū Antiocho dederunt. pecunia iuuisse eū insimulabantur. legatos ad regē ne
ipsi quidē misisse inficiebantur. his petentibus. vt in amicicia pristina esse liceret.
respondit consul. se utrū hostiū an pacatorū eos numero haberet. nondū scire
Senatum eius rei iudicē fore. integrā se causam eorū romā reicere. Induci-
as ad id .xc. dierū date ~~et adie~~ fecissent hostilia

EPIROE romā missi senatū adierūt his magis qui non ~~adie fecissent hostilia~~
referentibus. q̄ purgantibus ea de quibus arguebantur. responsū datū ē. quo
veniam impetrasse. non tm̄ probasse. videri possent. et philippi regis legati
sub idem tps in senatū inducti gratulantes de victoria. his petentibus vt sibi
sacrificare in capitolio donūq3 ex auro liceret ponere in edem Iouis optimi
maximi. pmissū a Senatu centū pondo coronā aureā posuerunt. Non solū re-
sponsum benigne regis legatis est. sed philippi quoq3 filius demetrius. qui
obses rome erat ad patrē reducendus legatis datus est. Bellū quod cū An-
thiocho rege in grecia gestū est a. M. Attilio consule. hunc finē habuit. Alter
consul populi. p. cornelius Scipio Galliam prouinciā sortitus. priusq̄ ad bellū quod
cū boiis gerendū erat proficisceretur postulauit ab senatu. ut pecunia sibi decer-
neretur ad ludos quos pretor in hyspania inter ipsum discrimen pugne vouis-
set. Nouū atq3 iniquū postulare visus est. Censuerunt ergo quos ludos inconsulto

senatu ex sua uiuus sina uouisset cos ut idem manibus si quam pecuniam ad id reseruas-
set uel sua ipse impensa faceret/ Eos ludos per dies decem · p · cornelius fecit/ per
idem tempus fere edes matris magne dee dedicata est/ quam deam is · p · scipio
aduectam ex asia/ p · cornelio scipione cui post africano fuit cognomen · p · lici-
nio consule in palatium amari detulerat · locauerant edem faciendam · M · li-
uius & c · claudius censores/ M · cornelio tito sempronio consulibus tertio decimo
anno postquam locata erat/ dedicauit eam/ M · iunius brutus/ ludi ob dedicationem huius
facti · quos primos et scenicos fuisse Antias ualerius est auctor/ megalesia appellatos
Item iuuentutis edem/ in circo maximo · c · licinius lucullus duumuir dedicauit ·
Vouerat eam sedecim annis ante · M · liuius consul · quo die Hasdrubalem exercitumque
eius occidit/ Item censor eam faciendam locauit/ M · cornelio et sempronio consuli-
bus · Huius quoque dedicande causa ludi facti · et omnia cum maiore religione facta quod no-
uum cum antiocho instabat bellum ·

PRINCIPIO eius anni quo
hec/ profecto ad bellum · M · atti lio adhuc ro- manente
me · p · cornelio consule/ agebantur/ duos boues domitos/ In carinis per scalas per-
uenisse in tegulas hedificii proditum memorie est/ eos uiuos comburi · cineremque
eorum in tyberim deici/ Aruspices iusserunt/ Tarracinate et amiterni nunciatum
est aliquociens lapidibus pluisse/ Minturnis edem Iouis et tabernas circa forum
de celo tactas esse/ Vulturni in hostio fluminis duas naues fulmine tactas conflagr-
asse/ Eorum prodigiorum causa libros sybillinos ex senatusconsulto decemuiri cum adis-
sent/ renunciauerunt ieiunium instituendum Cereri esse · et id quinto quoque anno seruan-
dum · et ut nouendiale sacrum fieret/ et unum diem supplicatio esset/ coronati supplicarent
consul · p · cornelius · quibus diis · quibusque hostiis edidissent/ decem uiri sacrifica-
ret/ placatis diis nunc uotis rite soluendis nunc prodigiis expiandis/ in prouinciam
proficiscitur consul/ Atque inde · c · domitium proconsulem dimisso exercitu romam dece-
dere iussit/ ipse in agrum boiorum legiones induxit/ Sub idem fere tempus ligures lege sa-
crata coacto exercitu nocte improuisa castra · Q · Minutii pro consulis aggressi sunt ·
Minutius usque ad lucem intra ualla militem instructum tenuit · intentus ne qua
transcenderet hostis munimenta/ prima luce duabus simul portis eruptionem fecit
nec primo impetu quod sperauerat ligures pulsi sunt · duas amplius horas dubium
certamen sustinuere/ postremo cum alia atque alia agmina erumperent · et inte-
gri fessis succederent ad pugnam/ Tandem ligures inter cetera etiam uigiliis
confecti terga uerterunt/ Cesa super quatuor milia hostium/ ex romanis/ sociis-
que minus trecenti perierunt · duobus fere post mensibus · p · cornelius cum
boiorum exercitu signis collatis egregie pugnauit/ tria milia hostium occisa · An-
tias Valerius scribit · capti mille · cccc/ signa militaria · cc · xxxui · ex uictoribus
etiam mille cccc lxxxui · cecidisse/ ubi in numero scriptori fides sit/ quia in augen-
do non alius intemperatior est · magnam uictoriam fuisse apparet/ quod et castra capta sint
et boii post eam pugnam et templo dediderant sese · et quod supplicatio eius uictorie causa

/ consuli decreta ab senatu victimeq; maiores cese/ PER eosdem dies M.
fuluius nobilior & ex ulteriore hispania ouās urbem ē ingressus
Argenti transtulit milia decem pondo bigati argenti c xxx / auri c xxvii pon-
do. P. cornelius co consul obsidibus a boiorū gente acceptis agri parte fere di-
midia eos mulctauit. quo si uellet. p. R. colonias mittere posset / Inde ro-
mā ad triumphū haud dubiū decedens / exercitūq; dimisit / et ad esse rome
ad diem triumphi iussit. Ille postero die q̄ uenit senatu in ędem bellonę uo-
cato. quom de rebus ab se gestis disseruisset postulauit ut sibi triūphāti lice-
ret urbem inuehi PUBLIUS Sempronius Blesus
tribunus plebis non negandū Scipioni
sed differendū honorē triumphi censebat Bella ligurū gallicis semp̄ iuncta
esse / Eas inter gentes ex propinquo mutua cōferre auxilia. Si p. Scipio deui-
ctis acie boiis. aut ipse cum uictore & exercitu in agrū ligurū transisset / aut partē co-
piarum Q. Minutio misisset / qui iam tertiū ibi annū dubio detinētur bello / ut
bellari cum liguribus potuisset. nūc ad triumphū frequētandū deductos esse
milites / qui egregiam nouare operam rei publice potuissent / possent etiā si se-
natus q̄ festinatione triumphi prętermissum est esset. id restituē differendo tri-
umpho uellet / Iuberent consulem cū legionibus redire in prouinciam. dare ope-
ram. ut ligures subigētur / nisi illi cogantur in ius iudiciūq; rei p. ne boios quidē
quieturos aut pacem / aut bellū utrobiq; habenda deuictis liguribus / paucos post
menses / proconsulem. p. corneliū multorū exemplo. qui in magistratu nō triū-
phauerunt triumphaturū esse / Ad ea consul neq; ligures prouinciā sortitū esse
ait / neq; cum liguribus bellum gessisse / neq; de his triūphū postulare / Q. Mi-
nutiū / confidere / breui subactis his merito. triūphū postulaturū / aut impetra-
turum esse / se de gallis / postulare triumphū / quos acie uicerit / castris exuerit. quorū
gentem biduo post pugnā accepit in deditionē / a quibus obsides abduxerit pacis
future pignus / uerū. Enīuero illud multo maius esse / q̄ tantū numerū gallorū
ceciderit in acie / q̄ cū tot milibus certe boiorū boiorū nemo ante se imperator
pugnauerit. plus partem dimidiā ex quinquaginta milibus hominū cęsam. multa
milia capta / senes seu pueros boiosq; superesse / Itaq; id quemq; mirari posse. aut
uictor exercitus. quom hostem in prouincia neminē reliquisset / romā uenerit
ad celebrandū consulis triumphū / quorū militū si et in alia prouincia opera uti se-
natus uelit / utro tandem modo promptiores ad illud periculū promptūq; labo-
rem ituros credat / si persoluta his sine detractione prioris periculi. laborisq; mer-
ces sit / An si spem proferentibus dimittant. iam semel in p̄ma spe deceptos /
Nam q̄ ad se attineat sibi glorię in omnē uitam illo die satis quesitū esse / quo se
uirū optimū iudicatum ad accipiendam matrē ideam / misisset senatus / hoc
titulo et sine consulatus / nec triūphus adiciatur sat honestū ornatamq; p. Sci-
pionis Nasicę imaginem fore / uniuersus senatus non ipse modo ad decer-

nondũ triumphũ consensit: sed etiam tribunos plebis auctoritate sua compulit
ad remittendam intercessionem/ p. cornelius Scipio consul triũphauit de boiis
In eo triumpho gallicis carpentis arma et signa et spolia omnis generis transu-
exit. et uasa enea gallica et cũ captiuis nobilibus equorũ quoque captorũ gre-
gem traduxit. Aureos torques transtulit mille cccc lxx. Ad hoc auri. cc
xxxxvii. argenti infecti facti que in gallicis uasis non infabre suo more factis.
ii. cccc xl. pondo bigatorũ nummorũ/ cc xxxiii. militibus qui currũ secuti sunt.
centenos uicenos quinos eris diuisit. duplex centurioni. triplex equiti. Pos-
tero die contione aduocata de rebus ab se gestis. et de iniuria tribuni/ bello
alieno se illigantis/ ut suę uictorię fructus se fraudaret quom distulisset mili-
tes exauctoratos dimisit./ DUM hę hec in italia geruntur. modũ
de bello Antiochus ephesi/ securus ad modũ de bello rõno
erat/ tanq̃ non transituris in asia romanis. quã securitatem ei magna pars
amicorũ/ aut per errorem aut assentando faciebat/ Hãnibal unus cuius eo tẽpe
ut maxima apud regem auctas erat/ magis mirari se aiebat. quod iam in asia
non essent romani. quam uenturos dubitabat/ propius esse in asia ex grecia quam
ex italia in greciam traicere: et multo maiorem causam antiochũ quam eto-
los esse. neque enim mari minus quam terra/ pollere romana arma. Iam pridem
classem circa Malleum esse audire sese. nuper naues nouas. nouumque Imperato-
rem rei gerende causa ex ytalia uenisse. Itaque desineret antiochus pacem
sibi ipse spe uana in asia facere. et de ipsa asia breui terra mariqꝫ dimi-
candum ei cũ romanis esse/ et ut Imperiũ adimendũ ob rem terrarum affe-
ctantibus. aut ipsi amittendum/ unus uera et prouidere et fideliter predicẽ
auisus. Itaque ipse rex nauibus quę apparatę instructęque erant chersonessum
petit/ ut ea loca si forte uenirent romani/ presidiis firmaret. Ceterã classem
poluxemidem parare iussit/ et deducere speculatorias naues ad omnia exploranda/
circa insulas dimisit./ C LIVIUS prefectus roma-
nę classis cũ .l. nauibus tectis profectus
ab roma/ Neapolim quo ab sociis eius ore conuenire iusserat apertas naues quę
ex federe debebantur/ Siciliã inde petit. fretoque Messanã pretervectus quom
sex punicas naues/ ad auxiliũ missas accepisset/ ab Rheginis locrisque et eiusdem
~~lem~~ iuris sociis debitas exegisset naues/ lustrata classe/ ad laciniũ altũ petit.
Corcyram quam primũ ciuitatem grecię adit/ Cum uenisset percunctatus de statu
belli/ nec dum enim omnia in grecia perpacata erant/ et ubi romana classis esset.
postquam audiuit/ circa thermopylarũ saltũ in statione consulem ac regem esse
classem pyrasi stare res causa pergit protinus nauigare./ peloponenses tamẽ
Sagmitum que quia partis etolorũ maluerũt esse protinus depopulatus. Maleũ
petit. prospera nauigatione usus/ paucis diebus pyreũ ad ueterem classem
peruenit/ ad Scyleum Eumenes rex cũ tribus nauibus occurrit cũ Egine

incertus consilii fuisset. utrũ ad tuendũ rc rediret regnũ. Audiebat enĩ antiochũ
terrestres naualesq; copias parare. Animusq; absederet a romanis. ex quorũ for
tuna sua penderet. A preto A. attilius traditis successori quinq; et uiginti na
uibus tectis. romã est profectus. lucius una cũ lxxx. rostratis nauibus multis
preterea minoribus q̃ aut aperte & rostrate. Aut sine rostris speculatorię erãt
Deliũ traicit. Eo tempe consul actilius Hampactũ oppugnauit. lucium deli
berantem aliquot dies. et est uentosissima regio inter cycladas fretis alias mi
noribus diuisas aduersi uenti retinuerũt. polixenides certior per dispositas spe
culatorias naues factus delistare romãm classem nuncios ad regem misit. qui o
missis que in Hellesponto agebat cũ rostratis nauibus q̃ accelerate poterat.
ephesum rediit. et conciliũ ex templo habuit faciundũ. ne periculũ certaminis
naualis foret. polixenides negabat cessandũ sed prius utiq; confligendũ q̃
classis Eumenis et rhodię naues coniungerent̃ romanis. Ita numero impares fer
me futuros. ipm ceteris omnibus superiorem eẽ. &. celeritate nauiũ et uarietate aux
iliorũ. Nam romanas tum ipsas inscite factas inmobiles esse. tum etiã ut qui
hosti conueniãt oneratas comeatu uenire. suas autẽ ut parata omnia circa se relin
quentes nihil preter militem atq; arma habituros. multũ etiã adiutura notitiã
maris terrarũ et uentorũ que omnia ignotos turbatura essent. Mouit etiã au
ctor consilii. qui et re consiliũ executurus erat. Ibi biduũ in apparatu morati ter
tio die centũ nauibus. quarũ. lxx tectę cetere apertę minoris omnes ferme
erant profecti. phociam petierunt. Inde quom audisset appropinquare iam
romanam classem rex. quia non interfuturus naualí certamine erat. magne
siam que ad Sypilum est concessit. ad terrestres copias comparandas. classis
ad Cissontem portũ Ericteorũ tamq̃ ibi aptius expectatura hostem contendit. Ro
mani ubi primũ aquilones duo. namq; per aliquot dies ceciderant. tenuerunt
ab delefanis portũ chiorũ. In egeũ mare uersus petunt. Inde ad urbem ciuiũ
egere naues. comeatuq; sumpto. phoceam traiciunt. Eumenes Eleam ad suam
classem profectus. paucis post inde diebus cum quatuor et uiginti nauibus tectis.
apertis pluribus paulo. Apochea ad romanos apparatis instructisq; se ad naua
le certamen rediit. Inde c. l. tectis nauibus. apertis ferme quinquaginta profe
cti primo ab aquilonibus transuersis quom urgerentur in terrã cogebant̃ tenui
agmine prope in ordinẽ singulę naues ire. deinde ut lenita paulũ uis uen
ti esset ad corichũ portũ qui super Cissontẽ est. conati sunt traicere. PO
LIXENIDES ut appropinquare hostes
allatum est. occasione pugnandi
letus sinistro ipse cornu impetũ extendit. dextro cornu prefectos nauiũ ad terrã
explicare iubet. et equa fronte ad pugnã procedit. quod ubi romanus uidit ue
la contrahit. malosq; inclinat. et simul armamẽta componẽs. operiẽ insequẽtes
naues Iam fere xxx. in fronte erant quibus ut equaret leuũ cornu dolonib;

dolon omis est telũ absconditũ
in ligneis uaginis

erectis saltu pete intendit, iussis qui sequebantur adversus dextru cornu pro-
pe terras proras dirigere, Eumenes agmine cogebat. Ceteru ut demendis
armamentis tumultuari primu coeptu est. et ipse quanta maxima celeritate pot,
concitat naves iam omnibus in conspectu erat. due punice naves antecedebant
romana classem. quibus obviae tres fuerant regie naves: et ut in numero im
pari due regie una circumsistunt. et primu ab utroque latere remos defringunt.
deinde desendunt armati: et deiectis cesisque pro pugnatoribus, nave capiunt,
una cu pari marte concurrerat. Postquam captam altera navem vidit, priusquam
a tribus simul circumveniretur. retro ad classem refugit. huius indignatione accen-
sus pretoria nave in hostes tendit. adversus qua eade spe due que punica
nave circumvenerat, cu inferentur, dimittere remos in aqua ab utroque latere
remiges stabiliende navis causa iussit. et in advenientes hostiu naves ferreas
manus inicere et ubi pugna pedestri similem fecisset, meminisse romane virtutis
nec pro viris ducere regia mancipia, haud paulo facilius quam ante due tunc una du-
as naves expugnavit. coepitque. et iam classes undique concurrerant et passim per-
mixtis navibus pugnabatur. Eumenes qui commisso certamine advenerat, ut animad-
vertit levu cornu hostiu ab livio turbatum, dextru ipse ubi equa pugna erat invadit.
Neque ita multo post primu a levo cornu fuga fieri. Polixenidas enim ut virtute mili-
tu haud dubie se vidit superari. sublatis dolonibus effuse fugere intendit. Mox
idem et qui prope terram cu Eumene contraxerant certamen fecerunt. Romani
et Eumenes quoad sufficere remiges potuerunt. et in spe erant extremi agminis
vexandi satis pertinaciter secuti sunt. postquam celeritate naviu utpote leviu
suas commeatu onustas eludi frustra tendentes viderunt. tandem abstiterunt. trede-
cim captis navibus cu milite ac remige. x. demersis, Romane classis una pu-
nica navis in primo certamine ab duobus circumventa periit. polixenides
non prius quam in portu Ephesi fuge finem fecit.

ROMANI eadem unde classis regia erat mansi-
erunt. postero die hostem persequi intenderunt. medio fere inte-
derunt. medio fere incursu obviae fuere his quinque et viginti tecte rhodie
naves cu pausistrato prefecto classis. His adiunctis, ephesum hostem persecuti,
ante hostium portus acie instructa, steterunt. Postquam victis, confessione satis expres-
serunt rhodii et Eumenes domos dimissi, romani chium petentes primo omnium
primu portu eritreo pretervecti nocte, anchoris iactis. postero die in insula ad
ipsam urbem traiecerunt, ubi paucos dies remige maxime reficiendo morati
phoceam transmittunt, ubi relictis ad presidium urbis quatuor quinqueremibus,
ad canas classis venit. Et cu iam hyems appeteret. ad portu vallo fossaque
circumdati, naves subducte, exitu anni comitia rome habita quibus creati con-
sules. L. cornelius scipio et .C. lelius africanus, et nuentibus cunctis ad finien-
du cu antiocho bellum. postero die pretores creati. M. tulius. L. aurunculeius.

T. fuluius et l. emilius. p. iunius et c. attinius labeo.

Incipit septimus liber T. liuii.

LVCIO CORNELIO

Scipione et C. lelio consulibus, nulla prius secundum legationes acta in senatu res est quam de Etolis. et legati eorum insistere, quia breuem induciarum diem habebant. et ab T. quintio qui tum romam ex grecia redierat adiuti sunt. Etoli, ut quibus plus in misericordia senatus quam in causa spei esset suppliciter egerunt ueteribus beneficiis noua pensantes maleficia. Ceterum et presentes interrogationibus undique senatorum confessionem magis noxe quam responsa exprimentium fatigati sunt, et excedere curia iussi, magnum certamen prebuere, plus ira quam misericordia in causa eorum ualebat: quia non ut hostibus modo, sed tamquam indomite et insociabili genti succensebant. per aliquot dies cum certatum esset, postremo neque dari neque negari pacem placuit. due conditiones his late sunt, uel senatui liberum arbitrium de se permitterent, uel mille talenta darent, eosque amicos atque inimicos haberent. exprimere cupientibus. quarum in se rerum arbitrium senatui permitterent. nihil certi responsum est. Ita infecta pace. dimissi urbe eodem die italia intra quindecim dies excedere iussi. Tum de consulum prouinciis coeptum agi est. ambo greciam cupiebant. multum lelius in senatu poterat. His cum senatus aut sortiri, que comparare inter se prouincias consules iussisset elegantius facturos dixit si iudicio patrum, quam si sorti eam rem permisissent. Scipio responso ad hoc dato cogitaturum quid sibi faciendum esset, cum fratre una locutus. iussusque ab eo permittere audacter senatui renuntiat. College facturum se quod is censeret. cum res aut noua aut uetustate exemplorum memorie iaiam exolete, relata expectatione certaminis, senatum erexisset, P. Scipio africanus ait. si l. Scipioni fratri suo prouinciam greciam decreuissent, se legatum iturum. Hec uox magno assensu audita sustulit certamen, uel experiri libebat utrum plus regi antiocho in Hanibale uicto an in uictore Africano, consuli legionibusque romanis auxilii foret, ac prope omnes Scipioni greciam. lelio italiam decreuerunt. PRETORES inde prouincias sortiti sunt sunt. l. aurunculeius urbanam. Emilius Regulus classem. P. iunius brutus tuscos. M. brutius Apuliam et brutios. C. attilius Siciliam. consuli deinde cui grecia prouincia decreta erat ad eum eum exercitum quem a M. attilio, due autem legiones erant accepturus esset, in supplementum addita peditum ciuium romanorum tria milia equitum centum. et sociorum latini nominis quinque milia equites ducenti et adiectum ut cum in prouinciam uenisset si e re publica uideretur esse. exercitum in asiam traiceret. alteri consuli totus nouus exercitus decretus. due legiones romane

et sociu latini noie xv. milia peditu. equites ducenti. exercitu ex liguribus. p. mi
nutius iam enim confecta prouincia scripserat. et ligurum omne nome in deditio
one venisse. traducere in boios. et p. cornelio proconsuli tradere iussus ex agro
quo victos bello multauerat boios deducende urbane legionesque que priore
anno conscripte. M. Tutio pr. date. et sociu ac latini nois peditu. xv. mi
lia. equites. cc. ad apuliam brutiosque obtinendos. A. cornelio superioris anni pre
tori qui brutios cu exercitu obtinuerat. imperatum si ita consuli uideretur ut
legiones in etoliam traiectas. M. attilio traderet. si is ibi manere vellet. si
Attilius redire roma mallet. ut A. cornelius cu eo exercitu in etolia maneret.
C. Atiliu labeone prouinciam siciliam exercitumque a L. emilio accipere pla
cuit. et in supplementu scribere ex ipsa prouincia si vellet. peditu duo milia
et centu equites. P. iunius brutus consul exercitu nouu legione roma et decem
milia sociu ac latinu nois scribere. et quadringentos equites. L. emilius cui mari
tima prouincia commissa erat. xx. naues lo longas. et socios nauales a M. iunio
pretore superioris anni accipere iussus et scribere ipse illa nauales socios duo
milia peditu. cu his nauibus militibusque in asiam proficisci. et classem a C.
liuio accipere. duas hispanias sardiniamque obtinentibus. prorogatu in annum
imperiu esset iidem exercitus decreti. Sicilie sardinieque bine eo anno decime
frumenti imperate. siculu omne frumentu in etoliam ad exercitu portari iussu
ex sardinia pars roma pars in etoliam, eodem quo siculu. PRI
US quam consules in prouincia proficiscerentur prodigia per
pontifices procurari placuit. Rome iunonis lucine templu de
celo tactum erat, ita ut fastigium ualueque deferrentur. puteolis pluribus locis
muris et porta fulmine icta. et duo homines exanimati. Nursie sereno
satis constabat nimbu ortu ibique duos liberos homines exanimatos. terram ap
se pluisse tusculani nuntiabant. et reatini mulam in agro suo peperisse. Ea pro
curata. latineque instaurate. quod laurentibus carnisque dari debet. data non erat.
supplicatio quoque earu religionu causa fuit quibus diis decemuiri ex libris ut fie
ret ediderunt. decem ingenui, decem uirgines patrimi matrimique ad id sa
crificiu adhibiti. et decemuiri nocte lactentes rem diuina fecerunt. P. scipio
cornelius africanus priusque proficisceretur, fornicem in capitolio aduersus uia
qua in capitolium ascenditur cu signis septem auratis, et equis duobus et mar
morea duo labra ante fornicem posuit. Per eosdem dies principes etoloru
tres et xx et xl. inter quos damocritus et frater eius erant ab duabus cohor
tibus et M. missis a M. Attilio roma deducti etiam in latomias constituti
sunt. Cohortes inde ad exercitu redire cornelius consul iussit. Legati a ptolo
meo et cleopatra regibus egipti gratulantes quod M. Acilius consul Antiochu
rege grecia expulisset uenerunt, adhortantesque ut exercitu in asiam traiceret.
Omnia perculsa metu, non in asia modo, sed etiam in syria esse. Reges egipti.

ad ea que censuisset senatus paratos fore gratie regibus acte / legatis munera
dari iussa / in singulos quaternum milium eris. LVCIVS
Cornelius consul peractis que Rome agenda
erant pro contione edixit, ut milites quos in supplementum ipse scripsisset.
quique in bruttiis cum A. Cornelio pro pretore essent / uel biduo omnibus quintilibus
idibus brundusium conuenirent. Item legatos tres nominauit Sextum digitium L. a
pustium. C. fabricium luscinum / qui ex ora maritima undique naues brundusium con
traherent / Et omnibus iam paratis / paludatus ab urbe est profectus / Ad quinque mi
lia uoluntariorum ex romanis sociisque / qui emerita stipendia sub imperatore
P. Africano habebant / presto fuere exeunti consuli / et nomina dederunt. Per e
osdem dies quibus est profectus ad bellum consul ludis apollinaribus. qui ad
quintum idus quintiles celo sereno interdiu obscurata lux est / cum luna sub or
bem solis subisset et Lucius Emilius regillus. cui naualis prouincia aduene
rat. eodem tempore profectus est / L. atinnio (?) negotium ab senatu datum est. ut. xxx.
quinqueremes faceret. quia fama erat anthiochum post prelium nauale maiorem clas
sem aliquanto reparare. ETOLI postquam legati ab roma retule
runt nullam spem pacis esse. quamquam omnis ora mariti
ma eorum que in peloponessum uersa est / depopulata ab acheis erat. magis
tamen damni memores ut romanis intercluderent iter coracem occupauerunt mon
tem / Neque enim dubitabant ad oppugnationem Naupacti, eos principio ueris
redituros esse. / ACCILIO Quia exspectari sciebat / satius uisum
est inopinatam id aggredi rem. et lamiam op
pugnare. Nam et a philippo prope et ad excidium adductos esse / et nunc
eo ipso quod nihil tale timeret / opprimi incautos posse / profectus. ab Elatia pri
mum in hostium terra circa Sperchium amnem posuit castra. Inde nocte mo
tis signis prima luce corona menia est aggressus. Magnus pauor ac tumul
tus ut in re improuisa fuit, constantius tamen quam quis facturos crederet in
tam subito periculo / quom uiri propugnarent / femine tela omnis generis saxa
que in muros gererent multifariam scalis appositis urbem eo die defenderunt.
Accilius signo receptui dato / suos in castra medio ferme die reduxit / Et quidem
cibo et quiete refectis corporibus / priusquam pretorium dimitteret / denuntiauit.
ut ante lucem armati parati essent, nisi expugnata urbe se eos in castra
non reducturum / Eodem tempore quo pridie pluribus locis aggressus. quom
oppidanis iam uires. iam tela. iam ante omnia animus deficeret. intra pau
cas horas urbem cepit / Ibi partim diuidendi causa / tum partim diuisa pre
da concilium habitum quid deinde faceret / Neminem ad Naupactum iri pla
cuit / occupato ad Coracem ab Etolis saltu. NE tamen segnia
estiua essent et etoli non impetratam pacem ab Senatu nihilo
minus per suam cunctationem haberent / oppugnare / Accilius Amphisam

statuit. Ab Heradea perōctam eo deductus exercitus. qūom ad moenia castra
posuisset. nō corona sicut lamiam. sed operibus oppugnare urbem ē adort⁹.
Simul pluribus aries locis admouebatur. et qūom quaterentur muri nihil ad
uersus tale machinationis genus parare aut comminisci oppidani conabāt.
Omniū spes in armis et audacia erat. eruptionibus crebris. et stationes
hostium. et eos ipsos. qui circa opera et machinationes erant. turbabant.
multis tamen locis murus decussus erat. IVH allatū est
successorem Apollonię exposito exercitu per epyrū ac
thessaliam uenire. cum tribus milibus peditū. et quingentis equitibus con
sul ueniebat. Iam in sinu maliaco uenerat. et premissis yppatā qui tra
dere urbem iuberet. postq̄ responsum est nihil nisi ex comuni ętolorū
decreto facturos. ne teneret se oppugnatio Hyppatę nondū amphisa re
cepta. premisso Affricano amplissimū ducit agmē. Sub aduentu eorū opi
dani relicta urbe. iam enī et magna parte nudata moenibus erat in
arcem quā inexpugnabilem habent. ōnes armati atq; inermes concessere.
In sex milia ferme passuū inde posuit castra. Eo legati inde athenienses
primū ad. p̄. Affricanū Scipionem pręgressum agmen sicut ante dictū est.
deinde ad consulem deuenerunt. deprecantes pro ętolis. clementius ab Afiricano
tulerunt. qui causam relinquendi honeste ętolici belli querens. asyam et
regem Antiochū spectabat. iusserat q; athenienses nō romanis solū. ut pacē
bello pręferrent. sed etiam et ętolis persuadere. celeriter autoribus atheni
ensibus frequens ad Hyppatam legatio ętolorū uenit. et spem eis pacem
etiam sermo Afiricanī quę priorem adierant auxit. cōmemorantis multas
gentes populosq; in hyspanis prius. deinde in africa in fidem suā uenisse.
In omnibus se maiorem clementię benignitatisq; q̄ uirtutis bellicę monimē
ta reliquisse. perfecta uidebatur res. qūom aditus Consul idem illud respon
sum retulit. quo fatigati a senatu fuerant. Eo tamq̄ nouo. quom icti ętoli
essent. Nec enī nihil legatione atheniensiū. nec placido Africani respōso
perfectum uidebatur. referre ad suos dixerunt uelle. reditū inde Hyppa
tā ē. nec consilium expediebatur. Nam neq; unde mille talentū darent erat.
et permisso libero arbitrio. ne in corpora sua sęuiretur metuebant. uenire.
Itaq; eosdem legatos ad consulem et africanū miserunt petere. ut si dare
uere pacem. non tm̄ ostendere frustrantes spem miserorū uellent. aut
ex summa pecunię demerent. aut permissionē extra ciuiū corpora fieri
iuberent. et nihil impetratū ut mutaret consul. et ea quoq; irrita lega
tio missa est. Secuti et athenienses sunt et principes legationis eorū Echi
demus fatigatos tot repulsis ętolos et complorātes inutili lamētacioē for
tunam gentis. ad spem reuocauit. auctor indutias sex mensiū petendi ut
legatos mittere romam possent. dilationē nihil ad presentia mala quippe

que ultima essent adiecturam. et leuari per multos casus tempore interposito presentes clades posse auctore Echidemo item missi prius. P. Scipione conuento per eum indutias temporis eius quod petebant a consule impetrauerunt. Et soluta amphysse obsidione. M. Attilius tradito consuli exercitu, prouincia decessit. Et consul ab amphisa thessaliam repetit, ut per thraciam macedoniamque traduceret in Asiam. TUM Africanus fratri iter quod insistis. L. Scipio. ego quoque approbo. sed totum id uertitur in uoluntate philippi. si imperio nostro fidelis est, et iter et commeatus, et omnia que in longo itinere exercitus alunt. iuuant, nobis suppeditabit. Si is destituit nihil per thraciam satis tutum habebis. Ita prius regis animum explorari placeat. oportune explorabitur. Si nihil ex preparato agentem, opprimet qui mittetur. T. Sempronius Gracchus longe tum acerrimus iuuenum ad id delectus per dispositos equos prope incredibili celeritate ab amphisa inde enim est dimissus, die tertia pellam peruenit. In conuiuio rex erat, et in multum uini processerat. Ea ipsa remissio causa animi suspicionem dempsit, nouare eum quicquam uelle, et tum quidem comiter acceptus hospes. Postero die commeatus exercitum paratos benigne pontes in fluminibus factos. uias ubi transitus difficiles essent, muniitas uidit. Hec referens, eadem qua ierat celeritate, thaumatis occurrit consuli. Inde certiore et maiore spe letus exercitus ad preparata omnia in macedoniam peruenit. Uenientes regio apparatu, accepit et prosecutus est rex. multa in eo et dexteritas et humanitas uisa, que commendabilia apud Affricanum erant. uirum sicut ad cetera egregium ita a comitate que sine luxuria esset non auersum. Inde non per macedoniam modo, sed etiam trachiam prosequente et preparante omnia philippo ad Hellespontum peruentum est. ANTIOchus postquam nauale ad corycem pugnam cum totam hyemem liberam in apparatus pedestres maritimosque, habuisset. classi maxime reparande ne tota maris possessione pelleretur intentus fuerat. Succurrebat superatum se quom classis affuisset rhodiorum quod si ea quoque ne commissuros rhodios ut iterum morarentur certamini adesset. Magno sibi nauium numero opus fore. ut uiribus. ut magnitudine classem hostium superaret. Itaque Hannibalem in syriam miserat ad phoenicem accersendas naues. polyxenidam quominus prospere res gesta erat. eo enixius et eas que erant reficere, et alias parare naues iussit. Ipse in phrygiam hybernauit. undique auxilia accersens, etiam in gallo-greciam misit. Bellicosiores erant ea tempestate gallogreci. et adhuc nondum exoleta stirpe gentis, seruantes animos. filium Seleucum in etolide reliquerat, cum exercitu ad maritimas continendas urbes. quas illinc a pergamo Eumenes. hinc a phocea Erictheisque romani sollicitabant. CLASSIS romana sicut ante dictum est, ad charnas hybernabat. Eo media ferme hyeme rex Eumenes cum decem milibus peditum, equitibus centum uenit. Is quom magnam

predam agi posse dixisset / ex agro hostiū · qui circha Hyrachiram esset · orādo
perpulit liuiū / ut quinq3 milia militū secū mitteret · missi ingentē predā inf
paucos dies auerterunt / Inter hec phocce sedicio orta quibusdam ad Antiochu3
multitudinis animos aduocantibus / grauia hyberna nauiū erant · graue tributum ·
qd' toge quingente imperate erant / cū quingentis tunicis / grauis etiā inopia fru-
menti / propter quā naues quoq3 et psidiū rōnū excessit / tum uo liberata metu
factio erat que plebem in concionib9 ad anthiochū trahebat · Senatus et op-
timates et in romana societate perstandū censebāt · defectionis auctores plus
apud multitudinē ualuerunt · Rhodii quo magis cessatū priore estate erat eo
maturius equinoxio uerno eundē pausistatū classis prefectū cū sex et tri-
ginta nauibus miserunt IAM H liuius a charius uiginti nauib9
et septem quadriremibus quas secū Eumenes rex aduex-
erat Hellespontū petebat · ut transitū exercitus quē terra uenturū arbitra-
batur / prepararet / que opus essent in portū · quē uocant achieorū classe
pmiū aduertit · inde flumen ascendit · sacrificioq3 Mynerue facto / legatio
nesq3 finitimas ab eleunte et dardano et retio tradentes in fidē ciuita-
tes suas benigne audiuit / inde ad Hellesponti fauces nauigat decē na-
uibus in statione contra Abide relictis · cetera classe in Europā ad sestū
oppugnandum traiecit · iam subeuntibus muros fanatici / galli pmū cū so-
lepni habitu ante portam occurrerunt / iussu sancte matris deū floris dee
uenire memorant ad pcandū romanū ut parceret moenibus urbiq3 /
eorum nemo uiolatus est · mox uniuersus senatus cū magistratibus ad
dedendū urbem processit / inde Abidū traiecta classis / ubi cū teptatis
per colloquia animis · nihil pacati respondētur · ad oppugnationē se ex-
pediebāt / DUM H hec in Hellesponto geruntur polyxenida
regius pre fectus / erat autē exul rhodius / cum audis-
set profectam ab domo popularium suoꝝ classem et pausistratū prefectum
superbe quedam et contemptim in se concionantem dixisse precipuo cer-
tamine animi aduersus eum suspto · nihil aliud dies noctesq3 agitabat
animo qͣ uerba magnifica eius rebus confutaret · MITTIT
ad eū hominē et illi notū / qui diceret et se pausistrato
patrie q3 sue magno usui si liceat fore / et a pausistrato se in patriā restitui po-
sse · cū quonā modo fieri possent ea · mirabundus pausistratus percunctaretur ·
fidem petenti dedit / agende pariter rei aut agendo silentio / tum inter mi-
cius classem regiam / aut totam aut maiorem eius partem polyxenidam tradituru
ei / precium tanti meriti / nullū aliud pacisci qͣ reditū in patriā · Magni-
tudo rei nec ut crederet · nec ut aspnaretur / dicta effecit / panormū samye
terre petit · ibiq3 ad explorandam rem que oblata erat substitit · ultro ci-
troq3 nuntijq3 cursare / nec fides ante pausistrato facta ē / qͣ corā nuntio eius

polyemda sua manu scripsit / se ea que pollicitus esset facturum / signoque suo in-
pressas tabellas misit: et vero pignore velut auctoritatum sibi proditorem ra-
tus est. neque enim qui sub rege viveret commissurum fuisse ut adversus semet ipsum
indicia manu sua testata daret / Inde ratio simulate proditionis composita.
omnium se verum apparatum omissurum / polyxemdas dicere non remigem non so-
cios navales ad classem frequentes habiturum subducturum per simulacionem
reficiendi quasdam naues / alias in propinquos portus dimissurum · paucas
ante portus ephesi in salo habiturum · quas si exire res cogeret / obiecturus cer-
tamini foret / quam negligentiam polyxemdam in classe sua pausistratus
habiturum audivit / Eam ipse extemplo habuit partem navium ad comeatus
accersendos / Halycarnasum partem Samum ad urbem misit ut paratus esset
quom signum progrediendi a proditore accepisset / polyxemdas augere simulan-
do errorem subducit quasdem naves alias velut subducturus esset / navalia re-
ficit · remiges ex hybernis non ephesum accersit / sed Magnesiam occulte cogit
forte quidam Antiochi miles quom Samum rei privatae causa venisset. pro
speculatore deprehensus deducitur panormum ad prefectum / Is percunctanti quid
ephesi ageretur / incertum metu · an erga suos haud sincera fide omnia aperit ·
classem paratam instructamque in portu stare · remigium omne Magnesiam ad Syphi-
lum missum / paucas naues subductas esse · et navalia / regi numquam intentius rem admini-
stratam esse / Hec ne pro veris audirentur animus errore et spe vana preoccupa-
tus fecit · polixemdas satis omnibus comparatis / nocte remige Magnesia accersito ·
deductisque raptim que subducte erant navibus · quom diem non tam apparatu ab-
sumpsisset · quam quod conspici proficiscentem classem nolebat. post solis occasumque profectus
lxx · navibus tectis uento adverso ante lucem pigella portum tenuit Ibi cum interdiu
ob eandem causam quievisset nocte in proxima Samie terre traiecit / Huic
Nycandro quondam archipyrata quinque navibus tectis · palinurum iusso petere · atque
inde armatos · qua proximum per agros esset iter panormum ad tergum hostium ducere ·
Ipse interim classe divisa ex utraque parte fauces portus tenere Panormum petit -
Pausistratus primo ut in re nec opinata turbatus parumper · deinde vetus miles
celeriter collecto animo terra melius quam mari arceri hostes posse ratus arma-
tos duobus agminibus ad promontoria que cornibus obiectis / ab alto portum faciunt
ducit inde facile ex ancipitibus hostem submoturus / Id inceptum eius cum Nycan-
der a terra missus conturbasset · repente mutato consilio naues conscendere omnes
iubet / Tum vero ingens pariter militum / nautorumque trepidatio orta Et veluti
fugam naues fieri / cum se terra marique simul cerneret circumventos · Pausistra-
tus unam viam salutis esse ratus · si vim facere per fauces / portusque atque erumpere
in mare apertum posset · postquam conscendisse suos vidit / ceteros sequi iussit: Prin-
ceps ipse concitata naue / remis ad hostium portus tendit · Superantem iam fau-
ces nauem eius · Polixemdas tribus quinqueremibus circumsistit / Hauis rostris

icta/ supprimitur telis obruuntur propugnatores. Inter quos et pansistratus impigre pugnans interficitur/ et nauium ante portum/ alie in portu deprehense. quedam a Nicandro dum moliuntur a terra capte. Quinque tamen rhodie naues cum duabus coyis effugerunt terrore flamme micantis uia sibi inter confertas naues facta. Contis enim binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem secum pre se portabat. Erytrae et triremes cum haud procul a Samo rhodiis nauibus quibus ut essent presidio ueniebant obuiam fugientibus uenissent in Hellespontum/ ad romanos cursum auerterunt. Sub idem tempus Seleucus proditam phoceam, porta una per custodes aperta, recepit. et cyma eliamque eiusdem ore urbes ad eum metum defecerunt/

DUM hec in etolide geruntur. Abidus Abidus cum per aliquot dies obsidionem tolerasset. presidio regio tutante moenia. iam omnibus fessis philota quoque prefecto presidii permittente, magistratus eorum cum liuio de condicionibus tradende urbis agebant. rem detinebat quod utrum armati an inermes essent emitterentur/ parum conueniebat. Hec agentibus cum interuenisset nuncius/ rhodiorum classis/ emissa de manibus res est/ metuens enim liuius/ ne successu tante rei inflatus polixenidas/ classem que ad chanas erat/ opprimeret/ abidi obsidione/ custodiaque Hellesponti ex templo relicta naues/ que subducte chanis erant/ deduxit. et Eumenes Eleam uenit. Liuius omni classe cum adiunxerat triremes duas mytileneas phoceam petit. quam cum teneri ualido presidio regio audisset. nec procul Seleuci castra esse/ depopulatus maritimam oram et preda maxime hominum raptim in naues posita/ tantum moratus/ ut dum Eumenes cum classe assequeretur/ Samum petere intendit. Rhodiis primo audita clades. simul pauorem/ simul luctum ingentem fecit. Nam preter nauium militumque iacturam quod floris quod roboris in iuuentute fuerat amiserat. multis nobilibus secutis inter cetera auctoritatem pausistrati que inter suos merito maxima erat. deinde quod fraude capti a ciue suo potissimum forent. in iram luctus uertit decem ex templo naues et diebus paucis decem alias prefecto omnium Eudemo miserunt/ quem aliis uirtutibus bellicis haud quaquam pisistrato parem/ cautiorem quo minus animi erat ducem futurum credebant/ Romani et Eumenes rex in Eritrea primum classem applicuerunt. Ibi nocte una morati. postero die Corycium pelorum promontorium tenuerunt/ Inde quoniam in proxima Samie uellent traicere. non expectato solis ortu ex quo statum celi notare gubernatores possent/ incertam tempestatem medio in cursu aquilonem septemtrionem uso exasperato fluctibus mari, coeperunt. Polixenidas Samum petituros ratus hostes. ut se Rhodie classe coniungerent ab Epheso profectus primo ad Mionesum stetit/ Inde ad Uatin quam uocant insulam traiecit ut preteruenientes quas aberrantes ex agmine naues posset. aut postremum agmen oportune adoriretur. Postquam sparsam tempestate classem uidit occasionem primo audit aggrediendi ratus paulo post increbrescente uento et maiores iam uoluente fluctus. quia peruenire se ad eos uidebat non posse

iactari

ad Etoliam insulam traiecit, ut inde postero die Samũ ex alto petentes, naues
aggrederetur. Romani pars exigua p̃mis tenebris portũ Samie desertũ te-
nuerunt. Classis cetera, nocte adacta in altũ iactata, in eundẽ portũ currit.
Ibi ex agrestibus cognite hostiũ naues ad etoleam stare, consiliũ habitũ, utrum
extemplo decernerent. An rhodiam exspectarent classem, dilatare. Ita enĩ pla-
cuit ad corycum unde venerant traiecerunt. Polixenidas quoq; cũ frustra stetiss;,
ephesũ rediit. Tum romane naues uacuo ab hostibus mari Samũ traiecerunt. E-
odem et rhodia classis post paucos dies venit. quã ut exspectatã ẽẽ appareret,
profecti extemplo sunt ephesum ut aut decernerent nauali certamine, aut si de-
trectarent hostis pugnã, q̃d plurimũ intererat ad animos ciuitatũ timoris confessionẽ ex-
p̃merent, contra fauces portus, instructa in fronte nauiũ acie steterunt. postq̃ nemo
aduersus ibat classe diuisa pars in salo ad hostiũ portus in anchoris stetit, pars in
terram milites in eos iam ingentem p̃dam late depopulato agentes agro. Androm-
cus macedo qui presidio Ephesi erat in moenibus appropinquantes eruptionẽ
fecit. Exutosq; in magna parte p̃de, ad mare ac naues redegit. Postero die in-
sidiis in medio ferme vie positis, ad eliciendũ extra moenia macedonẽ, romanĩ
ad urbem agmine iere. Unde cũ ea ipsa suspicione quis exiret deterruisset. re-
dierunt ad naues. terra mariq; fugientibus hostibus certamen. Samũ unde vene-
rat classis repetit. Inde duas sociorum ex ytalia. duas rodias triremes cum prefe-
cto Epicrate rhodiorũ ad fretũ Cephalenie tuendũ, p̃tor misit. Infestũ id la-
trocinio lacedemonis hibristas cũ iuuentute cephalenũ faciebat. clausũq; mare iã
commeatibus Italicis erat

PIREI

L. Emilio Regillo succedenti ad na-
uale imperiũ Epicrates occurrit qui audita clade rho-
diorũ, quom ipse duas tantũ quinqueremes haberet, Epicratem cũ quattuor nauibus
in asiam secũ reduxit, prosecute atheniensiũ naues sunt. Egeo mari traiecit
dempti Mosicrates rhodius cũ duabus quadriremibus a Samio nocte in tem-
pesta venit, deductusq; ad Emiliũ, presidii causa se missũ ait. q eam orã ma-
ris infestam, onerarie regie naues crebris excursionibus ab Hellesponto atq;
Abido facerent. Traicienti Emilio a chio Samũ, due rhodie naues quadrire-
mes misse obuiam, oblinio et rex Eumenes cũ duabus quinqueremibus occur-
rit. Samũ postq̃ uentũ est, accepta a liuio classe. et sacrificio ut assolet rite fa-
cto, Emilius consiliũ aduocauit. Ibi. C. liuius, is enĩ ẽ p̃mus rogatus, sententia
neminẽ fidelius dare posse consiliũ dixit, q̃ eũ qui id alteri suaderet. quod ipse
si in eodem loco esset facturus fuerit. Se in animo habuisse tota classe ephesũ
petere. et onerarias ducere, multa saburra grauitas, atq; eas in faucibus por-
tus supprimere: et eo minoris molimenti ea claustra esse, quo in fluminibus
modũ longũ et angustũ et uadosum hostiũ portus sit. ita ad emptiurũ se ma-
ris ma usũ hostibus fuisse, mutilemq; classem facturũ. nulli eam place sentẽciã. Eu-
menes rex quesiuit. quid tandem ibi demersis nauibus fecisset, claustra maris

utrū libera sua classe abscessuri unde forent ad opē ferendā sociis / terroremq; hostibus pre-
bendum / An nihilominus tota classe portū obsessuri / Sive enī abscedant cui dubiū est
quin hostes detracturi demersas moles sint / et minore molimento aperturi por-
tū quā instruatur. Si manentē manendū ibi nihilominus quid attinere claudi
portum / quid contra illos opulentissima urbe fruentis omnia. Asiam prebente
quieta estiua acturos / romanos aperto in mari fluctibus tempestatibusq; obie-
ctos omniū inopes assidua statione futuros / ipsos magis alligatos impeditosq;
ne quid eorum que agenda sint / possint agere . ꝙ hostes clausos habeat.
Eudamus prefectus rhodie classis / magis eam sibi displicere sententiam
ostendit / ꝙ ipse quid censeret faciendū dixit / Epycrates rhodius omissa in
presentia Epheso mittendam nauiū partem in Ciliciam censuit / et pataram
caput gentis in societatem adiungendū / in duas magnas res usui fore . et
rhodios / pacatis circa insulam suam terris totis uiribus incumbē in unius
belli quod aduersus Antiochū sit / curari posse / Et eam classem que in cilicia
compararetur intercludi . ne polyxenide coniungantur / maxime mouit sentia
placuit tamen Regillum classe tota euehi ad portū ephesi / ad inferendū
hostibus terrorem . l . liuius cū duabus quinqueremibus romanis et quatuor
quadriremibus rhodiis et duabus apertis smyrneis in liciam est missus.
Rhodiū prius iussus adire . et omnia cū his communicare consilia / ciuitates quas pre-
teruectus est . Milletas . Myndus / imperata enixe fecerunt / Rhodiū ut uen-
tū est simul et ad quam rem missus est . his exposuit . et consuluit eos appro-
bantibus cunctis Et ad eam quam habebant classem assumptis tribus quadriremib;
nauigat Pataram . primo secundus uentus offerebat eos . Sperabant q; subito ter-
rore aliquid moturos . **POSTQ** circū agente uento flucti-
bus dubiis uolui ceptū ē mare peruicerūt qdā
remis ut tenerent terram Sed neq; circa urbem tuta statio erat . nec ante
hostiū portus stare poterant in salo / Aspero mari et nocte imminenti preter
uecti moenia / portū / phoenicū inminus duū miliū spacio inde distantē petie-
re / nauibus ab maritima ui tutū : sed alie insuper imminebant rupes . quas
celeriter oppidani / assumptis regiis militibus quos in presidio habebant / ceperūt.
Aduersus quos liuius quāq; erant iniqua et difficilia ad exitū loca / in eos auxi-
liares et smyrnorū expeditos iuuenes misit / Hii dū missilibus primo / et adu-
sus paucos levibus lacessebatur pugna . sustinuerūt tamen certamē / postq; plu-
res ab urbe effluebant / etiam omnis multitudo effundebatur . timor incessit
liuiū ne et auxiliares circumueniret / et nauibus etiā ab terra periculū esset .
Ita nō milites solū sed nauales etiā socios nauiū . remigū turbā quibus quisq;
poterat telis armatos in pliū eduxit / Tunc q; aceps pugna fuit / non ꝙ milites
solū aliquot . sed . L . apustius tumultuario prelio occidit . postremo tamē fusi fu-
gatiq; sunt lycii ad urbem compulsi . et romani quam haud incruenta uictoria

ad naues redierunt. Inde in Telesium profecti sunt qui latere uno eo Cariam. Alto
Ciliciam contingit / omisso pataram amplius temptandi / rhodii demum dimissi sunt
Liuius preteruectus asyam / in greciam transmisit. ut conuectis Scipionibus qui tum
circa thessaliam erant / in italiam traiceret. Emilius postquam omissas in Ciliciam
res et liuium profectum in italiam cognouit. quom ipse ab Epheso tempestate repul-
sus irrito incepto Samum reuenisset / turpe ratus temptatam frustra pataram esse / pro-
ficisci eo tota classe. et summa ui aggredi urbem statuit / Milletum et ceteram oram so-
ciorum preteruecti in Baraliam et Iersem / descensionem ad iacum fecerunt / ur-
bem / regium tenebat presidium. Agrum circa romani hostiliter depopulati sunt.
Missis deinde qui per colloquia principum et magistratuum temptarent animos / postquam
nihil in potestate sua responderunt esse / ad oppugnandam urbem ducit. Erant
iacensium exules cum romanis frequentes / rhodios orare instituerunt. ne urbem uicinam
sibi et cognatam innoxiam perire / sinerent / sibi exilii nullam aliam causam esse quam fidem
erga romanos. Eadem ui regiorum / qua ipsi pulsi sunt teneri eos qui in urbe ma-
neant. omnium iacensium unam mentem esse / ut seruitutem regiam effugerent. Rhodii moti
precibus et Eumene etiam rege assumpto / simul suas necessitudines commemorando simul
obsessę regio presidio urbis casum miserando / peruicerunt ut oppugnatione absisteret
/. profecti inde pacati. Ceterum cum oram asię legerent. Lorima portus est aduersus
rhodum peruenerunt. Ibi in principiis sermo primo inter tribunos militum secretus oritur
deinde ad aures ipsius Emilii peruenit / abduci ab epheso classem ab suo bello. ut ab
tergo liber relictus hostis / inter tot propinquas sociorum urbes omnia impune conari
posset / Emilium mouerunt. conuocatosque rhodios quom percunctatus esset. utrum naui patari
uniuersa classis in portu stare posset. Cum respondissent non posse / causam nactus
omittende rei Samum reduxit naues / PERIDEM tempus
anthiochi Seleucus quom per omne hyber-
norum tempus / exercitum in Eolide continuisset partim sociis ferendo opem par-
tim quos in societatem perlicere non poterat / depopulando / transire in fines regni
Eumenis. dum is procul ab domo cum romanis et rhodiis Cilicię maritima op-
pugnaret instituit. Ad eleam primo infestis signis accessit / deinde omissa op-
pugnatione urbis / agros hostiliter depopulatus / ad caput arcemque regni per-
gamum ducit oppugnandam / Attalus primo stacionibus ante urbem positis / et
excursatione equitum leuisque armaturę magis lacessebat / quam sustinebat hostem.
Postremo quom per leuia certamina expertus nulla parte uirium se parem esse
intra moenia se recepisset / obsideri urbs cepta / EODEM
ferme tempore et anthiocus ab apamea profectus
Sardibus primo. deinde haud procul Seleuci castris in caput Caici amnis statiua habuit
cum magno exercitu mixto uariis ex gentibus / plurimum terroris gallorum mercede co-
ductis / quatuor milibus erat. Hos paucis admixtos ad peruastandum passim
pergamum agrum milites emisit / Que postquam Samum sunt nunciata / primo Eumenes

auocatus domestico bello cū classe Eleam petit. Inde quom profectus fuisset equi-
tū peditūq; expeditis presidio eorū tutus / priusq̄ hostes sentirent aut moue-
rentur pergamū contendit / Ibi rursus leuia per excursiones prelia fieri
coepta / Eumene summe rei discrimē nō dubie retractante / paucos post dies
romana rhodiaq; classis ut regi opē ferrent / Eleam uenerunt / Quos ubi ex-
posuisse se copias Elee & tot classes in unū conuenisse portū antiocho allatū ē /
et sub idem tempus audiuit consulem cū exercitu iā in macedoniā esse / parariq;
ad transitū Hellesponti opus ee / tempus uenisse ratus priusq̄ terra mariq;
simul urgeretur / agendū de pace esse / Tumulū quendam aduersus Eleam cas-
tris coepit / Ibi peditū copiis omnibus relictis coequitatem coequitauerat antē
rex et tria milia equitū in campos sub ipsa Elee moenia descendit / misso
caduceatore ad Emiliū se de pace agere / Aemilius Eumene a pergamo accito /
adhibitis et rhodiis haud aspernari pacem. EVMENES nec honestū esse dicere eo tempore de
pace agi. nec exitū rei imponi posse / Qui enī inquit aut honeste
inclusi moenibus et obsessi uelut leges pacis accipiemus / aut cui rata esset
pax ista. quā sine consule / non ex auctē senatus et iussu po. romani pege-
rimus / Quero enī pace per te facta / rediturus ne extemplo in ytaliā sis
classem exercitūq; deducturus an exspectaturus quid de ea re consuli placeat:
quid senatus senciat (censeat): aut populus iubeat / Restat ergo ut maneas in asya.
et rursus in hyberna copie reducte / omisso bellibello exhauriant comeati-
bus prebendis socios. deinde si ita uisū sit. hiis penes quos potestas sit instau-
remus nouū de integro bellū quod possimus si ex hoc impetu regis nihil prola-
tando remittitur ante hiemē diis uolentibus perfecisse / Hec sententia uicit res-
ponsum Antiocho est. ante consulis aduētū de pace agi nō posse / Antiochus
pace neq̄q̄ tentata / uastatis eleensiū primo deinde pergamenorū agris re-
licto ibi Seleuco filio ad Ramiteū hostiliter itinere facto / petit agrū opulētū
quē thebes uocant / campū carmine Homeri nobilitatū. neq; alio loco asye
maior regiis militibus parta ē preda / Eodē ad ramiteū ut urbi presidio esset /
nauibus circumuecti Emilius et Eumenes uenerit. PER EOS
dies forte Eleam ex achaia mille pedites cū centum
equitibus diophane omnibus hiis copiis preposito / accesserant. quos egressos nauibus
obuiā missi ab attalo nocte pergamū deduxerunt. Veterani omnes et periti bel-
li erant / et ipē dux Philopoemenis summi tum omniū grecorum imperatoris discipulus
qui biduū simul ad quietē hominū equorūq; et ad uisendas hostiū stationes.
quibus locis stacionibusq; accederent reciperentq; sese / sumpserit / ad radices fere
collis. in quo posita urbs est regiis succedebant ita libera a tergo populatio erat
nullo ab urbe ne in staciones quidē procul iacularentur excurrente / ne quicq̄
impulsi metu se moenibus incluserunt / contemptus eorum et inde negligē-

apud regios oritur / nō stratos · nō infrenatos magna pars habebant equos · pau-
cis ad arma et ad ordines relictis · dilapsi ceteri sparserant se toto passim
campo / pars ī iuueniles lusus lasciuiamq̄ / pars uescentes · sub umbra quidā
somno strati · Hec diophanes ex alta urbe pergamo contēplatus arma
suos capere et ad portam presto esse iubet / ipē attalū adit / et in aīo
sibi esse dixit / hostiū stationes tēptare · Egre id permittente attalo · quippe
qui centū equitibus aduersus sexcentū mille peditibus cū quatuor milibus
pugnatorū cerneret · porta egressus haud procul statione hostiū occasionē
operiens considet / Et qui pergami erant / amentiā magis q̄ audaciā credide-
runt esse · et hostes paulisper in eos uersi / nihil mouere uiderūt · nec quicq̄
ex solita negligentia / insuper etiam eludentes paucitatē · mutauerūt / dio-
phanes quietus aliquā diu sociós / uelut ad spectaculū modo eductos conti-
nuit · Postq̄ dilapsos ab ordinibus hostes uidit · peditibus quātū accelerare
possent · sequi iussis / ipē princeps inter equites cū turma sua q̄ posset effusissi-
mis habenis · clamore ab omnī simul pedite atq̄ equite sublato stationē hos-
tiū improuiso inuadit / Non homines solū / sed equi etiā territi cū uincu-
la erupissent trepidationem et tumultū inter suos fecerūt · pauci stabant
impauidi equi / eos ipsos non sternere non infrenare · aut ascendere facilē
poterant / multo maiorem q̄ pro numero equitū terrorē Acheis inferētib;.
pedites uero ordinati et preparati · sparsos per negligentiā et semisomnes
prope adorti sunt · Cedes passim fugaq̄ per campos facta est · diophanes
secutus effusos quo ad tutū fuit / magno decore genti acheorū parto / Spe-
ctauerant e moenibus pergamenī nō modo uiri · sed femine etiā / in pre-
sidium urbis redit / Postero die regie composite magis et ordinate stationes
quingentis passibus longius ab urbe posuerūt castra / Et acheí eodē fere tēpo-
re · atq̄ in eundem locū processerūt · per multi intenti utriq̄ uelut iā futurū
impetū expectauere / Postq̄ haud procul occasu solis redeundi in castra tēpus
erat / regii signis collatis abire agmine ad iter · magis q̄ ad pugnā cōposito
coepere · quieuit diophanes quoad in conspectu erant · deinde in eodē quo
pridie impetu / in postremū agmē incurrit / tantūq̄ rursus pauoris et tumul-
tus incussit ut cū terga cederent / nemo pugnandi causa restiterit / trepi-
dantesq̄ et uix ordinē agminis seruantes in castra compulsi sunt / Hec acheo-
rū audatia / Seleucū ex agro pergameno mouere castra coegit / Antiochus
postq̄ romanos ad tuendū Andramitheū uenisse audiuit / ea quidē urbe
abstinuit · depopulatus agros · et fereą̄ inde coloniā et Mitilenorū expu-
gnauit Cotton · et corylenus et Aphrodisias et prinne et primo impetu capte
sunt · Inde per thiatiram Sardis / redijt · Seleucus in orā maritima p̄ma-
nens · aliis terrori erat · aliis presidio /
romana cū Eumene Rhodiisq̄ mitile- CLASSIS

nem p̄mo/ inde retro unde profecta erat Eleam redit. Inde phoceam insulā
petentes. ad insulam quā Buthium uocant immnet urbi phocensium appulerĕ
/. et quibus ante abstinuerāt templis signisq; egregie autem exornata insula erat
quem hostiliter diripuissent. ad ipsam urbem transmiserūt/ Eam diuisis int̄
se partibus quom oppugnarent. et uiderat sine operibus. armis. scalisq; ca-
pi non posse missum ab Antiocho presidiū/ triū miliū armatorū quom in-
trasset urbem/ extemplo oppugnatione omissa. classis ad insulam se recepit
nihil aliud q̄ depopulato circa urbem hostiū agro/ Inde placuit. Eumenem
domū dimitti et preparari consuli atq; exercitui que ad transitū Hellespōti
opus esset. romanā rhodiāq; classem redire Samū/ atq; ibi in statione esse.
ne polixenidas ab Epheso moueret/ rex Eleam/ romani ac rhodii Samū re-
dierunt. Ibi M. Emilius frater pretoris decessit/ Rhodii celebratis exequiis
aduersus classem quā fā ma erat ex Syria uenire. xiii. suis nauibus et una
quinquereme ad Themane in diarchorū ut ibi in statione essent profecti sūt.
biduo anteq̄ Eudamus cū classe ab Samo ueniret/ xiii. ab rhodo naues cum
panychida profecte/ aduersus eandem syriacam classem misse/ assūptis na-
uibus quatuor que carie presidio erant/ oppugnātibus regiis dedala et q̄-
dam alia per ea castella obsidione exemerunt/. Eudomū confestim exire
placuit. Addite quoq; hinc sunt ad eam classem quā hebant sex opte naues
profectus cū quantum accelerare possent maturasset ad portū. quē Megiston
uocant. pregressos consequitur/ Inde uno agmine phaselidem cū uenisset. op-
timū uisū ē hostem ibi operiri/ In confinio lycie et pamphylie phaselis est
prominens penitus in altū/ conspiciturq; p̄mū terrarū rhodiū a cilicia peteti-
bus et procul nauiū preberet prospectū/ eo maxime ut obuii classi hostiū
essent. electus locus est/ Ceterū q̄ non prouiderūt et loco grani et tempo-
re et tepore anni. mediū enī estatis erat/ ad hec insolito odore ingrue-
re morbi/ uulgo maxime in remiges coeperūt. Cuius pestilentie metu
profecti/ cū preter ueheretur pamphiliū sinū/ ad Eurymedontem amnem ap-
pulsa classe/ audiunt a daspendiis hostes iam esse. tardius nauigarant re-
gii aduerso tempe ethesiarū/ quo uelut status fauonii uenti essent. Rhodio-
rū due quadriremes. quatuor triremes fuere/ regia classis septē et trigin-
ta maiores ferme nauiū erant/ In quibus tres hepteres. iiii. hexeres. habebat
preter has x. triremes erant/. et hii ad esse hostes ex specula quadam cog-
nouere. Utraq; classis postero die luce p̄ma tanq̄ eo die pugnatura portu
mouit Et postq̄ superauere rhodii promontoriū/ quod ab sida prominet
in altum ex templo et conspecti ab hostibus sunt/. et ipsi eos uiderunt.
AB regio sinistro cornu/ quod ab alto obiectū erat Hanibal. dextro A-
pollonius purpuratorū unus preerat. et iam in fronte directas
habebant naues/ Rhodii longo agmine ueniebant. p̄ma pretoria Eudami

nauis erat

Tanus erat. cogebant agmē charidtus/pamphilidas/medię classi preerat
Eudamus/postq̄ hostium aciem instructam et paratam ad concurrendū uidit.
et ipse in altum euehitur/et deinceps que sequebantur sonantes seruātes
ordinem in frontem dirigere iubet/ Ea res primo tumultū prębuit/ Nam
Eumenes in alto euectus erat/ut ordo omniū nauium ad terram explica-
ri posset. et festinans ipse propere cū quinq; solis nauibus Hānibali occur-
rit. Ceteri qui in frontem dirigere iussi erant/ non sequebantur extremo
agmine loci nihil ad terram relicti erat/ trepidantibusq; inter se his iam
in dextro cornu aduersus Hannibalem pugnabatur. sed momento tempo-
ris et nauiū uirtus. et usus rei maritime/terrorē omnē rhodiis dempsit/
Nam et in altū celeriter euecte naues/locum post se quoq; uenienti ad
terram dedere/et si qua concurrerat porro cū hostiū naue aut proram la-
cerabat. aut remos detergebat/aut libero inter ordines discursu preter-
uecta. in puppim impetū dabat. Maxime exterruit hepteris regia a
multo minore rhodia naue uno ictu demersa. Itaq; iam haud dubie dex-
trū cornu hostium in fugam inclinabat.

EVDAMVM in alto multitudine nauium
maxime Hānibal ceteris omnibus longe prestan ter
urgebat. et circumuenisset/ni signo sublato ex pretoria naue. quo disper-
sam classem in unū colligi mos erat/ omnes que in dextro cornu ui-
cerant naues/ ad opem ferendam suis concurrissent/tum et Hānibal que-
que circa eū naues erant/ capessunt fugam. nec insequi rhodii ex ma-
gna parte aegris/ et ob id celerius fessis remigibus potuerunt/ cum in
alto ubi substiterant. cibo refecerent uires/contemplatus Eudamus hostes
claudas et mutilatas naues apertis nauibus remulco trahentes. xx. pau-
lo amplius integras abscedentes e turri pretorie nauis/silencio facto ex-
urgite inquit/et egregiū spectaculum capessite oculis/ Consurrexere om-
nes contemplatiq; expugnationem/fugaq; hostiū prope omnes una uoce
ut sequerentur exclamauerūt/ Ipsius eudami multis ictibus uulnerata na-
uis erat/ pamphilidam et Carichitū insequi quoad putarent tutū. iussit. Ali-
quādiu secuti sunt. postq̄ terre appropinquabat Hānibal/ueriti ne includere-
tur uento in hostium ora ad eudamū reuersi Hepterem captam/que pri-
mo concursu icta erat. egre phaselidem pertraxerunt/. Inde rhodū nō
tam uictoria leti. q̄ alius alium accusantes/quod cū potuissent/ non omnis sub-
mersa aut capta classis hostium foret/redierunt; Hānibal ictus uno prelio
aduerso. ne tum quidem preteruehi lyciam audebat. cū coniungi regię ueteri
classi/ q̄ primū cuperet. et ne id ei facere liberū esset/ Rhodii charidtū cū
xx. nauibus rostratis ad pataram et Megistem portū miserunt. Eudamuz
cum septem nauibus maximis ex a ea classe cui prefuerat/ Samū redire

ad romanos miserunt · quantũ consilio · quantũ auc̃te valeret compelleret ro-
manos / ad pataram expugnandam . Magnã romanis leticiam prius victorie
nuntius · deinde aduentus attulit rhodiorũ / et apparebat si rhodiis ea cura de-
repta esset / vacuos eos tuta eius regionis maria prestaturos · Sed profectio
Antiochi ab Sardibus ne opprimerentur urbes maritime abscedere · custodia
Ionie atq; eolidis prohibuerunt / Pamphilidam cũ quatuor nauibus tectis / ad
eam classem / que circum pataram erat miserunt · Antiochus nõ ciuitatũ modo
que circa se erant contrahebat presidia / sed ad prusiam Bythinie regẽ mi-
serat legatos / litterasq; / quibus transitũ in asiam rõnorũ increpabat / venire
eos ad omnia regna tollenda ut nullũ usq; orbis terrarum nisi romanũ im-
periũ esset · philippum et Nabim expugnatos / se tercium peti ut quisq; pxi-
mus ab oppsso sit / per omnes veluti continens incendiũ peruasurũ / ab se gra-
dum in Bythiniã fore / quando Eumenes in voluntariam seruitutẽ concessisset ·
His motum Prusiam in'litt Scipionis · consulis / sed etiam fratris Africani ma-
gis a suspitione tali auerterunt / Qui pter consuetudinẽ pp̃etuam p · R ·
augendi omni honore regũ sociorũ maiestatem domesticis ipẽ exemplis / prusiã
ad promerendam amiciciam suam compulit / regulos se acceptos in fidem his-
panie reges reliquisse / Masinissam non in patrio modo locasse regno / sed in
Syphacis / a quo ante expulsus fuisset / regnũ imposuisse · et esse eũ nõ Africe modo
regum longe opulentissimũ · sed toto in orbe terrarum · cuius ius regũ vel maies-
tate vel viribus parem / per phylippũ et Nabim hostes bello superatos ab · T ·
Quintio tamen in regno relictos / philippo quidem anno priore etiã stipen-
dium remissum / et filium obsidem redditum / et quasdam ciuitates extra
macedoniam patientibus romanis imperatoribus / recepisse / eũ in eadẽ dig-
nitate et Nabim futurũ fuisse · nisi eũ suus p̃mũ furor / deinde fraus eũ
Etolorum absumpsisset . Maxime confirmatus est animus regis · postq̃ ad eũ
· T · livius qui pretor ante classi prefuerat legatus ab roma venit · et docuit
quanto et spes victorie certior romanis q̃ ab antiocho · et amicicia sanctior fir-
miorq; apud rõnos futura esset /

ANTIOCHVS

postq̃ a spe societatis Prusie de-
cidit · Ephesum a Sardibus ẽ profectus ad classem / que per aliquot menses
instructa ac parata fuerat visendam magis quia terrestribus copiis exercitũ
romanũ et duos Scipiones imperatores videbat sustineri / non posse · q̃ q̃
res naualis ipsa per se aut tentata sibi unq̃ feliciter · aut tunc magne fi-
ducie et certe esset · erat tamen momẽtũ in presencia spei / quod etiã ma-
gnam partem rhodie classis circa pataram esse et Eumenẽ regem cũ oĩb9
nauibus suis consuli obuiam in Hellespontũ profectũ audierat / aliquid esse / in-
flabat animos classis rhodia ad Samũ per occasionẽ fraudis preparatam
absumpta · His fretus polyxenida cũ classe ad tentandam oĩ modo certamis

fortunam misso ipe copias ad Notium ducit · id oppidū colophoniū mari immi-
nens. Abest vetere colophone duo ferme milia passuū / et ipsam urbem
sue potestatis esse volebat · adeo ppinquā Ephesoint nihil terra mariq̄ue age-
ret · quod nō subiectum oculis colophoniorū / ac per eos notū ex templo ro-
manis esset · quos audita obsidione non dubitabat ad opem socie urbi fe-
rendam classem a Samo moturos / Ea occasione polyxenidam ad rem gerē-
dam fore / Igitur urbem operibus oppugnare aggressus · et ad mare pariter
duabus partibus munitionibus deductis / utriq; vineas et aggerem muro in-
iunxit et testudinibus arietes admouit · quibus territi malis · Colophonii ora-
tores Samū ad · L · Emiliū fidem pretoris p · R · romani implorantes mi-
serunt / Emiliū et Samii segnis diu mora offendebat / nihilominus opinā-
tem q̄ polyxenidam bis nequicq̄ a se prouocatum potestatem pugne
facturum esse / Et turpe existimabat Eumenis classem adiuuare consulem ad
traiciendas in asiam legiōnes se colophonis obsesse auxilio incertū finē
habiture alligati / **EVDAMVS** Rhodius
qui et tenuerat eū Samii cu-
pientem proficisci in Hellespontum cunctiq; instare et dicere / quanto satius
esse vel socios obsidione eximere · vel victam iam semel classem iterū vin-
cere · totamq; maris possessionem eripere / q̄ desertis sociis tradita · An-
tiocho · Asya terra mariq; in Hellespontum ubi satis esset Eumenis classis a
sua parte belli discedere / profecti a Samo ad petendos cōmeatus consūp-
tis iam ōmibus chiū parabant traicere / Id erat horreū Romanis eoq; om-
nes ex italia misse onerarie dirigebant cursum / circūuecti ab urbe aduer-
sa insule obiecta aquiloni / ad chiū et Erytras sunt · cū pararent traicere
litteris certior fit pretor frumenti vim magnam chiū ex Italia venisse V[i]-
nū portantes naues tempestatibus retentas esse · / Simul allatū ē · teios re-
gie classi benigne cōmeatus tribuisse · Quinq; milia vasorū vini esse / te mi-
ex medio cursu classem repente auertit · Aut uolentibus his usurū cōmeatu
parato in hostibus aut ipsos pro hostibus habiturus / quom direxissent ad ter-
ram proras · quindecī ferme eis naues circa Alonesū apparuerūt / quas primo ex
classe regia pretor esse ratus instituit sequi · apparuit deinde per piraticos ce-
loces et lembos esse chiorū maritimam oram depopulati cū omnis generis p̄-
da reuertentes · postq̄ ex alto videre classem in fugā reuerterūt · et celeritate
superabat leuioribus et ob id fabrefactis nauigiis / et propiores terre erant / Itaq;
priusq̄ appropinquaret classis in onensiū perfugerunt · unde se portu ratus ab-
stracturū naues ignarus loci sequebatur pretor / **MIONES**
SVS promontorium inter teium Samumq;
est Ipse collis est in modū mete in altum cacumen a fundo sa-
tis lato fatigatus a cōtinenti arcte semite aditū habens / a mari rupes excelse

fluctibus superclaudunt ita ut quibusdam locis superpendencia saxa plus in altum
q̄ que in statione sunt naues prominean(t) circa ea appropinquare nō ausę
naues ne sub ictu superstantiā rupibus pyratarū essent diem timere Tandē
sub noctem incoepto uano cū abstitissent. teium postero die acte fere et in
portu qui a tergo urbis est gerepticū ipi appellant · nauibus constitutis p̄
tor ad depopulandū circa urbem agrū milites misit Teij cū in oculis popu-
latio esset. oratores cum infulis et uelamentis ad romanū miserunt · quibus
purgantibus ciuitatem omnis facti dictiq(ue) hostilis aduersus romanos et iu-
uisse eos cū cōmeatu classem hostium arguit. et quantū uim polyxemde
promisissent: que si eadem romane [urbis] classi darent renocaturū se a popu-
latione militem. si minus pro hostibus habiturū eos Hoc tam triste respō-
sum cū retulissent legati. uocatur in contionē a magistratibus populus. et
quid agerent consultarent eo forte die polyxemidos cū regia classe a
Colophone profectus postq̄ mouisse a Samo romanos audiuit. et ad mio-
nesum pyratas persecutos teiorū agrū populari naues in Gerestio
portu stare ipē aduersus mionessū macrū nautici uocant anchoras
portu occulto iecit Inde ex ꝓpinquo explorans quid hostes agerent p̄-
mo in magna spe fuit. queadmodum rhodiā classem ad Samū circūsessis
ad exitum faucibus portus expugnasset sic et romanam expugnaturū
Nec est dissimilis natura loci. promontoriis coeuntibus inter se ita clauditur
portus. ut vix due simul inde naues possint exire Inde nocte occu-
pare fauces polyxemidas in aio hēbat et denis nauibus ad promōtorii
astantibus qui ab utroq(ue) eorum in latera exeuntiū nauium pugnarent et ex
cetera classe sicut ad panormū fecerat armatis in littore expositis terra ma-
riq(ue) simul hostes opprimeret quod nō uanū ei consiliū fuisset nisi cū Teii fa-
cturos se imparata promisissent ad occupandos cōmeatus aptius uisū eēt
romanis in eum portū qui ante urbem ē classem transire dicitur Et eu-
damus Rhodius uiciū alterius portus ostendisse. cum forte due naues eciā
arcto hostio implicitos remos fregissent et inter alia id quoq(ue) mouit pretorē
ut traduceret classem quod a terra ꝑiculū erat Haud procul inde Antio-
cho statiua habente traducta classe ad urbem ignaris omnibus egressi mi-
lites nauteq(ue) sunt ad cōmeatus et uinū maxime diuidendū in naues. Tum
medio forte diei agrestis quidam ad pretorem ductus nuntiat Alterū iam
diem classem stare ante insulam macrim et paulo ante uisas quasdam mo-
ueri tāq̄ ad profectionem naues re subita perculsus pretor tubicines ca-
nere iubet ut si qui ꝑ agros palati essent redirent: tribunos ī urbē mit-
tit ad cogendos milites nautasq(ue) in naues haud secus q̄ in repentino incē-
dio aut capta urbe trepidatur aliis in urbem currentibus ad suos reuo-
candos. aliis ex urbe naues cursū repetentibus. incertisq(ue) clamoribus. quibus

ipsis tube obstreperent/ turbatis imperiis/ tandem ad naues concursū est/ et vix
suas quisq; noscere aut adire pre tumultu poterāt trepidatumq; tū periculo et
in terra et in mari foret/ in partibus diuisis Emilius qui pretoria naue p-
mus se portu in altum euectus: excipiens in sequentī suo quaq; ordine in
fronte instruxisset. Eudamus rhodiaq; classis subsitissent ad terram: ut
sine trepidatione conscēderent. et ut queq; parata esset/ exiret nauis ita et
explicuere ordinem/ primę in conspectu pretoris. et coactum agmē ab Rhodiis
ē/ instructaq; acies uelut cernerent regios/ in altū processit.

INTER Mionessum et Coricū promontoriū erat. cū hostē
conspexere. et regia classis binis in ordinem nauibus longo ag-
mine ueniens. et ipam aciem aduersam explicuit/ leuo tantū euecta
cornu ut amplecti et circumire dextrū cornu romanorū posset. quod ubi Eu-
damus. qui agmen cogebat non posse ęquare ordinem romanos et tm̄
non circumiri iā ab dextro cornu concitat naues. Erant et rhodię longe om-
nium celerrime tota classe/ ęquatoq; cornu pretorię naui/ in qua poli-
xenidas erat/ suā obiecit/ Iam totis simul classibus/ ab omni parte pugna co-
serta erat ab romanis. lxxx. naues pugnabant. ex quibus rhodię duę et
xx. erant. hostiū classis unde. lxxxx. nauiū erat/ maxime formę naues tres
Hexeres hēbat. duas hepteres. robore nauiū et uirtute militū romani lōge
rhodios prestabant/ et rhodię naues agilitate et arte gubernatorū/ et
scientia remigiū/ maximo tamen hostibus terrori fuere/ qui ignes pre se
portabant. et quod unū his ad Panormum circumuentis/ saluti fuerat. id
tū maxime momentū ad uictoriam fuit/ Nam metu ignis auersę regię
naues. ne prope concurrerent cū declinassent: neq; ipse ferire rostro
hostem poterant: et obliquas seipās ad ictus prębebant et si quę concurre-
rant obruebantur infuso igni/ magisq; ad incendiū q̄ ad prēliū trepida-
bant.

PLURIMUM tamē que solet militū virtus in bello
ualuit. mediam namq; aciem hostiū romani cū irrupissent circumuecti ab ter-
go pugnantibus aduersus rhodios/ regiis sese obiecere momentoq; tēporis
et media acies Antiochi et leuo cornu circumuectę naues mergebantur. dex-
tra pars integra sociorū magis clade q̄ suo periculo terrebantur/ Cetrū post-
q̄ alias circumuectas pretoriam nauem polixenide relictis sociis uela dā-
tem uidere. sublatis raptim dolonibus/ ephesum petunt. fuga/ xlij bus na-
uibus in ea pugna amissis: quarū decem tris captę/ in potestatē hostiū ue-
nerunt cetere incensę aut demersę. Romanorū duę naues fractę sūt
uulneratę aliquot. Rhodia una capta/ memorabili casu/ Nam cū rostro percus-
sisset Sidoniam nauē/ in anchora ictu ipō excussa naue sua unco dente uelut
manu ferrea iniecta alligauit alterius proram inde tumultu iniecto/ cū diuellē

se ab hoste cupientes inhiberent rhodii tractatu ancorali et implicitū remis
latus alterū detersit debilitate ea ipsa que icta coheserat navis coepit/ hoc
maxime modo ad mionessum navali prelio pugnatū est. QVO
deterritus Antiochus quia possessione maris pulsus longinqua
tueri diffidebat se posse/ presidium ab lysimachia ne opprimeret ibi a ro-
manis. deduci/ parvo ut res ipā postea docuit consilio iussit/ Non enī tueri
solum lysimachiam a pmo impetu romanorū facile erat, sed etiā obsidionē
tota hieme tollerare/ et obsidentes quoq; ad ultimā inopiam adducē te-
rendo tempus. et interim spes pacis per occasionem tēptare. Non lysimachi-
am tm̄ hostibus tradidit post adversam navalem pugnam. sed etiā Colopho-
nis obsidione abscessit et Sardis recepit se. atq; inde cappadociam et ad ari-
aratem. qui auxilia accerserent. et quocūq; alio poterat ad contrahendas co-
pias in unū iaiam consiliū. ut acie dimicaret/ intentus misit/. Regillus Emi-
lius post navalē victoriam pfectus ē ephesū. directis ante portū navibus.
cū confessionem concessi maris ultimā hostis expressisset. chiū quo ante na-
vale proeliū cursū cursū a Samio intenderat/ navigat. ibi naves in proe-
lio quassatas cum refecisset. L. emiliū Scaurū cū. xxx. navibus Hellespon-
tum ad exercitū traiciendū misit. Rhodios parte prede et spoliis nava-
libus decoratos domū redire iubet. Rhodii impigre prevertere ad traici-
endas copias consulis iere: atq; eo quoq; functi officio tum demū rhodū rediere.

CLASSIS Romana ab chio phociam traiecit in
sinu maris intimo positā. Hec urbs ob-
longa forma duū milium et quingentorū passuū spacium amplectitur. tot
deinde ex utraq; parte in artiorem velut cuneū/ lamptera ipsi appellant/
mille et ducentos passus ibi latitudo patet/ inde lingua in altū mille pas-
suū/ excurrens: mediū fere sinū velut nota distinguit/ Urbi coheret fau-
cibus angustis. duos in utramq; regionem versos portus tutissimos habet.
qui in meridiem vergit. nausiathemon ab re appellatur/ quia ingentē vi
naviū capit/ Alter proprie ipsum lamptera ē. hos portus tutissimos quom
occupasset romana classis/ priusq̄ aut scalis aut operibus moenia aggrede-
retur. mittendos censuit pretor/ qui magistratuū principū animos tentarent.
postq̄ obstinatos vidit/ duobus simul locis oppugnare ē adortus. Altera pars
infrequens hedificiis erat/ templa deum aliquantum tenebant loci. Ea prius
ariete admoto quatere muros/ turresq; coepit/ deinde cū eo multitudo oc-
curreret ad defendendum altera parte quoq; admotus aries/ etiam utriq;
sternebantur muri/ ad quorū casum quom impetū romani milites per
ipsam stragem murorū facerent. alii scalis etiam ascensuq; in muros tenta-
rent: adeo obstinate restiterunt oppidani ut facile appareret plus in animis
et virtute q̄ in moenibus auxilii esse./ Coactus ergo periculo militū pretor

receptui canı iussit ne obiceret incautos furentibus desperatione ac rabie, di-
repto p̄lio ne tū quidem ad quietem uersi. sed undiq; omnes ad muniendа
et obmolienda que ruinis strata erant concurrerunt. Huic operi intentis su-
peruenit. Q. Antonius a pretore missus qui castigata pertinacia eorum
maiorem curam romanis q̄ illis ostenderet esse. ut in perniciem urbis pug-
naretur si absistere furore uellent potestatem is dare eadem condicione
qua prius. C. liuius in fidem uenissent se tradendi. Hec quom audiss-
ent quinq; dierū spacio ad deliberandū capto: tentata interim spe aux-
ilii ab antiocho postq̄ legati missi ab rege nihil in eo p̄sidii esse retu-
lerant. tum portas aperuerunt pacti ne quid hostiliter paterent. cū
signa in urbem referrentur et pronunciasset p̄tor parci deditis uelle. clamor
undiq; sublatus est. indignū facinus esse phocenses nūq̄ fidos socios. sep̄
infestos hostes impune eludere. Ab hac uoce uelut signo a pretore dato
ad diripiendū urbem passim discurrunt. Emilius p̄mo resistere et reuocāe
dicendo captas non deditas diripi urbes. sed in hiis tamē imperatoris
nō militū arbitriū esse. postq̄ ira et auaricia imperio potenciora erant pre-
conibus per urbem missis. liberos omnes in forū ad se uenire iubet. ne
uiolarentur et omnibus que ipi⁹ potestatis erant fides constitit pretoris
urbem agrosq; et suas leges his restituit. Et quia iā hiems appetebat phoce
portus ad hibernandum classi delegit. PER idem fere tempus
consuli transgresso Enniorū maronitarū q; fines nunciatur. uictam regiam classem. ad Mionessum relictāq; presidio lysimachiā
esse. Id multo q̄ de nauali uictoria letius fuit. Utiq; postq̄ conuenerunt. re-
fertaq; omniū rerū commeatibus uelut in aduentū exercitus preparatis
eos cepit. ubi inopiam ultimā laboremq; in obsidenda urbe proposue-
rant. Ibi paucos dies statiua habuere impedimenta. egriq; ut consequerent͛.
qui passim per thracie castella fessi morbo ac longitudine uie relicti erant.
receptis omnibus ingressi rursus iter per cheronessum Hellespontum per-
uenerunt. ubi cura omnibus regis Eumenis ad traiciendū preparatis uelut
in pacato litore nullo prohibente. alii alio delatis nauibus sine tumultu tra-
iecere. EA VERO res romanis auxit animos. co-
cessam sibi transire cernentibus tum
in Asiam quā rem magni certaminis futuram crediderant. Statiua de-
inde ad Hellespontū aliq̄diu habuerunt. quia dies forte quibus ancilia mo-
uentur religiosi ad iter inciderant. Idem dies Scipionem propiore etiā
religione quia salius erat. deiunxerat ab exercitu. causaq; et ipse more erat
dum consequeret͛. Per eos forte dies legatus ab antiocho in castra uene-
rat Bizantius Heraclides de pace offerens mandataq; prestabilē fo-
re magnā ei spem attulit. mora et cunctatio romanorū. quos simul asiam

attigissent effuso agmine ad castra regia ituros crediderat. Statuit tamē nō prius
con. adire q̄. p. Scipionem. Et ita mandatū ab rege erat. In eo maximā spem
habebat. Preterq̄ et magnitudo animi et satietas glorie placabilem eū maxi-
me faciebat. notūq3 erat gentibus. qui victor ille in hyspania qui deinde in
africa fuisset etiam q̄ filius eius captus in potestate regis erat. Is ubi et quā-
do et quo casu captus sit. sicut pleraq3 alia parūq3 inter auctores constat. Alii
principio belli a chalcide Oricū petentem. circumuentū ab regiis nauibus tra-
dunt. Alii postq̄ in asiam transitū est. cū turma fregelliana missum explora-
tum ad regia castra effuso obuiam equitatu cū reciperet sese in eo tumultu
dilapso equo. cū duobus equitibus oppressum. ita ad regem deductū esse. Illud
satis constat. si pax cū populo ro. maneret hospiciūq3 priuatū regi cū Sci-
pionibus esset. neq3 liberalius neq3 benignius haberi colīq3 adolescentem
q̄ cultus est potuisse. Ob hec cū aduentū. p. Scipionis legatus expectasset ubi
is venit. consulem adiit petitq3 ut mandata audiret. aduocato frequēti
concilio. legati uerba sunt audita. IS multis ante legacionibus ne quiq̄
ultro citroq3 de pace missis. eam ipsa fiduciam impetrandi sibi ēē dix-
it q̄ priores legati impetrassent. Smyrnā enī et lapsacū et alexandriā troa-
dem et lysimachiam ī Europa iactatas. in illis disceptacionibus esse quarū ly-
simachia cessisse regē. ne quid in Europa habere eū dicerent. eas que in asia
sint ciuitates tradē paratū esse. Et si quas alias romani que suarū partium
fuerunt vindicare ab imperio regio uelint. impense quoq3 in bellū facte par-
tem dimidiam. regem prestaturū populo ro. Hee conditiones erant pa-
cis. Reliqua oratio fuit ut memores rerū humanarū et sue fortune mode-
rarent. et alienā ne urgerent. finirent Europe imperiū. id quoq3 īmēsū
esse. parari singula acquirendo facilius potuisse. q̄ uniuersa tenuisse et te-
neri posse. Quod si asye q̄3 partem aliq̄ abstrahere velint. dūmodo nō du-
biis finiant. vinci suā temperanciā. romana cupiditate. pacis et concordie
causa regem passurū. EA que legato magna ad pacem impetrandam vide-
bantur parua romanis vi. Sa et impensam que in bello facta esset. pre-
stare regem equū censebant. cuius culpa bellū excitatū esset. et non Ionia modo
atq3 Eolide deduci debere regia presidia. sed sicut grecia oīs liberata esset itaque
in Asia sint. omnes liberari urbes. id aliter fieri nō posse. q̄ ut eis montem
thaurum possessione. Antiochus Asye cedat. LEGATUS postq̄ nihil equi in concilium im-
petrare se censebat. priuatī. sic enī imperatū erat. P. Scipionis
tentare animū est conatus. Omniū primū ei filiū sine precio redditurū regem
dixit. deinde ignarus et animi nescius Scipionis et moris romani auri pon-
dus ingens ē pollicitus. et noīe tūi regio excepto. societatem omnis regni. si
per eum pacem impetrasset. ADEA Scipio q̄ romanos omnes.

q̄ me ad quem tūnā eius nuntius es ignoras. minus miror. cū te fortūna eius
a quo venis ignorare cernā/ lysimachia tenenda erat. ne chersonessū in
traremus/ Aut Hellespontū obsistendū. ne in Asyam traiceremus si pacē
a sollicitis de belli euentu petituri eratis/ Concesso vo in Asyam transitu nō
solum frenis. sed etiā iugo accepto. que disceptatio ex equo/ cū imperiū pa
tiendum sit relicta est/ Ego ex munificentia regia maximū donū filium
habeo/ Aliis deos precor. ne unquā fortuna mea egeat/ Animus certe nō
egebit. pro tanto in me munere gratum in se me esse senciet si priuatā
gratiam pro priuato bñficio desiderat/ Sed publice nec hēbo quicquā ab illo
nec dabo quod in presentia dare possim fidele consiliū est/ Abi mecia me
is verbis bello absistat. pacis conditionē nullam recuset/ Nihil ea mouerūt
regem/ tutam fore belli Asyam ratū/ quando perinde ac victoriā sibi leges
dicerentur/ Obmissā igitur in presentia mentione pacis/ totam curā in
belli apparatum intendit. Consul omnibus preparatis ad proposita exequē
da. cū ex statiuis mouisset/ Dardanū. deinde roetheū utranque ciuitatem
obuiam effusam venit. Inde. Iliū processit. castrisque in campo qui est subie
ctus moenibus/ positis in urbem arcemque cū ascendisset/ sacrificauit mynerue
presidi arcis/ et Iliensibus in omni rerū verborumque honore/ ab se oriundos
romanos. presentibus et romanis letis origine sua/ Inde profectus sextis castris
ad caput cayci amnis peruenerūt/ Eo omnes et rex Eumenes conatus pri
mo ab Hellesponto reducere classem in Hyberna Eleam/ aduersis deinde
ventis cū aliquot deinde diebus superare rotheū promontoriū nō potu
isset/ in terram Egressus/ ne deesset principiis rerū/ qua proximū fuit
in castra romana/ cū parua manu contendit. ex castris pergamū remissus
ad commeatus expediendos/ tradito frumento quibus iusserat. consul in eadē
statiua redit Inde plurium dierū preparatis cibariis et consiliū erat ire ad ho
stem priusquam hyems opprimeret/ REGIA castra circa Tiaty
ram erant/ Ubi cū audisset Antiochus P. Scipionē
egrū Eleam delatum/ legatos qui filium ad eum reducerent/ misit nō ani
solo patrio gratū munus. sed corpori quoque salubre gaudiū fuit. satiatusque tan
dem complexu filii/ renunciate inquit gratias regi me agere referre gratiā
aliam nunc nō posse. quam ut suadeam/ in aciem ante non descendat. quam iterum in cas
tra me redisse audierit/ quanquam lx milia peditū plus. xii. milia equitū animos
interdum ad spem certaminis faciebant. motus tamen antiochus tanti auctoritate
viri in quo ut in ad incertos belli euentus omnis fortuna posuerat subsidia
recepit se transgressus phrygiū amnem arranē. circa quē Magnesiam que ad Sypilū
est posuit castra/ Et ne diu distrahere tempus uellet/ munimenta romani
tentarent/ fossam sex cubitis altam. xii. latam. cū duxisset et duplex uallum
fosse circūdedit/ interiore labro murū cum turribus crebris obiecit/ Unde

facile. arteri transitu hostis fosse posset.
Cyrca tyatiram regem esse ratus continuis CONSUL
itineribus quinto die ad Rhetanū campū descendit Inde quom profectum
audisset. secutus vestigia circa phrygiū amnem quatuor milia ab hoste po-
suit castra. Eo mille ferme equites maxima pars Gallo greci erant. et
date quidam, aliarumq[ue] gentiū sagittarii equites intermisti tumultuose am-
ne traiecto, in staciones impetū fecerunt. p[ri]mo turbaverunt incompositos.
deinde quom longius certamen fieret, romanorū ex propinquo castris fa-
cile subsidio cresceret numerus, regii fessi, iam et plures nō sustinentes re-
cipere se conati circa ripam fluminis priusq[ue] amnem ingrederent[ur]. ab instā-
tibus tergo aliquot interfecti sunt. Biduū deinde silentiū fuit. neutris trās-
gredientibus amnem. Tercio post die romāi omnes, transgressi, simul st[...]
et duo milia fere et quingentos passus, ab hoste, posuerunt castra. et me-
tantibus et muniendo occupatis. tria milia delecta equitū peditumq[ue] regior[um]
magno terrore ac tumultu advenere. Aliquanto pauciores qui in statione
erant. duo tamen milia per se nullo munimento castrorū milite advocato
et p[ri]mo equiū procliū sustinuere. et crescente certamine pepulerūt hostes
centū ex his occisis, centū ferme captis. per quatriduū insequens. instructe utriq[ue]
acies pro vallo stetere Quinto die romani processere in mediū campi, Antioc-
hus nihil promovit signa ita ut extremi minus mille pedes ab vallo abessent

CONSUL postq[uam] detrectari certamen vidit postero
die in consiliū advocavit quid sibi faciē-
dū esset si Antiochus pugnandi copiam nō faceret. instare hiemem aut
sub pellibus habendos milites fore, aut si concedere hyberna vellet differēdū
esse in estate bellum. nullū hostem umq[uam] romani romani eque contēpserūt
conclamatū undiq[ue] ē duceret ex tēplo et uteretur ardore militū. qui tamq[uam]
non pugnandū cū tot milibus hostiū. sed par numerus pecorū trucidand[um]
esset per fossas. p[er] vallū castra invadere parati erant, si in procliū hostis nō
exiret. Et. domitius ad explorandū iter. et qua parte adiri hostiū vallū
potuisset missus. Postq[uam] omīa certa retulit, postero die propius castra admo-
veri placuit. Tercio signa in medio campi prolata et instrui acies coepta ē.
Nec Antiochus. ultra teigmersandū ratus. ne et suor[um] animos minueret
detrectando certamen, et hostium spem augeret, et ipsē copias eduxit.
tantū progressus a castris. ut dimicaturū appareret. ROMA-
NA Acies unius prope forme fuit et hominū et
armorum genere. due legiones romane. due sociū ac latini nomi-
nis erant. quina milia et quadrigenas singuli habebant, romani mediā aciē, cor-
nua latini tenuerunt, hastatorum p[ri]ma signa. deinde p[ri]ncipū erant. Triarii
postremos claudebant. ex[tra] hanc veluti iustam aciem a parte dextra consul

Acheorum cetratis immixtos auxiliares. Eumenes tria milia ferme peditum eq-
uata fronte instruxit. Ultra eos equitum minus tria milia apposuit. Ex quibus Eu-
menes nongenta. reliquus omnis romanus equitatus erat. Extremos trallis
et cretensis quingentorum utriusque numerum explebant. Statuit levum cornu non
tuebatur talibus auxiliis. quia flumen ab ea parte ripe que derupte claude-
bant. quatuor tamen inde turme equitum apposite. hec summa copiarum erat
romanis. et duo milia mixtorum macedonum thracumque: qui voluntate secuti
erant presidio castris relicti sunt. Sedecim elephantos post triarios in sub-
sidio locaverunt. ne preterquam multitudinem quoque regiorum elephantorum. Erat
autem quatuor et l. sustinere non videbantur posse. nec pari quidem nu-
mero indicis africi resistunt. sive quia magnitudine longe enim illi prestant
sive quia robore animorum vincuntur. **REGIA** acies varia
magis multis gentibus dissimilitudine armorum auxili-
orumque erat. x. et sex milia peditum more macedonum armati fuere. qui pha-
langite appellabantur. Hec media acies fuit in fronte in x. partes divisa.
partes eas interpositis binis elephantis distinguebat. a fronte introrsus in
duos et triginta ordines armatorum acies patebat. Hoc et in regiis copiis
roboris erat. et per inde tum alia specie tum eminentibus tamen inter armatos
elephantos magnum terrorem prebebant. Ingentes ipsi erant. Addebant
speciem: frontalia et criste. et tergo imposite turres. turribusque superstantes
preter rectorem quaterni armati ad latus dextrum phalangitarum. tres et
quingentos gallogrecorum pedites apposuit. His tria milia peditum loricatorum:
cataphractos ipsi appellant adiunxit. Addita his ala mille ferme militum equitum.
hoc gnemeam vocabant. et medium erant viri lecti. et eiusdem regionis mix-
ti multarum gentium equites continentes. His grex. xvi elephantorum est
oppositus in subsidiis. ab eadem parte paulo prorupto cornu regia cohors
erat. Argyraspides. a genere armatorum appellabantur. dace. deinque equites sa-
gittariorum mille et ducenti. quoniam levis armatura trium milium. pari ferme
numero. pars cretenses pars Tralles. duo milia. et ducenti missi sagitta-
riis adiuncti erant. extremum cornu claudebant. et quatuor milia mixti cir-
funditores. et Elimei sagittarii a levo cornu phalangitis adiuncti erant. Gal-
logreci pedites mille et quingenti. similiter hiis armati duo milia Capadocum
ab ariarate missa regi. Inde auxiliares mixti omnium generum duo milia et
d. cc et tria milia cataphractorum equitum. et mille alii equites. Regia hala le-
nioribus tegumentis suis. equorumque alio haud dissimili habitu. Syri plerique
erant phrygibus et lydis immixti. Ante hunc. equitatum falcate quadri-
ge et cameli. quos appellant dromadas. his insidebant Arabes Sagittarii
gladios tenues habentes. longos quatuor cubita. ut ex tanta altitudine con-
tingere hostem possent. Inde alia multitudo par ei que in dextro cornu

erat. p̄mū tarentini. deinde gallogrecorū equitū duo milia et quīgēti,
inde neretes mille. et eodē armatu chares et cilites mille et. d. et totidē tra-
les. et tria milia Cetratorū, pisidę erant et panphili et lycii tum cyrtiorū
et Elymeorū, parra in dextro cornu locatis auxilia. et sedecī elephanti mo-
dico interuallo distantes. Rex ipse in dextro cornu erat. Seleucū filiū et
Antipatrū fratris filiū in leuo preposuit. Media acies tribus p̄missa Minioni
et Zexidi et philippo, magistro elephantorū, nebula crescente matutina die
leuata in nubes caliginē dedit. Humor inde ab austro uelut perfudit oīa.
que nihil ad malū rōmis. eadem per incōmoda regiis erant. Nam et ob-
scuritas lucis in acie modica romanis non adimebat in omnis partes con-
spectū. et humor fere toto graui armatu nihil gladios aut pila habita-
bat. regiū tam lata acie ne ex medio quidem eorū sua circūspicere poterāt
nedū extremi inter se conspicerent. Humor arcus. fundasq; et iaculorū amma-
menta mollierat. falcatę quoq; quadrigę. quibus se p̄turbaturū hostiū aci-
em Antiochus crediderat. in suos terrorem uerterunt. Armatę autem
in hunc maxime modū erant cuspides, circa temonē a iugo. x. cubita
extantes uelut cornua habebant. quibus quicqd daretur obuiū tran-
sfigerent. et in extremis iugis, binę circa eminebant falces, altera equata iu-
go. altera inferior in terram deuexa. illa ut quicquid ab latere obiceretur
absconderet. Hec ut prolapsos subeuntesq; contingeret, Item ab axibus. ro-
tarum utrinq; binę eodem modo diuersę deligabantur falces. sic ornatas
quadrigas. qui si extreme aut in medio locatę forent. per suos agendę
erant, in p̄ma acie ut ante dictū est, locauerat rex. QV

OD ubi eumenes uidit, haud ignarus pugne et q̄
anceps esset auxilii genus si quis pauorem magis equis inice-
ret. q̄ iusta adoriretur pugna Cretenses sagittarios funditoresq; et iaculato-
res equitū, non confertos. sed q̄ maxime posset disp̄sos occurrē iubet ex
omnibus simul partibus tela ingerere. Hec uelut p̄cella partim clamori-
bus dissonis, ita consternauit equos. ut repente uelut effrenati passim
incerto cursu ferrentur. quorū impetum et leuis armatura, et expediti
funditores et uelox cretensis momento declinabant. et equos insequēdo
tumultū et pauorem equis camelisq; ipsis simul consternatis augebant
clamore et ab alia circumstantiū turba multiplici adiecto, Ita medio inter
duas acies campo exiguntur quadrigę. amotoq; ludibrio tum demū ad
iustū proelium signo utrinq; dato, concursum est. CETE

RV. H una illa res uere mox cladis fuit
causa. Auxiliaria enī subsidia que pro uno locata e-
rant pauore et consternatione quadrigarū territa, et ipa in fugā uer-
sa, nudarunt omnia usq; ad catafractos equites. ad quos quom dissipatis

subsidiis preuenisset equitatus rōmus. ne p̄mū quidē impetum pars
eorū sustinuerūt. alii fusi sunt. alii propter grauitatem tegumentorū
armorumq; oppressi sunt. totū deinde leuū cornu inclinauit: et tur-
batis auxiliariis. quia inter equites. quos appellant phalangitas erant.
usq; ad mediam aciem terror p̄uenit. ibi simul p̄turbati ordines. et
impeditus intercursu eorū usus prelongarū hastarū sarissas ma-
cedones uocant, intulere signa rōne legiones et pila perturbatos co-
iecere. INTERPOSITI quidē ele-
phanti militem ro-
manū decertabant. assuetum iam ab Africis (bellis) uitare impetū belue ex
transuerso. aut pilis incessere. aut si propius subire posset. gladio ner-
uos incidere. iam media acies fere omnis a fronte prostra(ta) erat: et
subsidia circuita a tergo cedebantur. cū in parte alia fugā suorū et
prope iam ad ipsa castra pauentiū clamorem accipere. Nam anti-
ochus a dextro cornu, cū ibi fiducia fluminis nulla subsidia cerneret.
preter quatuor turmas equitū. et eas dum applicant se suis ripam in-
dantes, impetū in eam partem cū auxiliis et catafracto equitatu
fecit: nec a fronte tm̄ instabat, sed circuitu a flumine cornu iam ab late-
re urgebat: donec fugati equites p̄mū deinde proxim peditū effuso cur-
su ad castra compulsi sunt. preerat. M. Emilius castris TR. militū. M. le-
pidi filius. qui post annos paucos pontifex maximus factus est. qua
fugam cernebat suorū cum presidio omnī occurrit, et stare p̄mo, de-
inde redire in pugnā iubebat pauorem et turpē fugā increpans. mi-
nē exinde erant in perniciem suam cecos ruere, ni dicto parerent.
postremo dat suis signū ut p̄mos fugientium cedant turbam insequē-
tiū ferro et uulneribus in hostem redigant. Hic maior timor mino-
rem uicit. ancipiti coacti metu p̄mo constiterunt. deinde et ipsi re-
dire in pugnā. et Emilius cū suo p̄sidio. erant autem duo milia fortiū
uirorū effuse sequente rege. acriter obstitit. et attalus Eumenis frater
ab dextro cornu, quo leuū hostiū p̄mo impetu fugatū fuerat. ab sinis-
tro fugam suorū et tumultū, circa castra uidit in tempore cū. CC. equiti-
bus aduenit. ANTIOCHUS postq̄ cos
quorū terga nūr uiderat, re-
petentes pugnam et aliam et a castris et acie affluentem turbam con-
spexit. in fugam uertit equū. itaq; utroq; cornu uictores romani per
aceruos corporū. quos in media acie maxime cumulauerant, ubi et
robur fortissimorū uirorū, et arma grauitate fugam impedierant: per-
gunt ad castra diripienda. Equites p̄mi om̄iū Eumenis. deinde et
alius equitatus, toto passim campo sequitur hostem. et postremo ut quosq;

adepti sunt cedunt. Ceterũ fugientibus maior pestis in permixtis quadri-
gis. elephantisq3 et camelis erat. et sua ipsoꝝ turba cũ solutis ordinibus
veluti ceci sup alios alii ruerent, in cursu beluarũ obtererent. In castris
quoq3 ingens, et maior ꝓpe q̄ in acie cedes est edita. Nam et pmoꝝ
fuga in castra maxime inclinavit. Et huius fiducia multitudinisq3 in
ꝑsidio erat pertinacius pro uallo pugnaverunt, retenti in portis ualloq3 que
se impetu ipso capturos crediderant. Romani postq̄ tandē pruperunt
ab ira, graviorē ediderunt cedem ad quinquaginta milia peditũ cesa
eo die dicunt; equitũ tria milia, Et mille et quinquaginta, capti. xv. cũ recto-
ribus elephanti. Romanorũ aliquot uulnerati sunt: ceciderunt nō plus
ccc. peditibus, quatuor et viginti equitibus, Et de eumenis exercitu quinq3
et viginti. et illo quidem die victores direptis hostiũ castris cũ magna pre-
da in sua reverterunt. postero die spoliabant cesorũ corpora. et cap-
tivos contrahebant. Legati ab thyatira et magnesia ab Sipilo ad deden-
das urbes venerunt. Antiochus cũ paucis fugiens in ipso itinere plu-
ribus congregantibus se modica manu armatorũ, media ferme nocte
Sardis concessit: Inde cũ audisset Seleucũ filiũ et quosdam amicorũ A-
pameam progressos quarta vigilia cũ coniuge ac filia petit Apameam: Xe-
noni tradita custodia urbis, timone lydie preposito. quibus spretis con-
sensu oppidanorũ et militũ qui in arce erant. legati ad consulem missi
sunt. Sub idem ferme tempus et ab Trallibus et Magnesia que sup Me-
andrũ est. et ab epheso ad dedendas urbes venerunt. Reliquerat e-
phesum polyxenidas. auditaq3 pugna et classi usq3 ad patarã lycie est
provectus metu stationis rhodiarũ navium que ab megiste erant in ter-
ram egressus. cum paucis itinere pedestri Syriam petit. Asie civitates
in fidem consulis, dicioneq3 populi ro. sese tradebant. Sardibus iam con-
sul erat. Eo et . P. Scipio ab Elea cũ primũ pati laborē vie potuit, venit.
Sub idem ferme tempus caduceator ab antiocho per scipionē a consule pe-
tit. impetravitq3 ut oratores mittere liceret regi. paucos post dies
zeusis qui prefectus lydie fuerat. et antipater fratris filius venerunt
prius Eumene convento, quem propter vetera certamina adversũ max-
ime paci credebant esse. et placatiore eo sua regisq3 spe invento tum . P.
Scipione. et p eũ consulem adierunt, prebitoq3 his petentibus frequenti
consilio ad mandata edenda. NON tam quid ipsi dicamus in-
quit zeusis q̄ ut a nobis quera-mus romani quo piaculo
expiare errorē regis, pacem veniamq3 impetrare a victoribus possimus ma-
ximo semper animo victis regibus populisq3 ignovistis. quanto maiore id
et placatiore animo decet vos facere in hac victoria, que vos dños orbis
terrarum fecit, positis iam adversus omnes mortales certaminibus

haud secus quam deos consulere et parcere nos generi humano oportet. Iam
antequam legati venirent decretum erat quid responderetis. respondere Affri-
canum placuit. His in hunc modum locutus fertur Romani ex his que
in deum immortalium potestate erant. ea habemus que dii dederunt.
animos qui nostre mentis sunt eosdem in omni fortuna gessimus geri-
musque quia neque eos secunde res extulerunt nec adverse minuerunt.
eius rei ut alios omittam. Hanibalem vestrum nobis darem testem. nisi vos
ipsos dare possem. Postquam Hellespontum traiecimus priusquam castra regia
priusquam aciem videremus cum communis mars et incertus belli eventus esset
de pace vobis agentibus quas pares paribus ferebamus conditionibus. eas-
dem nunc victores victis ferimus. Europa abstinete asiaque omni que cis
thaurum montem est decedite. pro impensis deinde in bellum factis. xv.
milia talentum euboicorum dabitis quingenta presentia duo tria et quingenta
cum S. P. Q. Ro. pacem comprobaverit. deinde talentum per xv annos
Eumenem quoque regi reddi. xl. talenta. et quod frumenti reliquum ex eo quod
pacti debitum est placet. Hec cum pepigerimus nos facturos. ut pro certo
habeamus erit quidem aliquod pignus si obsides viginti nostro arbitratu da-
bitis. sed numquam satis liquebit nobis ibi pacem esse populo ro. ubi Hanibal erit.
eum ante omnia deposcimus. Thoantem quoque etolum concitatorem etolici belli
qui et illorum fiducia vos et vestra illos in nos armavit. dedetis. et cum eo
mnasimachum Acharnana et chalcidensem phylonem et Eubolidam. In deteriore [^] situ mo-
ratus fuerit. sciat regum maiestatem difficilius a summo fastigio ad medium detrahi
quam a mediis ad ima precipitari. CUM his mandatis ab rege
missi erant legati ut omnem pacis conditionem acciperet.
Itaque Romam mitti legatos placuit. Consul in hiberna exercitum Magnesiam ad
meandrum et Trallis Ephesum divisit. Ephesum ad consulem post paucos dies
obsides ab rege adducti sunt. et legati qui romam irent venerunt. Eume-
nes quoque eodem tempore profectus est romam quo legati regis. secute sunt
eos legationes omnium Asie populorum. DUM hec in Asia geruntur
duo fere sub idem tempus cum triumphi spe ex de-
provinciis redierunt romam. Q. Minucius ex liguribus. M. Attilius ex Eto-
lia auditis utriusque rebus gestis. Mynutio negatus est triumphus. Attilio
magno consensu decretus. Isque triumphans de rege Antiocho et de Etolis
urbem est invectus. prelata in eo triumpho sunt signa militaria. cc. xxx. et
argenti infecti tria milia pondo signati tetracinum atticum. cx. tria milia Cisto-
fori. cc. xlvii. vasa argentea celata multa magnique ponderis tulit. et
supellectilem regiam argenteam et vestem magnificam. coronas aureas. dona
civitatum sociarum. xlv. spolia omnis generis captivos. nobiles etolos et regi-
os duces sex et triginta duxit. Damocritus etolorum dux paucos ante

Hanibal deposcitur a Romanis ab Anthiocho

[^] fortuna pacem faciet rex quia serius facit quam facere potuit. Si vero

dies cū e carcere nocte effugisset / in ripa tyberis consecutus custodibus / priusq(ue) com-
phenderetur / gladio se transfixit. / Milites tm̄ qui sequerent(ur) currū defuerunt.
Alioquin magnificus / et spectaculo et fama rerū triumphus fuit. Huius triumphi im-
minuit letitiam Minutius ex hispania tristis aduersa pugna in uascetanis du-
ctu L. Emilii proconsulis / apud oppidū lyconem cū lusitanis sex milia de exercitu
romano cecidisse. ceteros pauentes intra uallū compulsos / egre castra de-
fendisse et ad modū fugientiū magnis itineribus in agrū reductis. Hec ex
hispania nuntiata. Ex gallia / legatos placentinorū et cremonensiū. L. Auruculeius
pretor in Senatū introduxit. His querentibus inopiam colonorū alijs belli
casibus alijs morbo absumptis / quosdam tedio accolarū gallorum reliquisse colo-
nias decreuit senatus ut. C. lelius consul si ei uideretur sex milia familia-
rū conscriberet que in eas colonias diuiderent(ur) / et ut. L. auruculeius pretor
triūuiros crearet / ad eos colonos deducendos. Creati. M. Attilius Seranus. L.
Valerius. p. f. flaccus. L. Valerius ~ C. filius tappo. Haud ita multo post.
cū iā consulariū comitiorū appeteret tempus. C. lelius consul ex gallia romā
redijt. Is non solum ex facto absente se se(natus) con(sultum) in supplementū Cremone et
placentie colonos scripsit / sed ut noue colonie due in agrū qui boiorū fuisset
ducerent(ur) et retulit. et auctore eo patres censuerunt. Eodem tempore littere
L. Emilii pretoris allate / de nauali pugna ad myonesum facta et. L. Scipionē
consulem in asiam exercitū traiecisse / uictorie naualis ergo in diē unū sup-
plicatio decreta est in alterū diem quod exercitus romanus tum primū in asiam
posuisset castra ut ea res prospera leta eueniret. uicenis maioribus hostiis
in singulas supplicationes sacrificare consul iussus. INDE Con-
sularia comitia magna contentione habita. M. Emilius
lepidus petebat aduersa omniū fama quod prouinciā siciliam petendi causa nō con-
sulto senatus ut sibi id facē liceret. reliquisset. petebant cū eo. M. fuluius. et
nobilior et CN. Manlius. M. Valerius Messalla / fuluius consul unus creat(ur)
cū ceteri centurias non explessent. Isq(ue) postero die M. Manliū lepido
deiecto. iam Messalla iacent / collegam dixit. Pretores exinde facti duo. Q.
fabius labeo. et pictor flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat. M.
Sempronius tuditanus. L. postumius Albinus. L. plautius hipsius. L. bebius
diues. MARCO fuluio nobiliore et. CN. Manlio Vol-
sone consulibus Valerius Antias auctor
est rumorem celebrem rome fuisse et pene pro certo habitū recipiendi
Scipionis adolescentis causa / Consulem. L. Scipionē et cū eo. P. Africanū in
colloquiū euocatos regis / et ipsos comprehensos esse et ducibus captis confestim
ad castra romana ductum exercitū. eaq(ue) expugnata / et deletas omnes copias
romanorū esse. ob hoc etolos sustulisse animos. et abnuisse imperia facere
principesq(ue) eorū in macedoniam et dardanos in thraciam ad conducenda

mercedis auxilia profectos. Hec qui nunciarent / romā missos esse. A. Terentiū var-
ronem et M. claudiū lepidū ab a. cornelio pro pretore / ex Etolia missos esse.
Subtexit deinde fabule huic / legatos Etolos in senatū inter cetera hoc quoque interro-
gatos esse unde audissent imperatores R. in asiam captos ab Antiocho rege
et exercitum deletum esse / Etolos respondisse / ab suis legatis / se cum cū consules fue-
runt certiores factos / rumoris huius. quia neminē aliū auctorē aliū habeo. neque
affirmata res mea opinione sit. neque pro vana pretermissa / ETOLI
legati in Senatum introducti / cum et causa eos sua et fortuna
confitendo seu culpa seu errori veniā supplices / petere orsi et beneficiis in rep.
et propo exprobrantes virtutem suam in philippi bello et offenderunt aures
in solencia sermonis / et eo vetera et obliterata repetendo rem adduxerunt
ut haud paulo plurimū maleficiorū gentis. quam beneficiorū memoriam subiret ani-
mos patrum. et quibus misericordia / opus fuerat / iram et odiū irritarent In-
terrogati ab uno Senatore an permitterent arbitriū de se po. Ro. deinde
ab altero / habituri ne eosdem quos po. Ro. socios et hostes essent. nihil ad ea
respondentes egredi ex templo iussi sunt / Conclamatū ab universo. deinde
prope Senatu est totos adhuc Antiochi Etolos esse / et ex ea unica spe
pendere animos eorum / itaque tum bellum haud dubiis hostibus gerendū / per-
domandosque feroces animos esse. Illa etiā res accendit. quia et ipso tempe-
quo pacem ab romanis peterent dolopie atque athamanie bellū inferebant
Senatusconsultum in M. Attilii sentenciam qui Antiochum Etolosque devicerat.
factum est ut Etoli eo die iuberentur proficisci ab urbe. et intra quintū decimumque
diem italia excedere. A. Terētius Varro ad custodiendū iter eorū missus de-
nunciatumque si qua deinde legatio ex Etolis nisi permissu Imperatoris. qui eam pro-
vinciam obtineret / et cū legato ro. venisset romā pro hostibus omnes futuros.
ita dimissi Etoli. DE provinciis deinde consules retulerunt sortiri eos
Etoliam et Asyam qui asiam sortitus esset exercitū ei quē L. Sci-
pio haberet est decretus / et in eum / supplemētū quatuor milia peditū roma-
norū quingenti equites et sociorum ac latini nominis sex milia peditū ccc^ti eq-
tes his copiis bellū cū Antiocho gereret / Alteri consuli exercitus qui erat in E-
toliam / ē decretus: et ut supplementū scriberet permissū est / sociumque eundē
numerū quem collega. Naves quoque idem consul que priore anno parate
erant / ornare iussus ac ducere secū nec cum Etolis solū bellū gerere sed etiā
in Cephaloniam insulam traicere mandatū eidem. si per comodū po. Ro.
facere posset / ut ad comicia romam veniret / Nam preterquam quod magistratus an-
ni subrogandi essent / Censores quoque placeret creari / Si qua res eū teneret
senatū certiorem faceret / se ad comiciorū tempus occurrere nō posse. E-
tolia. M. fulvio Asya. CN. Manlio sorte evenit / Pretores deinde sortiti
sunt / Sempronius postumius Albinus urbanā et inter peregrinas M. sempronius

Tuditanus Siciliam. Q. Fabius pictor flamen Quirinalis Sardiniam. Q. fabius labeo classem. L. plautius Hypsius hispaniam citeriorem. L. Bebius dives hyspaniam ulteriorem. Sicilie legio una et classis que in provincia erat decreta. ut duas decumas frumenti pretor imperaret Siculis, alteram earum in asiam. Alteram in etoliam mitteret, idem et ab Sardis exigi atque ad eosdem exercitus id frumentum ad quos Siculum deportari iussum. L. Bebio supplementum in Hispania datum mille romani pedites. equites quinquaginta et sex milia peditum latini nominis et .cc. equites cum his supplementis. et in singulas legiones due hispanie haberent prioris anni magistratus. C. lelio cum suo exercitu prorogatum in annum imperium est prorogatum et P. iunio propretori in Hetruria cum eo exercitu qui in provincia esset, et M. Tucio propretori in Bruttiis et apulia.

PRIUSQUAM in provincias pretores irent. certamen inter P. licinium maximum pontificem Q. fabium pictorem flaminem Quirinalem quale patrum memoria inter L. Metellum et postumium albinum fuerat, consulem illum cum lutatio C. collega in Sicilia ad classem proficiscentem ad sacra retinuerat Metellus pontifex maximus. pretorem hunc ne in Sardiniam proficisceretur, P. licinius tenuit et in senatu ad populum magnis contencionibus certatum est. et imperia inhibita ultro citroque. et pignora capta et multe dicte, et tribuni appellati, et provocatum ad populum est, Religio ad postremum vicit. ut dicto audiens esset flamen iussus. et multe ex iussu populi remisse. Ita provincie erepte, pretorem magistratu abdicare se conantem patres auctoritate sua decreverunt, et ut ius inter peregrinos diceret decreverunt, delectibus. deinde intra paucos dies. neque enim multi milites legendi erant prefectis, consules pretoresque in provincias proficiscuntur. Fama deinde rebus in asia gestis temere vulgata, sine auctore. et post dies paucos nuntii certi littereque Imperatoris romam allate, que non tam gaudium ab recenti metu attulerunt, desierant enim victum in Etolia metuere, quam averterunt famam. quod ineuntibus id bellum gravis hostis et suis viribus. et quod Hanibalem rectorem militie haberet visus fuerat, nihil tamen aut de consule mittendo in Asiam mutandum, aut minuendas eius copias censuerunt metu ne cum gallis bellandum foret.

HAUD multo post M. Aurelius cotta legatus Scipionis cum Antiochi regis legatis et Eumenes rex rhodiique romam venerunt Cuncta in senatu primum. deinde in contione iussu patrum, quequam acta in asia essent exposuit. Supplicatio inde in triduum decreta est, et xl. maiores hostie immolari iusse. Omnium primum Eumeni senatus datus est. Is quom breviter et egisset gratias patribus. quod obsidione se ac patrem exemisset, regnumque ab iniuriis Antiochi vindicassent. et gratulatus esset, quod mari terraque prospere

res gessissent. quaque regem Antiochum fusum fugatumque et exutum castris prius Europa
post et Asia que cis montem Thaurum est expulissent / sua deinde merita malle
eos ex imperatoribus suis legatisque quam se commemorante cognosci dixit / Hec
applaudentibus cunctis iubentibusque dicere ipsum / omissa in id verecundia quid
sibi a senatu po. q. ro. tribui equum censeret / propensius cumulatiusque si quo pos-
sit / pro ut eius merita sint senatum facturum / Ad ea rex si ab aliis sibi pre-
miorum optio deferretur. libenter data modo facultate consulendi / senatum
romanum consilio amplissimi ordinis usurum fuisse / ne quid aut inmoderata cupis-
se. aut petisse parum modeste videri posset / VERUM enimvero
quom ipsi daturi sint. multo magis munificentiam eorum
in se fratresque suos ipsorum arbitrium debere esse / nihil hac oratione eius p. s.
c. deterriti sunt. quo minus ipsum dicere iuberent / Et quom aliquamdiu hinc
indulgentia. hinc modestia inter permittentes invicem non magis mutua quam in
explicabili facilitate certatum esset / Eumenes templo excessit. Senatus in
eadem perstare sententia ut absurdum esse diceret / ignorare regem
quid sperans aut petens venerit / quam accomoda regno suo sint ipsum
optime scire / Asiam longe melius quam senatum nosse / Revocandum igitur et
cogendum quam vellet. queque sentiret exprome / REDUC-
TUS a pretore in templum rex et dicere
iussus / perseverassem inquit tacere p. c. nisi rhodiorum legatio-
nem mox vocaturos vos scirem / et illis auditis mihi necessitatem fore dicen-
di / que quidem eo difficilior oratio erit / quod postulata eorum futura sunt / ut
non solum nihil quod contra me sit. sed ne quod ad ipsos quidem proprie
pertineat. petere videantur / Agent enim causam civitatum grecarum / et libe-
rari eas dicent debere / quo impetrato cui dubium est quin et a nobis aver-
suri sint. non eas modo civitates que liberabuntur. sed etiam veteres sti-
pendiarias nostras / sibi autem tanto obligatas beneficio verbo / socios / re
vera subiectos imperio / et obnoxios habituri sint / Et si diis placet quom
has tantas opes affectabunt / dissimulabunt ulla parte id ad se pertinere.
vos modo id decere et convenienss esse antefactis dicent / Hec vos ne
decipiat oratio / providendum erit / nobis / ne vestros non solum inequaliter alios
nimium deprimatis ex sociis vestris / alios preter modum extollatis / sed etiam
ne qui adversus vos arma tulerint / meliore statu sint / quam socii aut a-
mici vestri / quod ad me attinet / in hiis rebus cessisse intra finem iuris
mei cuilibet videri malim / quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tendis-
se / Sin certamine ante benivolentie vestre amicicie erga vos honoris / quia
nobis habebitur minime equo animo vinci possum / Hanc ego maximam
hereditatem accepi a patre qui primus omnium Asiam et Greciam in
colentium in amicitiam venit / vestram eamque perpetuam constanti fide

ad extremum finem vite perduxit. Nec animum dumtaxat nobis fidelem ac
bonum prestitit. sed omnibus interfuit bellis, que in grecia gessistis terre-
stribus navalibus omni genere commeatuum. Ita ut nemo sociorum vestrorum ulla
parte equari posset, vos adiuvit. Postremo cum boetios ad societatem nos-
tram hortaretur in ipsa contione intermortuus haud multo post expi-
ravit. Huius ergo vestigia ingressus voluntate quidem et studio incolendis
nobis adiicere etenim inexsuperabilia hec erant. Nihil potui rebus ip-
sis meritisque et impensis officiorum ut superare possem fortuna tempora
Antiochus et bellum in asia gestum prebuerunt materiam. Rex Asie
et partis Europe Antiochus filiam suam in matrimonium mihi dabat, resti-
tuebat ex templo civitates que defecerant a nobis magnam spem in
posterum amplificandi regna faciebat. Si secum adversus vos bellum gessis-
sem non gloriabor eo, quod in vos nondeliquerim illa potius que vetustissima
domus nostre vobiscum amicitia digna sunt referam. Pedestribus navali-
busque copiis ut nostrorum sociorum nemo me equiperare posset. Imperato-
res vestros adiuvi, commeatus terra marique suppeditavi, navalibus pugnis
que multis locis facta sunt omnibus affui nec labori aut periculo meo
usquam peperci. Quod miserrimum est in bello obsidionem passus sum perga-
mi inclusus cum discrimine ultimo simul vite, regnique liberatus. deinde obsi-
dione cum alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcem regni mei castra
haberent. relictis meis rebus tota classe ad Hellespontum L. Scipioni con-
suli vestro occurri, ut in traiciendo exercitum adiuvarem, postquam in Asiam
exercitus vester est transgressus, numquam ab consule abscessi. Nemo miles romanus
magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego fratresque mei, nulla expedi-
tio nullum equestre prelium sine me factum est, in acie ibi steti, eam partem sum
tutatus in qua me consul esse voluit. Non sum hoc dicturus p. c. quis
hoc bello meritis erga vos mecum comparari potest, ego nulli omnium neque
populorum neque regum, quos in magno honore habetis. non ausim me
comparare. Masinissa hostis vobis antequam socius fuit. nec incolumi
regno cum auxiliis suis, sed ex terris expulsus. amissis omnibus copiis,
cum turma equitum in castra confugit vestra. Tamen quoniam quidem in
Africam adversus Syphacem et Carthaginienses fideliter atque impigre
vobiscum stetit, non in patrium solum regnum restitutus. sed adiecta opu-
lentissima parte Syphacis regni, prepotentem inter africe reges fecis-
tis. Quo tandem igitur nos premio atque honore digni apud vos sumus
qui numquam hostes semper socii fuimus. Pater ego fratres mei non asia tantum. sed
etiam procul ab domo in peloponnesso in Boetia in Etolia philippi Antiochi
etolico bello terra marique pro vobis arma tulimus. Quid ergo postulas di-
cat aliquis. Ego p. c. quoniam dicere volentibus nobis utique parendum est si nos

ea mente

ea mente ultra thaurum iuga Antiochum emouistis. ut ipsi teneretis eas terras. nullos ac-
colas. nec finitimos habere. quam uos malo. nec ulla re alia tutius stabiliusque reg-
num meum futurum spero. Sed si uobis decedere inde. atque exercitum deducere
in animo est. neminem digniorem esse ex sociis uestris. qui bello a uobis parta
possideat. quam me dicere ausim. At enim magnificum est liberare ciuitates seruas
ita opinor si nihil hostile aduersus uos fecerunt. Sin autem Antiochi partis
fuerunt. quanto est uestra prudentia et equitate dignius sociis benemeritis quam
hostibus uos consulere. Grata oratio regis. patribus fuit. et facile apparebat
munifice omnia et propenso animo facturos. Interposita breuis Smyrneorum
legatio erat. quia non aderant quidam rhodiorum. Collaudatis egregie Smyrneis
qui omnia ultima pati quam regi se tradere maluissent. INTRO
DUCTI rhodii sunt quorum princeps
legationis expositis initiis amicicie cum po. ro. meritisque
rhodiorum philippi prius. deinde antiochi bello. nihil inquit nobis tota nostra
actione p. c. neque difficilius neque molestius est. quod cum Eumene nobis discepta-
tio est cum quo uno maxime regum et priuatim singulis. et quod magis nos mouet
publicum ciuitati nostre hospitium est. Ceterum non animi nostri p. c. nos sed
rerum que potentissima est disiungit. ut nos liberi. etiam aliorum libertatis causam
agamus. Reges serua. omnia et subiecta imperio suo esse uelint. Utcumque res sese
tamen habet magis uerecundia nostra aduersus regem nobis obstat quam ipsa dis-
ceptacio. aut nobis impedita est. aut uobis perplexam deliberationem prebi-
tura uidetur. Nam si alter socio atque amico regi et bene merito hoc ipso in bello
de cuius premiis agitur. honos haberi nullus posset. nisi liberas ciuitates tra-
deretis ei esset deliberatio anceps. ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis
aut decederetis instituto uestro. gloriamque philippi bello partam nunc seruitute
tot ciuitatum deformaretis. Sed ab hac necessitate. aut gratie in amicum minuen-
de. aut glorie uestre. egregie uos fortuna uindicat. Est enim deum benignitate
non gloriosa magis quam diues uictoria uestra que uos facile isto uelut ere ali-
eno exoluat. Nam et lycaonia et ~~phr~~ phrygia utraque et pisidia omnis
chersonessus queque circumiacent. Europe in uestra sunt potestate. quarum una
quelibet regi adiecta multiplicare regnum Eumenis potest. Omnes uero date.
maximis eum regibus preferre. licet ergo uobis et premiis belli ditare socios.
et non decedere instituto uestro debetis. et meminisse que titulum pretende-
retis prius aduersus philippum. nunc aduersus Antiochum belli quid feceritis
philippo uicto. nunc quid a uobis non magis quia fecistis quam quia id uos facere
deceret. desideretur atque exspectetur. Alia enim aliis et honesta et probabi-
lis est causa armorum. Illi agrum. hii uicos. hii oppida. hii portus. oramque aliquam
maris. ut possideant. uos nec cupistis. hec antequam haberetis. nec nunc cum orbis
terrarum in dicione uestra sit. cupere potestis pro dignitate et gloria apud

omne humanū genus/ quod uestrū nomen imperiūq; iuxta ac deos immortales iaz
pridem intuetur pugnatisque parare et querere arduū fuit · nescio an tueri
difficilius sit/ gentis uetustissime nobilissime q; uel fama rerū gestarū uel omni co
mendatione humanitatis/ doctrinarūq; tuendam ab seruitio regio libertatem susce
pistis/ hoc patrocinū recepte in fidem et clientelam uestram uniuerse perpe
tuū nos prestare decet · non que in solo modo antiquo grecie magis urbes sunt
q̃ colonie earum illinc quondam profecte in asiam / nec transmutata mutauit
genus aut mores · Certare pro certamine cuiuslibet bone artis ac uirtutis ausi
simus cū parentibus nostris queq; ciuitas et conditoribus suis · Adistis asie urbes
pleriq; nisi q longius a uobis absumus / nulla uincimur alia re · Massilienses qu
os si natura insita uel ingenio terre uinci posset / iam pridem efferauissent
tot indomite circūfuse gentes in eo honore · in ea merito dignitate audiuimus apud
uos esse · ac si medium umbilicum grecie incolerent / Non enī sonū non lingue
uestitum habitumq; · sed ante omnia mores et leges / et ingeniū sincerū integrūq; a
contagione accolarum seruauerunt / Terminus est nunc imperii uestri monstratus
quicquid intra eū cardinem est · nihil uobis longinquū uideri uidet / quo arma per
uenerunt / Eodem ius hinc profectū perueniat / barbari quibus pro legibus semper
dn̄orū imperia fuerunt · quo gaudent reges / habeant · greci suam fortunā ue
stros animos gerunt / domesticis quondam uiribus esse imperiū amplectebantur ·
Nunc imperiū ubi est / ibi ut sit perpetuū / optant · libertatem uestris tueri armis satis ha
bent · qm̄ suis nō possunt · At enī quedam ciuitates cū anthiocho senserunt · et
alie prius cum philippo · et cū pyrrho tarentini · ne alios populos enumerem · char
tago libera cū suis legibus est · hinc uestro exēplo quantū debeatis uidete · p · c
inducetis / negare Eumenis cupiditati / quod iustissime ire uestre negastis Rho
dii et in omnibus bellis que in ora illa gessistis q̃ forti fideliq; opera uos
adiuuerimus / uestro iudicio relinquimus / nūc in pace consiliū id afferimus
quod si comprobaueritis · magnificentius uos uictoria usos esse · q̃ uicisse oēs
existimaturi sunt / apta magnitudini romane oratio uisa est /

POST rhodios Anthiochi legati uocati sunt / petentiū more uenia
erroris fassi regis obtestari · p · c · ut sue potius clementie · q̃ regis culpe qui
satis superq; poenarū dedisset · confirmarent auctoritate sua / et senatus eam pacē
seruandam censuit / Et paucos post dies populus iussit / In Capitolio foedus cum
Antipatro principe legationis et eodem foedus cū filio regis Antiochi ē ictum
Audite deinde et alie legationes ex Asia sunt / Quibus omnibus datū ē respō
sum / decem legatos more maiorū maiorū senatū missurū ad res asie dis
ceptandas componendasq; / Summam tū hanc fore / ut cis thaurū montem
que intra regni antiochi fines fuissent / Eumeni attribuerent · preter li
ciam cariamq; usq; ad meandrū amnem / Hec ciuitates rhodiorū essent
cetere ciuitates asie que Atali stipendiarie fuissent eedem Eumeni

vectigal penderent. que vectigales antiochi fuissent hec libere atque immunes
essent. DECEM legatos hos decreverunt. Q. Mynutium Ruffum
L. Furium purpurionem. Q. Mynutium Termum. Appium clau-
dium Neronem. Cn. Cornelium Merulam. M. Iunium brutum. L. Aurunculeium. L.
emilium paulum. P. Aulium Tuberonem. His que presentis disceptationis essent
libera mandata. de summa rerum Senatus constituit. Lycaoniam omnem et
phrygiam utramque et Mysias regias silvas et lidie ioniequе extra opida
que libera fuissent quo die cum rege Antiocho pugnatum est. et nominatim
Magnesiam et Assypilum et Cariamque hydrella appellatur. agrumque hydrela-
tanum ad phrygiam vertentem. et castella vicosque ad Meandrum amnem in
si que libera ante bellum fuissent. Telmessontem nominatim. et castra Telmessium
preter agrum qui ptolomei Telmessii fuisset. Hec omnia que supra sunt scripta
regi Eumeni iussa dari. Rhodiis licia data extra eundem Thelemessum et
castra thelemensium. et agrum qui ptolomei thelemessi fuisset. Hec et ab Eu-
mene et rhodiis excepta. ea quoque his pars data carie. que prope ortho-
num insulam trans Meandrum amnem est. oppida. castella. vici agri qui ad pisidi-
am vergunt. nisi que eorum oppida in libertate fuissent. pridie quam cum Antiocho
rege in Asia pugnatum est. pro his quoniam gratias egissent. rhodii de solis
urbeque in cilicia est egerunt. Argis et illos sicut sese oriundos esse. petere
hoc extraordinarium munus. ut eam civitatem ex servitute regia eximeret.
Vocati sunt regis Antiochi legati. actumque cum his est. nec quicquam impetratum
testante foedera Antipatro. adversus que ab rhodiis non solos sed Ciliciam
peti et iuga thauri transcendi. revocatis in senatum rhodiis cum quanto opere
tenderet legatus regius exposuissent patres. adiecerunt si utique eam rem
ad civitatis sue dignitatem pertinere censerent rhodii senatum omni modo
expugnaturum pertinaciam legatorum. tum vero impensius quam ante rhodii
gratias egerunt. cessurosque se potius arrogantie antipatri quam causas turbande
pacis prebituros dixerunt. Ita nihil de solis mutatum est. Per eos dies quibus
hec gesta sunt. legati massiliensium nuntiaverunt. L. Bebium dinitem pretorem
in provinciam proficiscentem hispaniam. ab liguribus circumventum. magna par-
te comitum cesa vulneratum ipsum cum paucis sine lictoribus massiliam perfugisse.
et intra triduum expirasse. Senatus ea re audita. decrevit ut P. Iunius brutus
qui pro pretore in Hetruria esset provincia exercitu tradito cui videtur
ex legatis ipse in ulteriorem hispaniam proficisceretur ea que ei provincia
esset. Hoc S. C. littereque a Sp. postumio pretore in Hetruria misse sunt.
profectusque in Hyspaniam est P. Iunius propretor. in qua provincia prius aliquanto quam
successor veniret. L. Emilius paulus. qui postea regem persem magna gloria
vicit. cum priore anno haud prospere rem gessisset. tumultuario exercitu col-
lecto signis collatis cum lusitanis pugnavit. fusi fugatique hostes. cesa. xviii. ar-

matorum milia · ccc · capti · et castra expugnata . Huius victorie fama tranquilliores
in hispaniam res fecit · Eodem anno ante diem tertium kl. Ian. bononiam latinam co-
loniam ex senatus consulto · l. valerius flaccus · M. attilius seranus · l. valerius tappo
triumviri deduxerunt tria milia hominum sunt deducta equitibus · l. septuaginta iu-
gera · ceteris colonis quinquagena sunt data · ager captus de gallis bois fuerat
galli tuscos expulerunt · EODEM anno censuram multi et clari
viri petierunt que res tamquam in se parum magni certami-
nis causam haberet / aliam contencionem multo maiorem excitavit petebat / T. Quin-
tius flamininus · P. cornelius cn. filius scipionis / l. valerius flaccus · M. portius
cato · et Gelius claudius · M. actilius Glabrio qui antiochum ad termopylas etolosque
devicerat / In hunc quod multa maxime congiaria habuerat quibus magnam partem homi-
num obligarat favor populi se inclinabat · Id cum egre paterentur tot nobiles / novum
sibi hominem tantum preferri / P. sempronius Gracchus et · C. Sempronius Rutilus ei di-
em dixerunt quod pecunie regie predeque aliquantum capte in anthiochi castris neque
in triumpho tulisset / neque in erarium detulisset / Varia testimonia legatorum tri-
bunorumque militum erant / M. cato ante alios testis conspiciebatur · cuius auctoritatem
perpetuo tenore vite partam toga candida elevabat / Is testis que vasa au-
rea atque argentea captis castris / inter aliam predam regiam vidisset ea se in
triumpho negabat vidisse · Postremo in huius maxime invidiam desistere se pe-
titione Glabrio dixit / quando quidem taciti indignarentur nobiles homines ·
Ideoque novus competitor inestimabili periurio incesseret · centum milium mul-
cta irrogata erat / bis de ea certatum est / tercio cum de petitione destitisset reus ·
nec populus de multa suffragium voluit ferre / et tribuni eo negotio destiterunt
Censores · T. Quintius flamininus · M. claudius Marcellus creati · PER
eosdem dies · L. Emilio Regillo · qui classe prefectum antiochi devicerat
regis extra urbem in ede Apollinis quoniam senatus datus esset / auditis rebus
gestis eius quantis cum classibus hostium dimicasset · et quot inde naves demersisset ·
aut cepisset magno consensu patrum triumphus navalis est decretus / triumphavit
kal. februariis · in eo triumpho unde quinquaginta corone auree translate sunt pecunia
nequaquam tanta pro specie regii triumphi / tetradrachma attica xxxiiii · cc · cistofori
c · xxxii · ccc · Supplicationes deinde fuerunt ex · S · C · quod · l · Emilius in grecia
hispania prospere rem publicam gessisset · HAUD ita multo post Sci-
pio ad urbem venit · qui ne cognomine fratri cederet ·
asiaticum se appellari voluit / et in contione et in senatu de rebus a se gestis disse-
ruit · Erant qui fama id maius bellum quam difficultate rei fuisse interpretarentur ·
uno memorabili proelio debellatum gloriamque eius victorie defloratam ad
termopilas esse · / Ceterum vero existimanti etolicum magis ad termopilas
bellum quam regium fuit · quota enim parte virium suarum ibi dimicavit antiochus
In asia totius asie steterunt vires ab ultimis orientis / in omnium gentium contractis

auxiliis: merito ergo ex diis inmortalibus quantus maximus poterat habitus ē honos. q ingentem victoriam etiam facilem fecissent/ Imperatori triūphus est decretus. triumphauit mense intercalario ṗdie kal. marcii/ qui triumphus spectaculo oculorū maior/ q̄ africani fratris fuit/ recordatione rerū et existimatione periculi/ certaminisq3 non magis comparandus illi/ q̄ si Imperatorē Imperatori/ aut Antiochū duci Hanibali conferres./ tulit in triumpho signa militaria. cc. xxiiii. oppidorū simulacra. c. xxxiiii. eburneos dentes m. cc. xxxi. aureas. coronas. cc xxiiii. Argenti pondo c xxxvii. cccc xx. terrāmū. atticorū cc. xxiiii. cistophori. ccc xxi. lxxi nūmos aureos phylippeos. clx. vasorū argenteoꝝ omnia celata erant. in pondo. cccc xx. aureoꝝ pondo. xxiiii. et duces regii prefecti et purpurati duo et triginta ante currū ducti militibus quini viceni denarii dati duplex centurioni. triplex equiti et stipendiū militare. et frumentū duplex post triumphū datū prelio in asia facto duplex dederat. triūphauit anno fere postq̄ consulatu abiit./

EODEM fere tempore et CN. Manlius consul in assiam et Q. fabius labeo pretor ad classem venit. Cetm̄ consuli nō deerat cū gallis belli materia. mare pacatum erat/ devicto antiocho/ cogitanti q3 fabio. cui rei potissimū insisteret. ne ociosam prouinciā habuisse videri posset/ optimū visam esse meritam insulam trancere Cydomate bellū aduersus cortinos Gnosiosq3 gerebant. et captiuorū romanorū atq3 ytalici generis magnus numerus in seruitute ee per totam insulam dicebatur. Classe ab epheso profectus. quom ṗmū. Crete litus attigit/ nūcios circa ciuitates misit ut armis absisterēt. captiuosq3 in suis queq3 urbibus agrisq3 conquisitos reducerent/ et legatos mitteret ad secum. quibus de rebus ad cretenses pariter romanosq3 pertinentibus ageret nihil magnopere ea cretenses mouerut captiuos preter cortinos nulli reddiderūt. Valerius ancias ad quatuor milia captiuoꝝ. quia belli minas timuerūt/ ex tota insula redita scripsit/ Eamq3 causam fabio quom̄ rem nullam aliam gessisset/ nauabis triumphi Impetrandi ab Senatu fecisse/ Ac Ephesium fabius rediit Inde tribus nauibus in thracie oram missis ab Etio et Maronia presidia Antiochi deduci iussit/ ut in libertate hee ciuitates essent./

liber octauus incipit

QVUM. IN. ASIA. BELLŪ geritur ne in Etolia quidem quiete res fuerant/ principio agente Atamanū orto/ Atamania ea tempestate pulso Amynandro/ sub prefecti philippi regio tuebatur/ presidio/ qui superbo atq3 inmodico Imperio desiderū Amynandri fecerant/ Exulanti Amynandro in

Etolia litteris suorū indicantiū statū Athamanię spes recuperandi regni facta est. remissisq; ab eo nunciant principibus Argitheam id enī caput Athamanię erat si populariū animos haberet satis perspectos. Impetrato ab Etolis auxilio in Athamaniam se venturū delectis quod consiliū esset gentis et Nicandro pretore. quos ubi ad omnia paratiores ēē vidit. certiores subinde facit quo die deinde cū exercitu Athamaniam ingressus esset. quatuordecī p̄mo fuerunt coniurati adversus macedonū presidiū bis senos sibi adiutores ad rem gerendam assūpserunt. deinde paucitate parū freti quę celandę rei q̄ agendę aptior erat parē priori numerū adiecerūt. Ita duo et quinquaginta facti quadrifariam se diuiserūt pars una Heracleam. Altera tetrasiliā petit ubi custodia regię pecunię esse solita erat. tercia teudoriā. quarta Argitheam. Ita inter omnes conuenit. ut prima quiete velut ad priuatā rē agendam venissent. in foro obuersarentur. die certa multitudinē omnes conuocarent ad presidia macedonū arcibus expellenda. ut ea dies aduenit et Amynander cū mille Etolis se in finibus posuerat ex composito simul quatuor locis presidia macedonū expulsa. litterę q; in alias urbes passim dimissę ut vindicarent se ab impotenti dn̄atione philippi et restituerent in pristinū ac legittimū regnū. Undiq; macedones expelluntur. Coum oppidū litteris a Genone prefecto presidij interceptis. et arce ab regiis occupata paucos dies obsidentibus restitit. deinde id quoq; traditū Amynandro est et omnis athamania in potestate erat preter Athneū castellū finibus macedonię subiectū. philippus audita defectione Athamanię cū sex milibus armatorū profectus ingenti celeritate Gomphos peruenit. Ibi relicta maiore parte exercitus neq; enī ad tanta itinera sufficerent cū duobus milibus Athneū quod unū retentū a presidio suo fuerat peruenit inde proximis tentatis quom facile animaduertisset cetera hostilia esse. Gomphos regressus omnib; copiis simul in athamaniam redit. Genonem inde cū mille peditibus premissū copam occupare iubet oportune Argythec imminentem. quē ubi teneri a suis locū vidit. ipē circa templū Iouis sacra posuit castra. ubi unū diem foeda tempestate retentus. postero die ducere ad Argytheā intendit. euntibus extemplo apparuere athamanes in tumulos imminētes vię discurrentes. ad quorū conspectū consistere p̄ma signa. totoq; agmine pauor et trepidatio erat. et pro se quisq; quidnam futurū esset cogitare. si in ualles subiectas rupibus agmen dimissum foret. Hęc tumultuacio regem cupientem. si sequerentur rapti euadere angustias reuocare primos et eadem qua venerat via referre signa coegit. Athamanes p̄mo ex internallo quieti sequebantur. postq̄ Etoli se commiscuerūt. hos ut ab tergo agmini instarent reliquerūt. ipsi a lateribus se circūfuderūt. quidam per notos calles breuiore via progressi transitus insidere. Tantusq; tumultus

macedonibus est incitamenti fuge magis effuse quam itineris ordinati/modo ut multis armis uirisque relictis/ flumen transcerent. hic finis sequendi fuit. Inde tuto macedones Gomphos et Gomphis in macedoniam redierunt. Athamanes e-tholique copiam ad Zenonem ac mille macedones opprimendos undique con-currerunt. Macedones parum loco freti/ ab copa in altiorem diruptioremque undique tumulum concessere. quo pluribus ex locis aditu inuento/ expulere eos. Atha-manes dispersos: et per inuia te atque ignotas rupes/ iter fuge non expedien-tes partim ceperunt. partim interfecerunt: multi pauore inde rupta precipi-tati perpauci cum Zenone ad regem euaserunt. Postea per indutias sepelien-di cesos/ potestas data est.

AMINANDER

recuperato regno legatos et romam ad senatum et ad Scipiones in asiam Ephesi/post magnum cum anthi-ocho prelium morantes misit. pacem petebat. excusabatque sese/ quod per Eto-los recuperasset paternum regnum/ philippum incusabat. Etoli ex athamania in Amphilocos profecti sunt/ et maioris partis uoluntate inditionem iussique totam redigerunt gentem/ Amphilochia recepta/ Nam fuerat quondam Etolo-rum/ tandem spem in apantiam transcenderunt. Ea quoque magna ex parte sine certamine in deditionem uenit/ dolopes numquam Etolorum fuerant/ philippi erant. Hi primo ad arma concurrerunt/ Ceterum postquam amphilocos cum Etolis esse fugamque ex athamania. philippi et necem presidii eius accepere. et ipsi a philippo ad Etolos defecerunt/ Quibus circumiectis gentibus iam undique se a macedonibus tutos credentibus esse/ Etolis fama affertur Antiochum in asia uictum ab a romanis. nec ita multo post legati ab roma rediere sine spe pacis/ fuluiumque consulem nuntiantes cum exercitu iam traiecisse His territi prius ab Rhodo et athenis legationibus excitis ut per auctoritatem ciuitatum earum sue preces nuper repudiate faciliorem aditum ad senatum haberent princi-pes gentis ad tentandam ultimam spem romam miserunt/ nihil ne bellum haberet priusquam pene in conspectu hostis erat premeditati.

IAM

M. fuluius Apolloniam exercitu traiecto cum Epyrotarum principibus consul-tabat unde inciperet/ Epyrotis Ambrachiam placebat aggredi que contribuerat se Etolis. si-ue ad tuendam eam uenerunt Etoli /apertos circa campos ad dimicandum esse. siue detrectarent pugnam/ oppugnationem fore haud difficilem/ Nam et copiam in propinquo materie ad aggeres excitandos et cetera opera esse. et arethontem nauigabilem amnem opportunum ad comportanda que usui essent preter ipsa moenia fluentem et estatem aptam rei agende adesse. his persuaserunt ut per Epyrum/ consuli ad ambrachiam uenienti magni operis oppugnatio uisa est.

AMBRACHIA

chem tumulo aspero sub-iecta est. per Ambrachem incole uo-cant/ urbs qua murus uergit in campos. et flumen occidentem arx que tumulo

posita est orientem spectat amnis a Retho et acarnania fluens cadit in sinum maris ab nomine propinque urbis ambrachium appellatum/ preter quam quod hinc amnis munit hinc tumuli, muro quoque firmo septa erat. patentem circuitu paulo amplius trium milium passuum. F. bina campo castra modico inter se distancia intervallo unde castellum loco edito contra arcem obicit Ea omnia vallo ac fossa cingere parat/ ne exitus inclusis ab urbe ne ue aditus foris ad auxilia intromittenda esset/ sed ad famam oppugnationis Ambrachie statim iam edicto Nycandri pretoris convenerant etoli/ inde primo copiis omnibus ad prohibendam obsidionem venire in animo fuerat/. deinde postquam urbem magna ex parte operibus septam viderunt epyrotarum trans flumen loco plano castra posita esse dividere copias placuit/ cum mille expeditis Eupolemus Ambrachiam profectus/ per nodum commissa inter se munimenta/ urbem intravit/ Nycandro cum ceteris primo epyrotarum castra nocte aggredi consilium fuerat haud facili ab romanis auxilio/ quia flumen intereat. deinde periculosum inceptum ratus. ne qua romani sentirent et regressus inde in tutum non esset deterritus ab hoc consilio/ ad depopulandam Acarnaniam iter convertit/ Consul iam munimentis. quibus sepienda urbs erat iam operibusque admonere muris parabat. perfectis quinque simul locis moenia est aggressus/ tria paribus intervallis faciliora aditu a campo adversus pyreum quod vocant admotis vineis adversus arcem/ arietibus muros quatiebat/ asseribus falcatis detergebat. pynnas/ oppidanos primo et ad speciem et ad ictus moenium terribili sonitu editus/ pavor et trepidatio cepit. deinde ut preter spem stare muros viderunt. collectis rursus animis in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipes robustos incuciebant. falces anchoris ferreis iniectis interiorem partem muri trahentes/ asserem prefringebant Ad hoc eruptionibus nocturnis in custodias operum et diurnis in stationes ultro terrorem inferebant/ In hoc statu res quoniam ad ambrachiam essent/ iam Etoli a populatione acarnanie stratum redierant/ inde Nycander spem nactus soluende incepto forti obsidionis/ Nicodamum quendam cum etolis quingentis Ambrachiam intres mittit/ Noctem certam tempusque etiam noctis instituunt. quo et illi ab urbe opera hostium. que adversus pyreum erant aggrederentur. et ipse ad castra romana terrorem facere posset/ ratus ancipiti tumultu/ et nocte augente pavorem memorabilem rem geri/ et Nycodamus intempesta nocte quoniam alias custodias fefellisset/ per alias impetu constanti erupisset/ superato brachio/ in urbem penetrat/. Animique aliquantulum ad omnia audenda et spei obsessis adierit. et simul constituta nox evenit/ ex composito repente opera est aggressus Id inceptum conatu quam effectu gravius fuit/ quia nulla ab exteriore parte vis admota est/ seu metu deterrito pretore etolorum seu pocius quia visum est Amphilochis opem ferre nuper receptis/ quos perseus phylippi filius, missus/ ad dolopiam amphylocosque recipiendos/ summa vi op-

pugnabat, Tribus locis sicut ante dictũ est / ad pyreũ opera romana erat
q̃e om̃a simul / sed nec apparatu nec in simul etoli aggressi sunt. Alii cum
ardentibus facibus / Alii stupam picemq; et malleolos ferentes tota col
lucente flam̃is acie aduenere / multos p̃mo impetu custodes oppresserũt
deinde postq̃ clamor tumultusq; in castra est perlatus / datũq; a con
sule signũ / arma capiunt / et om̃ibus portis ad opem ferendam effundũt.
Uno in loco ferro igniq; gesta res ẽ / a duobus / irrito incepto cũ tẽptassent
magis q̃ iniissent certamen / Etoli abscesserunt. Atrox pugna
in unũ locũ inclinauerat ubi diuersis partibus duo duces Eupolemus
et Nicodamus pugnantes hortabantur / et certa prope fouebant spe. iã
Nycandrũ ex composito affore: et terga hostiũ inuasurũ. Hec res ali
q̃diu animos pugnantiũ sustinuit. Ceterũ postq̃ nullũ ex composito sig̃nũ
a suis accipiebant: et crescere numerũ hostiũ cernebant destituti / segniꝰ
instare; Postremo re omissa iam uix tuto receptu fugientes in urbem cõ
pelluntur, parte operũ incensa / et pluribus aliq̃nto q̃ ipsi ceciderant in
terfectis; q̃ si ex proposito acta res fuisset; haud dubiũ erat expugnari
una utiq; parte opera cũ magna cede hostiũ potuisse. Ambracienses quiq;
intus erant etoli non ab eius solũ noctis incepto restituere: sed in reliquũ
quoq; tempus uelut proditi a suis / segniores ad pericula erant, Iam ne
mo eruptionibus ut ante in stationes hostiũ. sed dispositi per muros
et turres ex tuto pugnabant. Perseus ut adesse etolos audiuit omissa
obsidione urbis quam oppugnabat / depopulatus tm̃ agros / amphylochiam
redit. et etolos inde auocauit. Populatio maritime ore pleuratus yllirioru
rex cũ sexaginta lebis Corynthium sinũ inuectus / acheorũ que partis erant
nauibus maritima etoli e uastabant / aduersus quos mille etoli missi / quocũq;
se classis circũegerat / per littorũ anfractus breuioribus semitis occurre
bant. Et romani ad ambraciam pluribus locis quatiendo arietibus muros
aliquantulũ urbis nudauerant / nec tm̃ penetrare in urbẽ potuerant. Nam
et pari celeritate nouus pro diruto muris obiiciebatur / et armati super
stantes ruinis instar munimenti erant. Itaq; cũ consuli aperta ui parũ procedet
consuli res / cuniculũ occultũ uineis ante contecto loco agere instituit. et aliq̃
diu cũ dies noctesq; in opere essent. non solũ sub terra fodientes. sed egerẽ
tes etiã humũ fefellere hostem. CVNICVLVS
repente terra eminens index operis
oppidanis fuit, pauidiq; ne iam sub rutis muris facta in urbem uia esset fos
sam intra murũ e regione eius operis quod uineis contectũ erat ducere
instituunt / cuius ubi ad tantam altitudinem quante esse solũ infimũ cuniculi
poterat peruenerunt: silencio facto pluribus locis. aure admota sonitũ fodiẽ
tiũ captabant. Que ubi acceperũt aperiunt rectam in cuniculũ uiam. ne

que

fuit magni operis/ momento enī et maniem responso furculis ab hostibus muro
peruenerūt Ibi cōmissis operibus tu3 effossa in cuniculū pateret iter· pmo ipsis
ferramentis quibus in opere usi fuerant/ deinde celeriter armati eaā sube
untes/ occultam sub terram ediderunt pugnā/ Segnior deinde ea facta est
intus sepientibus cuniculū ubi uellent nūc alijs cilicijs pretentis· nūc foribus raptim
obiectis· Nona etiam haud magni operis aduersus eos/ qui in cuniculō erant
excogitata res/ doliū a fundo pertusum qua fistula modica inseri posset et fistu
lam ferream/ operculūq3 doliū ferreū/ et ipsum pluribus locis perforatū fe
cerunt· Hoc tenui pluma completū doliū/ ore in cuniculū uerso posuerūt
per operculi foramina prelonge haste quas sarissas uocant ad summouēdos
hostes eminebant· scintillam leuem ignis inditam plume folle fabrili ad capt
fistule imposito/ flando accenderunt/ Inde non solum magna uis fumi sed a
crior etiam foeda quodam odore ex adusta pluma/ cū totū cuniculū adim
plesset· uix durare quisq̄ intus poterat/ Cum in hoc statu ad ambrachiam
res esset/ legati ab etolis pheneas et damocles cū liberis mandatis decreto
gentis/ ad consulem uenerunt/ Nam ptor eorū cum alia parte Ambrachiam
oppugnari cerneret/ Alia infestam orā nauibus hostiū esse Alia amphylo
cos dolopiam a macedonibus uastari/ Nec etolos simul ad tria diuersa bella
occursantes sufficere·/ Conuocato consilio etolos principes quid agendū esset
consuluit/ omniū eo sententie decurrerunt ut pax si posset equis si minus
tollerandis conditionibus peteretur/ Antiochi fiducia bellū susceptū Antio
cho mari terraq3 superato et prope ex orbem terre ultra iuga thauri ex
acto/ quā spem esse sustinendi belli/ pheneas/ et a damocles quod ex re eto
lorū ut in tali casu fideq3 sua esse censerent agerent/ quod enī sibi cō
siliū· aut cuius rei electionē/ fortuna reliquit CVIIII hiis manda
tis missi orare consulem ut misereretur gētis quondam
socie nolle dicere iniurie· certe coacto insanire· nō plus mali meritos
etolos Antiochi bello· q̄ boni ante/ cū aduersus philippū bellatū sit/ fecisse·
nec tum relatam sibi gratiam large/ nec tum inmodice penam inrogari
debere/ Ad ea consul respondit magis sepe q̄ uere/ unq̄ etolos pacē
petere/ imitarentur Antiochum in petenda pace· q̄ in bellū traxissent
nō paucis urbibus eū· de quarū libertate certatū sit· sed omni asia cer
tatū sit· sed omni asia cis thaurū montē optimo regno excessisse· Etolos
nisi inermes de pace agentes non auditurū se/ arma prius illi equos esse
tradendos/ deinde M ille talentū argenti po· ro· dandum/ cuius summe preses
dimidiū maneret· si3 si pacem habere uellent/ ad ea adiecturū eaā In
foedus esse ut eosdem quos po· ro· amicos atq3 hostes habeant/ Aduer
sus que legati et quia grauia erant· et quia suorū animos indomitos ac
immutabiles nouerāt/ nullo reddito responso domū regressi sunt· ut

etiam atque etiam quid agendum esset re integra pretorem et principes consulerent ·
Clamore et iurgio excepti quod rem retraherent · qualemcumque pacem referre iussi. Cum
redirent ambrachiam Acarnanum insidiis prope viam positis cum quibus bellum
erat: circumventi · tereum custodiendi deducuntur. Hec mora iniecta est paci ·
quoniam iam atheniensium rhodiorumque legati qui ad deprecandum pro his venerant
apud consulem essent / Amynander quoque athamanum rex fide accepta venerat
in castra romana / magis pro ambrachia ubi maiorem partem temporis ex
ulaverat · quam pro etolis sollicitus / per hos certior factus consul de casu legatorum
adduci eos a Thyrreo iussit / quorum post adventum agi ceptum est de pace. Amy
nander quod sui maxime operis erat / impigre agebat / ut Ambrachienses compelleret
ad deditionem. Id cum per colloquia principum succedens muris parum proficeret ·
postremo consulis permissu ingressus urbem / partim consilio / partim precibus evicit /
ut permitterent se romanis. / ETOLOS C. valerius levinus
qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat fra
ter consulis / matre eadem genitus / egregie adiuvit / Ambrachienses prius
pacti ut etolorum auxiliares sine fraude emitterent / aperuerunt portas. De
inde quingenta eubita ut darent talenta ex quibus ducenta presentia · tre
centa per annos sex pensionibus equis / captivos / perfugasque redderent ro
manis / urbem neque formule sui iuris facerent / que post id tempus quo titus
Quintius traiecisset in greciam / aut vi capta a romanis esset / aut voluntate in
amicitiam venisset / Cephalonia insula / ut extra ius federis esset / Hec quamquam
spe ipsorum aliquantum leviora essent / Etolis petentibus / ut ad concilium refer
rent / permissum est / parva disceptatio de urbibus tenuit / que cum sui iuris ali
quando fuissent / avelli velut a corpore suo egre patiebantur / ad unum omnes
tamen pacem peti iusserunt / Ambracienses coronam auream consuli · C · L · pondo
dederunt / Signa erea marmoreaque et tabule picte quibus ornatior est am
brachia / quia regia ibi pyrrhi fuerat / quam cetere regionis eius urbes erant /
sublata omnia avectaque / nihil preterea motum violatumve / profectus ab am
brachia consul / in mediterranea etolie ad agros Amphylocum · xxii · milia ab am-
brachia est · castra posuit / Eo tandem legati etoli mirante consule quod mora
rentur venerunt / Inde postquam approbasse pacem concilium etholorum accepit /
iussis proficisci romam ad senatum permissoque / ut et rhodii et athenienses depre
catores irent · dato qui simul cum eis proficisceretur · C · valerio fratre / ipse in
cephalonam traicit / PREOCCUPATAS
aures / animosque principum
rome / criminibus phylippi invenerunt / qui per legatos litterasque dolopas amphy
locosque · x · Atamaniam sibi querens ereptas / presidiaque sua. Postremo filium etiam
persea ex amphylochis pulsum / averterat Senatum ab audiendis precibus eorum /
Rhodii tamen et athenienses cum silencio auditi sunt / Atheniensis legatus leu

chie Cenise filius/ eloquentia etiam dicitur mouisse qui uulgata similitudine mari
tranquillo quod uentis concitaretur/ equiperando multitudinem etolorum usus eam
in fide romane societatis mansisse(n)t et insita gentis tranquillitate quiete esse
eos aiebat Postquam flare ab Asia Thoas et dicearchus/ ab europa Menestas
et damocritus/ cepissent, tum illa tempestate cohorta/ que apud anthiochum eos
sicut scopulum intulissent/ diu iactati etoli/ tandem ut ad conditiones pacis
conuenirent/ effecerunt/ fuerunt autem hee/ Imperium et maiestatem p. Ro/ gens
etolorum conseruato sine dolo malo. ut ne quem exercitum. qui aduersus socios amicosque
eorum duceret per fines suos transire/ sinito ne ue ulla ope iuuato/ hostes eos
dem habeto/ quos p. R. armaque in eos ferto. belloque pariter gerito/ per-
fugas fugitiuos captiuosque reddito romanis sociisque. preterquam si qui captiui cum
domos redissent/ iterum capti sunt/ qui tum hostes erant romanis/ cum intra presidia
sidia romana/ etolis essent aliorum qui comparebunt intra dies. c. corcyre eorum
magistratibus sine dolo malo tradantur/ Obsides xl. arbitratu consulis dato
nec minores xii annorum/ neu maiores xl./ obses ne esto pretor prefectus
equitum scriba publicus. neu quisque qui antea obses fuerit apud romanos/ Ce-
phalonia extra pacis leges esto/ de pecunie summa quam penderent pensionibusque
eius nihil ex eo quod cum consule conuenerat/ mutatum. pro argento si aurum dare
mallent/ cum pro argentis decem aureus unus ualeret/ Que urbes. qui agri.
qui homines etolorum iuris aliquando fuerunt/ Qui eorum T. quintius. Cn. do-

consules

mitio consule post eos consules aut armis subacti aut uoluntate in ditionem p. R.
uenerunt/ neque eorum etoli recepissent/ uel in etolia. x. urbes. agrosque athama-
num sunto/ his legibus foedus ictum cum etolis/ Eadem non estate sed etiam hiis diebus
quibus hec a. M. fuluio consule in etolia gesta sunt/ Consul alter. Cn. Manlius.
in gallo-grecia bellum gessit/ quod nunc ordiri pergam/ Vere primo Ephesum consul
uenit/ Acceptisque copiis a. l. scipione et exercitu lustrato/ concionem apud milites
habuit/ Qua collaudata uirtute eorum/ quod cum antiocho uno prelio debellasset/
adhortatus eos/ nouum cum gallis suscipiendum bellum. qui et auxilio antiochum iuuissent
et ante indomita haberent ingenia/ ut ne quicquam antiochus emotus ultra iuga
thauri montis esset. t. nisi frangerentur opes gallorum/ de se tanq(uam) nec falsa nec in-
commoda adiecit/ leti milites cum frequenti assensu consulem audiuerunt/ partem uirium
antiochi fuisse gallos credentes/ rege superato/ nullum momentum in solis per se gal-
lorum copiis fore/ Eumenem haud in tempore abesse rome tunc erat credere
/. Consul/ gnarum locorum hominumque. et cuius interesset frangi illorum opes. Attalum igitur fratrem
eius accersit/ a pergamo/ hortatusque ad secum bellum capessendum/ pollicentem suam suorumque
operam domum ad comparandum dimittit/ paucos post dies/ profecto consuli ephesso/
ad magnesiam occurrit/ Attalus/ cum mille peditibus. equitibus. cc. Atheo fratre
iusso cum ceteris copiis subsequi/ commendata his custodia pergami. quos fratri regnoque
fidos credebat/ Consul collaudato iuuene/ cum omnibus copiis ad meandrum progressus

castra posuit / quia vado superari amplius non poterat / et contrahende naves erant ad
traiciendum exercitum / transgressi Meandrum / ad comem pervenerunt / fanum ibi augustum
Apollinis et oraculum vetustate sunt / versibus haud inconditis / dare vates dicuntur. Hinc alte-
ris castris ad Harpassum flumen ventum est / quo legati ab Alabandis venerunt. quod ca-
stellum ab ipsis nuper defecisset. aut auctoritate aut armis cogeret iura antiqua pa-
ti. Eodem et Atheus et Eumenis et Attali frater cum cretensi Leuso / et Corago
Macedone venit. Mille pedites mixtarum gentium et ccc tos equites secum adduxerunt.
Consul tribuno militum misso / cum modica manu castellum vi captum / Alabandensibus
redditum / ipse nihil via degressus ad Antiochiam super Meandrum amnem po-
suit castra. Huius amnis fontes Celenis oriuntur / Celena urbs caput quondam
Phrygie fuit. migratum inde haud procul / veteribus Celenis noveque urbi Appa-
mee nomen inditum / ab Appamea sorore Seleuci regis / et Marsias amnis haud
procul / a Meandri fontibus oriens / in Meandrum cadit, famaque ita tenet / Celenis
Marsiam cum Apolline tibiarum cantu decertasse. Deinde Ionas in sinu maris edi-
tur / quod inter Prienem et Miletum est / ad Antiochiam in castra consulis. Seleucus
Antiochi frater / ex foedere icto / cum Scipione ad frumentum exercitui dandum venit /
Parva disceptatio de Attali auxiliaribus orta est / quod romano militi tantum pactum
Antiochum ut daretur frumentum ut Seleucus dicebat. discussa est / ea quoque constantia
consulis / qui misso tribuno edixit ne romani milites acciperent prius quam Attali
auxilia accepissent. Inde ad Cordinechos quos vocant / processum est. Ex eo loco
ad Tubas tertiis castris perventum. In finibus Pisidarum posita est urbs / in ea parte que
vergit ad Pamphilium mare / integris urbibus regionibus eius feroces ad bellandum
habebat viros / tum quoque equites in agmen romanorum eruptione facta haud modico
primo impetu turbavere. deinde ut apparuit nec numero se nec virtute pares
esse / in urbem compulsi / veniam erroris petebant. dedere urbem parati quinque et
viginti talenta argenti et decem milia modium tritici impetrata / ita in dedi-
tionem accepti. Tercio inde die / ad Casium flumen esse perventum / Inde profecti
Erizam urbem / primo impetu ceperunt / ad Tabuson castellum imminens flumini inde
ventum est. cui fecerat nomen Indus ab elephanto deiectus / haud procul a Cy-
bira deerat / nec legatio ulla a Megete tyranno civitatis eius homine ad omnia in-
fido atque importuno veniebat. Ad tentandum eius animum C. Manlium eius animi
C. Manlium cum quatuor milibus et quingentis equitibus consul premittit. Huic agmi-
ni iam finis ingredientibus occurrerunt / nunciantes paratum esse tyrannum / imperata
facere / Orabant ut pacatus fines iniret coerceretque a populatione agri militem
et coronam auream quindecim talentum offerebant. Manlius / Inius a populatione inte-
gros agros servaturum pollicitus ire ad consulem legatos iussit / quibus eadem referen-
tibus / consul neque romani inquit bone voluntatis ullum erga nos tyranni habemus.
et ipsum talem inter omnes constat / ut de pena eius nobis magis quam de amicicia co-
gitandum sit. perculsi hac voce legati nihil aliud petere quam ut coronam acciperet

A Meander ex arce summa Celenarum ortus media urbe decurrens per Caras prius

veniendiq; ad eum tyranno potestatem ac copiam loquendi ac purgandi se faceret
permissu consulis. postero die tyrannus in castra venit. vestitus comitatus{que} iuxta ad pri-
vati modice locupletis habitum. et oratio fuit submissa et infracta/ extenuantis opes
suas/ urbiumq; sue iurisdictionis egestatem querentis. Erant autem preter tyberam sub
eo muleum et alinem que appellatur/ ex his ut se/ suosq; expoliaret. quinq; et
viginti talenta se collecturum prope ut diffidens pollicebatur. Enim vero inquit con-
sul ferri iam ludificatio ista non potest. parum est non erubuisse absentes cum per le-
gatos frustrareris. nunc presens quoq; in eadem perstas impudentia/ quinq; et viginti
talenta tyrannidem tuam exaurirent/ Quingenta ergo talenta nisi triduo nume-
res/ populationem in agris/ obsidionem in urbe expecta/ Hac denuntiatione territus
perstare tamen pertinaci simulatione inopie/ et paulatim inliberali adiectione. nunc
per cavillationem/ nunc precibus et simulatis lacrimis ad centum talenta est perductus
adiecta decem milia modium frumenti/ Hec omnia intra sex acta/ A cybira per
agros sidensium exercitus ductus/ transgressusq; caularem amnem posuit castra. poste-
ro die et preter caralytem paludem/ agmen ductum ad Mandamprum mansere.
inde progredientibus ab lago/ proximam urbem/ metu incole profugerunt. Vacuum
hominibus oppidum diripuerunt/ Inde ablisis fluminis fonte/ postero die ad Cobula-
tum amnem processit/ Elemeses eo tempore Isidonem arcem urbe capta oppugna-
bant/ Inclusi cum alia spes auxilii nulla esset/ legatos ad consulem orantes opem miserunt.
cum coniugibus ac liberis in arcem inclusos se/ mortem in dies aut ferro aut fame pa-
tiendam expectare/ Volenti consuli causa in pamphiliam revertendi oblata est ad-
veniens obsidione isiodeses exemit/ Telemesso pacem dedit. L talentis argenteis/ item
Aspendis ceterisq; pamphilie populis/ Ex pamphilia rediens ad fluvium taurum primo/
Postero die ad Sylenem quam vocant comen posuit castra. profectus continentibus
itineribus ad Comasam urbem pervenit/ darsa proxima urbs/ eam metu incolarum de-
sertam/ plenam omnium rerum copia invenit/ progredienti preter paludes legati ab lysinio
dedentes civitatem venerunt/ Inde in agrum agallasenum urbem/ fertilemq; omni genere
frugum/ ventum est/ Colunt ipsi delonge/ optimi bello regionis eius/ cum ea res animos
facit tum agri fecunditas et multitudo omnium et situs inter paucas munite urbis.
Consul quia nulla legatio ad fidem presto fuerat/ in agros predatum misit. tum
demum fracta pertinacia est/ ut ferri agiq; res/ viderunt res suas/ legatis missis pa-
cti. L talentis et viginti milibus modium tritici. XX. ordei/ pacem impetravere.
Progressus inde ad rhetmos fontes ad vicum/ quem ad prodios comen vocant
posuit castra/ eo Seleucus ab apamea postero die venit/ Egros inde et inutilia
impedimenta/ cum appamea dimisisset/ ducibus itinerum ab seleuco acceptis/ profectus
est eo die in metropolitanum campum/ Postero die dinias phrygie processit/ Inde Sy-
macha venit/ Metu omnibus circa oppidis desertis/ quorum ideo preda iam grave
agmen trahens vix quinq; milium die toto itinere profecto/ ad eundos quod vetus ap-
pellant/ pervenit. Ad Antibura inde et altero die ad alexandri fontes. tertio
ad Bassum posuit castra/ ibi plures dies stativa posuit: quia perventum erat

ad theobo steborũ fines. GALLI hominũ vis magna / seu inopia agri
seu prede spe / nullam gentem p quam ituri essent pare
armis rati Breno duce / in dardanos peruenerunt. Ibi seditio orta. et ad
viginti milia hominũ cũ loncorio et lutario regulis / secessione facta a Breno / iter
in thraciam aduertenit. Vbi cũ resistentibus oppugnando / pacẽ petentibus sti
pendiũ imponendo / biçantiũ cũ peruenissent / aliquidiu oram propontidis vectiga
lẽ. habendo regiones. eius vrbes obtinuerint / Cupido inde eos in asiam transe
undi audientes ex propinquo quanta vbertas terre eius esset / cepit. e lysimachia
capta fraude / chersoneso quoque omni armis possessa / ad Hellespontũ descenderunt. Ibi
uero exiguo diuisis freto cernentibus asiam / multo magis animi ad trãseundũ ac
censi / nuntios ad antipatrũ pfectũ eius ore de transitu mittebãt / Que res quom
lentius spe ipsorum traherent. Alia rursus noua inter regulos seditio orta ẽ
Leoncorius retro unde venerat / cũ maiore parte hominũ repetit biçãtiũ
Lutarius macedonibus per speciem legationis ab antipatro ad speculandã missam
missus / duas tectas naues. et tres lembos adimit. Je alios atque alios dies noctesque
traiciendo intra paucos omnes copias traiecit. Haud ita multo post, leonorius
adiuuante Nycomede Bythinie rege a biçantio transmisit / Coeunt deinde in
vnũ rursus galli / et auxilia nicomedi dant aduersus ziboeam / partẽ tenentẽ Bythinie
genti bellũ. atque eorũ maxime opera deuictus est. Zyboea / Bythiniaque omnis in de
ditionem Nicomedis decessit. profecti ex Bythinia / in asiam processerunt. Hõ plus
ex viginti milibus hominũ quam decem armati erant. tamen tantũ terroris omnibus
que cis taurũ incolunt gentibus iniecerunt: vt quas adissent quasque nõ adis
sent. pariter / ultime propinquis imperio parerent. postremo quom tres. esset
tolostobogiĩ trogmi tectosagi / in tres partes. qua cuique populorum suorum vectigalis asia
fuisset diuiserunt. tolostobogiis Hellesponti ora data. tolostobogiĩ eolida atque io
niam / tectosagos mediterranea asye sortiti sunt. Et stipendiũ tota cis taurũ asia ex
igebant / Sedem autem ipsi sibi circa alym flumẽ ceperunt. Tantusque eorũ nominis ter
ror erat / multitudine etiã magna sobole aucta, vt syrie quoque ad postremũ reges
stipendiũ dare nõ abnuerent. primus regũ asiam incolentiũ stipendiũ abnuit at
talus pater regis Eumenis / audaciaque cepto preter omniũ opinionẽ affuit. for
tuna / et signis collatis superior fuit: non tamẽ ita infregit animos eorũ, ut absis
terent imperio eiusdem. Eolides usque ad bellũ antiochi cũ romanis manserunt.
Tum quoque pulso Antiocho / magnã spem habuerunt quia procul mari incolerent romanũ
exercitum ad se non peruenturũ. Hoc cũ hoste tam terribili omnibus regionibus eius
quia bellũ gerendũ erat pro contione milites maxime in hunc modũ allocutus est
consul. NON me preterit milites omniũ que asiam colunt gentiũ
gallos fama belli prestare / inter mitissimũ genus hominum
ferox natio / peruagata bello prope orbem terrarũ coepit / procera corpora
prolixe et rutilantes come, vasta scuta / prelongi gladii. Ad hec cantus in

choantium prelium: et ut ululatus et trepudia et quatientium scuta in patrium quendam
morem horrendus armorum crepitus. Omnia de industria composita ad terrorem. Sed
quibus hec insolita atque insueta sunt, greci et phriges et cares timeant. romanis
gallici tumultus assuetis, etiam vanitates note sunt. Semel primo congressu ad alliam
olim fuderunt maiores nostros, eos ex eo tempore iam per ducentos annos pe-
corum in modum consternatos cedunt fugantque, et plures prope de gallis triumphi
quam de toto orbe terrarum acti sunt. Iam hoc cognitum est. si primum impetum quem fervi-
do ingenio et ceca ira effundunt, sustinueritis. fluunt sudore et lassitudine membra.
labant arma, mollia corpora, molles ubi ira consedit animos. Sol. pulvis. sitis
ut ferrum non admoveas prosternunt, non legionibus legiones eorum solum solis ex-
perti sumus: sed vir unus cum viro congrediendo. T. Manlius M. valerius quan-
tum rabiem gallicam vinceret romana virtus, docuerunt. Iam M. Manlius unus
agmine scandentes in capitolium gallos detraxit: et illis maioribus nostris cum haud
dubiis gallis in sua terra genitis res erat. Hii iam degeneres sunt mixti: et gallo et
greci vere appellantur. sicut in frugibus, pecudibusque, non tantum semina ad servandum
indolem valent: quam terre proprietas celique sub quo aluntur mutat. Macedones qui
alexandriam in egipto. qui seleciam et babiloniam. quique alias sparsas per orbem terra-
rum colonias habent: in sirios. parthos. egiptios degeneraverunt. Massilia inter gallos
sic traxit aliquantulum ab accolis animorum, nisi quid ex spartana illa et horrida dis-
ciplina mansit. Generosius in sua quicquid sede gignitur. insitum aliene terre

Generosum aliquid in sua terra alibi insitum degenerat

in id quod alitur, natura vertente, se degenerat, Phrygias igitur gallicis onera-
tos armis. sicut in acie antiochi cecidistis, victos victores cedetis. magis vereor
ne parum inde glorie, quam ne nimium belli sit, Attalus eos rex sepe fudit. fuga-
vitque. Nolite estimare beluas tantum recenter captas feritatem illam silvestrem
primo servare. deinde cum diu manibus humanis alatur mitescere, in hominum
feritate mulcenda, non eandem naturam esse, eosdem ne eos credatis esse qui pa-
tres eorum aviique fuerunt. extorres inopia agrorum profecti domum, per asperrimam
illirici oram. peoniam. inde et thraciam pugnando cum ferocissimis gentibus
emensi: has terras ceperunt. duratos eos tot malis, exasperatosque. Accepit
terra, que copia rerum omnium saginaret uberrimo agro. mitissimo celo. cleme-
tibus accolarum ingeniis, omnis illa cum qua venerant mansuefacta est feritas, vo-
bis me hercule martis viris cavenda ac fugienda, quam primum amoenitas est asie,
tantum peregrine voluptates. hec ad extinguendum vigorem animorum possunt. quantum
contagio discipline. morisque accolarum valet, Hoc tamen feliciter evenit. quod sicut vi adver-
sus nos nequaquam, ita famam apud grecos, parem illi antique obtinent. cum qua venerunt bellique
gloriam victores, eandem inter socios habebitis, quasi servantes antiquum speciem animorum
gallos vicissetis, Concione dimissa missisque ad eposognatum legatis, qui unus ex regu-
lis et in eumenis manserat amicitia et negaverat antiocho adversus romanos
auxilia castra movit, primo die ad allandrum flumen postero ad vicum quem vocant

this conuentum. eo legati orchadensium cum uenissent. amicitiam petentes ducenta ta-
lenta his sunt imperata, precantibusque ut domum renuntiarent potestas facta. ducere
inde exercitum consul ad plitendum, deinde ad alliritas posita castra, eo missi ad
Eposognatum redierunt. legati compulsi reguli orantes, ne tectosagis bellum infer-
rent ipsum in eam gentem iturum. Eposognatum persuasurumque ut imperata facerent
data uenia regulo, duci inde exercitus per axylon. quam uocant terram ceptus
ab re nomen habet. non ligni modo quicquam. sed ne spinas quidem aut ullum aliud
alimentum fert ignis, fimo bubulo pro lignis utuntur. AD Cuballum gallo-
grecie castellum castra habentibus romanis apparuere cum magno tu-
multu hostium equites nec turbarunt tantum stationes romanas repente inuecti.
sed quosdam etiam occiderunt. qui tumultus cum in castra perlatus esset. effusus re-
pente omnibus portis, equitatus romanus fudit. fugauitque gallos, et aliquos
fugientes occidit. Inde consul. ut qui iam ad hostes peruentum cerneret explo-
rate deinde et cum cura coacto agmine procedebat. et continentibus itineribus
cum ad Sangarium flumen peruenisset. pontem quia uado nusquam transitus erat, fa-
cere instituit. SANGARIUS ex Adoreo mon-
te per phrygiam fluens miscetur
ad bythiniam tyberi flumine, inde maior iam geminatis aquis per bythiniam
fertur et in propontidem sese effundit. Non tamen tam magnitudine memorabilis.
quam quod piscium accolis ingentem uim prebet. Transgressis ponte perfecto flumen, pre-
ter ripam euntibus, galli matris magne a pessinunte occurrere cum insignibus suis
uaticinantes phanatico carmine, deam romanis uiam belli et uictoriam dare im-
periumque eius regionis, accipere se omen cum dixisset. castra eo ipso loco posuit.
POSTERO die ad cordium peruenit, Id haud magnum quidem
oppidum est, sed plusquam mediterraneum celebre
et frequens emporium tria maria ferme pari distantia interuallo habet, Hel-
lespontum ad sinopem, et alterius ore litore, qua Cilices maritimi colunt multarum
magnarumque preterea gentium fines contingit. quarum commercium inter maxime
locum mutui usus contraxere Id tamen desertum fuga incolarum oppidum, refertum-
que inde copia rerum omnium inuenerunt. IBI statiua habentibus legati legati
ab Eposognato uenerunt nuntiantes pro-
fectum eum ad regulos gallorum
nihil equi impetrasse, campestribus uicis agrisque frequentes migrare et cum coniu-
gibus ac liberis que ferre atque agere possent pre se agentes. portantesque, olym-
pum montem petere ut inde armis, locorumque situ sese tuerentur, certiora postea
orchadensium legati attulerunt, tolostobogiorum ciuitatem olympum montem cepisse, diuer-
sos tectosagos depositis, armatorum numerum tolostobogiis statuisse auxilium ferre, e-
rant autem tum trium populorum reguli ortiago et combolomarus et gaudotus, His
hec maxime ratio belli sumendi erat fuerat, quod cum montes editissimos eius
regionis tenerent, conuectis omnibus que ad usum quamuis longi temporis sufficerent

altum montem qui magaba uocatur petissent trocmes cum coniugibus ac liberis apud tectosagos

tedio se fatigaturos hostem esse censebant/ Nam neque ausuros per tam ardua atque
iniqua loca / subire eos. et si conarentur: uel parua manu prohiberi aut deturbari posse.
nec quietos in radicibus montium gelidorum sedentes frigus aut inopiam laturos
Et cum ipsa altitudo locorum eos tutaretur. fossasque et alia munimenta uerticibus quos
insederant, circumiecere / minima apparatus missilium telorum cura fuit quod saxa
affatim prebituram asperitatem ipsam locorum credebant. Consul quia non comminus
pugnam. sed procul locis expugnandis futuram preceperat animo Ingentem uim
uelitarium hastarum. sagittarum. glandiumque et modicorum qui funda mitti lapidum posset
parauerat / instructusque missilium apparatu / ad olympum montem ducit: et a quinque milibus
fere castra locat / Postero die cum quingentis equitibus et attalo progressum eum ad na-
turam montis / situmque gallicorum castrorum visendum / Equites hostium duplex numerus
effusus e castris / in fugam uerterunt. Occisi quoque pauci fugientium uulnerati plu-
res. Tercia die cum omnibus ad exploranda loca profectus. quia nemo hostium extra
munimenta processit tuto circumuectus montem / animaduertit meridiana regione terre-
nos et placidos accliues ad quendam finem esse colles / septemtrione arduas erectas
prope rupes. atque omnibus ferme aliis inuia / itinera tria esse. unum medio monte
qua terrena erant duo difficilia ab hyberno solis ortu et ab estiuo occasu. Hec
contemplatus eo die sub ipsis radicibus posuit castra. Postero sacrificio facto / cum
primis hostiis litasset /. trifariam exercitum diuisum ducem / ad hostem pergit. Ipse cum magna
parte copiarum / qua equissimum aditum prebebat mons ascendit. L. Manlium fratrem ab
hyberno ortu / quo ad loca patiantur. et tuto possit. subire / iubet. si qua periculosa
et prerupta occurrant / non pugnare cum iniquitate locorum. neque inexuperabilibus
uim afferre: sed obliquo monte ad se declinare / et suo agmini coniungi. C. Heluium cum tercia
parte circumire sensim per infima montis. deinde ab estiuo occasu exigere ag-
men et attali auxilia trifariam equo numero diuisit / equitatum cum elephantis
in proxima tumulis planicie reliquit / edictum prefectis ut intenti quod ubique geratur
animaduertant opemque ferre quo postulet / res possint GALLI ab duobus
lateribus satis fidentes inuia esse ab ea parte que in meri-
diem uergeret. ut armis clauderent uiam / quatuor milia ferme armatorum ad
tumulum imminentem uie minus ad mille passuum a castris. occupandum mittunt. eo
se rati ueluti castello iter impedituros. quod ubi romani uiderunt / expediunt sese
ad pugnam ante signa modico internallo Uelites erant / et ab attalo cretenses
sagittarii et funditores et tralli et thraces signa peditum / ut per arduum leniter gra-
du ducuntur. Ita pre se habentium scuta ut missilia tantum uitarent / pede collato non ui-
derentur pugnaturi missilibus / ex internallo loci / prelium commissum Et primo gallos
loco adiuuante romanos uarietate et copia telorum / procedente certamine
nihil iam equi erat / scuta longa ceterum ad amplitudinem corporum parum lata.
et ea ipsa plane male tegebant gallos. nec tela iam alia habebant preter
gladios. quorum cum manus hostis non consereret nullus usus erat. Saxis non modicis

ut que non preparassent: sed quod unicuiq3 trepidanti ad manū uenisset ut
insueti/ nec arte nec uiribus adiuuantes ictū uitabant. sagittis· glande iaculis
incauti et ab omni parte configebant. · nec quid agerent ira et pauore obce
catis animis cernebant et erant dep̄hensi gn̄e pugne· in quod minime apti
sunt HAN quēadmodū comminus ubi inuicē pati et inferri uulne
ra ylitez accendi ira animos eoꝝ/ ita ubi ex occulto et procul le
uibus telis uulnerant. nec quo (ruant) ineant/ ceco impetu habent/ uelut fere trans
fixe in suos temere incurrunt. detegebant uulnera eoꝝ q̄ nudi pugnat
et fusa et candida/ ut que nūq̄ nisi in pugna nudentur/ ita et plus sanguis
e multa carne fundebatur/ et fediores patebant plage/. et candor corporis
magis sanguine atro maculabatur/ sed nō tam patentibus plagis mouent. In
terdū secta cute ubi latior q̄ altior plaga/ et etiā gloriosius se pugnare putāt
idem cū aculeus sagitte aut glandis abdite introrsus tenui uulnere in speciē
urit/ et scrutantes quo uellant telū non sequit. tamē in rabiē et pudorē tam
praue parimentis uersi pestis/ prosternūt corpora humi· sicut passim pro
cumberent. Alii ruentes in hostem undiq3 configebant. et cū comminus
uenerant/ gladiis a uelitibus trucidabantur. Hic miles tripedalē parmā
habet· et in dextra hastas· quibus eminus utitur. gladio hispaniensi q̄ si pede
collato pugnandū est/ translatis in leuam hastis/ stringit gladiū. PAV
CI supererant iam gallorū qui postq̄ a leui armatura supe
ratos se uiderūt iam gallorū qui postq̄ a leui armatura superatos se
uiderūt/ et stare legionū signa· effusa castra fuga repetūt/ pauoris et tumultus
iam plena ut ubi femine puerique et alia inbellis turba deserta esset/ romanos
uictores/ deserti fuga hostiū acceperūt tumuli/ Sub idem tēpus ·L· Manlius
et ·C· Helius cum quo ad uia colles obliqui dederūt/ ascendissent· postq̄ ad
inuia uentū est/ flexere iter in parte montis· que una habebat iter et seq
consulis agmen L. Manlius et C. Helius modico utraque interuallo/ uelut ex cō
posito coeperūt/ quod p̄mū optimū factu fuisset. in id necessitate impulsi sub
sidio enī in talibus iniquitatibus locorū maxime sepe sius fuerāt/ ut primis
forte deturbatis/ secundi et tegant pulsos. et integri pugnā accipiāt. Cōsul
postq̄ ad tumulos ab leui armatura captos/ prima signa legionū peruenerit.
respirare et requiescere paulisper militē iubet/ Simul strata per tumulos
corpora gallorū ostentat. Et cū leuis armatura tale prelium ediderit/ quid ab le
gionibus quid ab iustis armis/ quid ab animis fortissimorū militū exspectari.
castra illis capienda esse· in que compulsus ab leui armatura hostis trepidet p̄
cedere tamē iubet leuē armaturā/ que cū staret agmē colligendis per tumu
los telis· ut missilia sufficerent haud segne id ipm̄ tp̄us consumpserat/ iam castris
appropinquabant· et galli· ne parū se munimenta sua tegerent· armati p̄ uallo
constiterant· Obruti deinde omni genere telorū· cū quo plures ac densiores

erant eo minus vani quicquid interciderat. quicquid teli intra vallum momento temporis compellunt. stationibus tamen firmis ad ipsos portarum aditus relictis. In multitudinem compulsam in castra vis ingens missilium telorum conitiebantur. et vulnerari multos clamor permixtus mulierum atque puerorum plorantibus significabat. In eos qui portas stationibus suis clauserant legionum antesigna pila coniecerunt. Hii vero non vulnerabantur. sed transverberatis scutis, plerique inter se herebant conserti, nec diutius impetum romanorum sustinuerunt.

PATENTIBUS iam portis priusquam erumperent victores. fuga e castris gallorum in omnes partes facta est. ruunt ceci per vias per invia. nulla precipitia saxa nulla et rupes obstant. Nihil preter hostem metuunt. Itaque plerique precipites per vastam altitudinem prolapsi aut debilitati exanimantur.

CONSUL castris captis direptione preda quibusque abstinet, militem sequi pro se quemque instare: et perculsis pavorem addere iubet. Supervenit et alterum cum L. Manlio agmen. nec eos castra intrare sinit. protinus ad consequendos hostes mittit Et ipse paulo post tradita captivorum custodia tribunis militum, sequitur debellatum ratus si in illo pavore quam plurimi cesi forent aut capti. Egresso consule. C. Elius cum tercio agmine advenit. nec continere suos a direptione castrorum valuit. predaque eorum iniquissima sorte qui pugne non interfuerunt facta est. Equites diu ignari et pugne et victorie suorum
^{steterunt} (correction above: steterunt) steterent. deinde et ipsi quantum equis in colles subire poterant sparsos fuga gallos circa radices montis consectati cecidere aut cepere. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia late inter omnes anfractus montium fugaque et cedes fuit. et magna pars in silvis vepribusque occisa, pars rupibus inviis in profundum altitudinis convalles delapsa est. Claudius qui bis pugnatum in monte olympo scribit ad xl. milia hominum cesa auctor est. Valerius antias. qui magis in numero augendo esse solet, non plus decem milia. numerus captivorum haud dubie. milia. xl. explevit. quia omnis generis etatisque turbam secum traxerant, demigrantium magis quam in bellum euntium modo. Consul armis hostium in uno concrematis cumulo, ceteram predam conferre omnes iussit. et aut vendidit quod eius in publicum redigendum erat. aut cum cura ut quam equissima esset per milites divisit. laudatique pro contione omnes sunt, donatique pro merito quisque. Ante omnes attalus summo ceterorum assensu, Nam singularis eius viri tum virtus et industria et omnibus in laboribus periculisque tum modestia etiam fuerat.

SUPERERAT bellum integrum cum tectosagis ad eos profectus consul, tercíís castris Ancyram nobilem in illis locis urbem pervenit. unde hostes paulo plus decem milia aberant. ubi cum statiua esset. facinus memorabile a captiva factum est.

ORGIAGONTIS reguli uxor. forma eximia custodiebatur inter plures captivos, cuius custodie centurio preerat et libidi-

et auaritie militaris. Is primo eius animum temptauit. quam cum abhorrentem
a uoluntario uideret stupro, corpori quod seruum fortuna erat, uim fecit. deinde
ad leniendam indignitatem iniurie spem reditus ad suos mulieri facit. Et ne
eam quidem ut gratuitam amans, certo auri pondere pactus ne quem suorum
conscium haberet ipsi permittit. ut quem uellet unum ex captiuis nuntium ad suos
mitteret. locum prope flumen constituit. quo duo ne plus necessarii captiue
cum auro uenirent. Nocte sequente ad eam accipiendam forte ipsius mulieris
seruus inter captiuos eiusdem custodie erat. Hunc nuntium primis tenebris extra
custodiam centurio educit. Nocte insequenti et duo necessarii mulieris
ad constitutum locum et centurio cum captiua uenit. Ubi cum aurum ostenderent.
quod summam talenti attici, tanti enim pepigerat, expleret, mulier lingua sua
ut stringerent ferrum et centurionem pensantem aurum occiderent imperauit.
Iugulati precisum caput ipsa inuolutum ueste ferens ad uirum Orgiagontem
qui ab olympo domum effugerat, peruenit. Quem priusquam complecteretur, ca-
put centurionis ante pedes eius abiecit, mirantique cuiusnam id caput hominis.
aut quod facinus haud quaquam muliebre esset. et iniuriam corporis. et ultionem
uiolate per uim pudicitie confessa uiro est. Aliaque ut traditur sanctitate
et grauitate uite. huius matronalis facinoris decus ad ultimum conseruauit.

ANCYRAE in statiua oratores Tectosagum ad consulem ue-
nerunt petentes ne ante castra moueret
quam collocutus cum suis regibus esset, nullas conditiones pacis his non bello fore po-
tiores. tempus in posterum diem constituit locusque medius maxime inter castra
gallorum et ancyram uisus est. quo cum consul ad tempus cum presidio quingentorum equitum
uenisset. nec ullo gallorum ibi uiso, regressus in castra est. Oratores idem redeunt
excusantes religione obiecta, uenire reges non posse, principes gentis per
quos eque res transigi posset uenturos. Consul quoque se attalum missurum dixit.

AD hoc colloquium utrimque uentum est. trecentos equites attalus presidii
causa cum adduxisset, iacte sunt pacis conditiones. finis rei quia de ab-
sentibus ducibus imponi non poterat, conuentum est ut consul regesque postero
die eo loco congrederentur. frustratio gallorum eo spectabat primum ut tereret tempus
donec res suas quibus periclitari nolebant, cum coniugibus et liberis suis trans
alym flumen traicerent, deinde quod ipsi consuli parari cauta aduersus collo-
quii fraudem insidiabantur. Mille ad eam rem ex omni numero audacie
experte delegerunt milites. et successisset fraus, ni pro iure gentium cuius uio-
landi consilium initum erat stetisset fortuna. pabulatores lignatoresque romani
in eam partem in qua colloquium futurum tribunis ratis, qui consulis presidium
et ipsum pro statione futura erant, hosti oppositum, suam tamen alteram stationem
propius castra sexcentorum equitum posuerunt. Consul affirmante attalo uen-
turos et reges, et transigi rem posse, profectus e castris cum eodem quo ante

a presidio equitum quinque milia fere processit. Sed nec multum cum a constituto loco abesset repente concitatis equis cum impetu hostili videt gallos venientes, constituit agmen et expediri tela animosque militibus iussis. primo constanter initium pugne accepit. nec cessit deinde cum pregravaret multitudo cedere sensim nihil confusis turmarum ordinibus coepit. Postremo cum iam plus in mora periculi quam in ordinibus servandis presidii esset omnes passim in fugam effusi sunt. Tum vero instare dissipatis gallicis et cedere magnaque pars oppressa foret nisi statio pabulatorum et equites occurrissent. Hii procul clamore suorum pavido exaudito cum tela equosque expedissent integri profligatam pugnam acceperunt. Itaque versa extemplo fortuna est. versus in victores a victis terror et primo impetu fusi galli sunt. et ex agris occurrebant pabulatores et undique obvius hostis gallis erat. ut ne quidem fugam facilem aut tutam haberent. quia recentibus equis romani fessos sequebantur. pauci ergo effugerunt captus est nemo. maior multo pars pro fide violati colloquii penas morte luerunt.

ROMANI ardentibus animis postero die omnibus copiis ad hostem pervenerunt. biduum naturam montis per seipsum explorando ne quid ignoti esset absumpsit consul. tercio die cum auspicio operam dedisset deinde immolasset in quatuor partes divisas copias educit. duas ut medio monte educeret. duas ab lateribus ut adversus cornua gallorum erigeret. hostium quod roboris erat Tectosagi et Trogini mediam tenebant aciem milia hominum quinquaginta. equitatum quorum equorum nullus inter inequales rupes usus erat ad pedes deductum decem milia hominum ab dextro locaverunt. cursiarum artes capadoces et morgi auxiliares in levo quatuor fermet milium numerum explebant. Consul sicut in olympo monte prima in acie locata levi armatura telorum omnis generis ut eque magna vis ad manum esset curavit. ubi appropinquarunt omnia eadem utrinque que fuerant in priore pugna erant. preter animos et victoribus ab re secunda auctos et hostibus. quia et si ipsi victi non erant sue gentis hominum cladem pro sua ducebant. Itaque a paribus initiis coepta res eundem exitum habuit. velut nubes levium telorum coniecta obruit aciem gallorum. neque aut procurrere quisquam ab ordinibus suis. ne nudaret undique corpus ad ictus audebant. et stantes quo densiores erant. hoc plura velut destinatum petentibus vulnera accipiebant. Consul iam per se turbatis si legionum signa ostendisset. versuros extemplo in fugam omnes ratus. receptis inter ordines velitibus et alia turba auxiliarium aciem promittit. Galli et memoria tholostobogiorum cladis territi. et inherentia corporibus gerentes tela fessique et stando vulneribus. ne primum quidem impetum et clamorem romanorum tulerunt. fuga ad castra inclinavit. Sed pauci intra munimenta se recipere. pars maior dextra levaque prelati qua quemque impetus tulit fugerunt. victores usque ad castra secuti ceciderunt

terga/deinde in castris cupiditate prede heserunt · nec sequebatur quisq̄; In coruibus
Galli diutius steterunt · quia serius ad eos peruentū est · Ceterū ne p̄mū quidem
coniectū telorꝫ tulerunt · Consul · qui ingressos in castra ab direptione nō poterat
abstrahere eos qui in coruibus fuerunt protinus ad sequendos hostes misit ·
per aliquantū spacium secuti/nō plus tamen octo milia hominū in fuga · nā
pugna nulla fuit/ ceciderunt/Reliqui flumē alym traiecerunt · Romanorꝫ
pars magna ea nocte in hostium castris mansit · Ceteros in sua castra cō
sul reduxit · Postero die captiuos predamq; recensuit · que tanta fuit quā
ta auidissima rapiendi gens/cū cis montē thaurū omnia armis per multos
annos tenuisset coacernare potuit/Galli ex dissipata fuga passim in vnū locū
congregati magna pars saucia vt inermes, nudati omnibus rebus/oratores
de pace ad consulem miserunt/Eos, Manlius Ephesum venire iussit · Ipse
Iam enī mediū autūpni erat locis gelidis propinquitate thauri montis
excedere properans, vitorem exercitū hyberna ore maritime reduxit ·/

DVM hec in asya geruntᷣ in ceteris prouinciis/tranquille res
fuerunt/Censores rome · T · Quintius flamminius · et · M · clau
dius · Marcellus/Senatū perlegerunt/princeps in senatu tercius lectus · P · Scipio
Affricanus/quatuor soli preteriti sunt nemo curuli usus honore · et in equitatu
recensendo/ ~~mitis~~ mitis ad modū erat censura/Substructionem super equimeliū
in capitolio · et viam silice sternendam a porta caperna/ad martis edem lo
cauerunt · Campani vbi censerentᷣ senatū consuluerunt/decretū vti ro
me censerentur · Aque ingentes eo anno fuerunt/Tyberis duodecies cā
pum martiū/planaq; urbis inundauit · ARCHEO · Manlio
consule bellū in Asya cū gallis perfecto/Alter
consulū fuluius/perdomitis etolis/quom traiecisset in cephaloniam circa ci
uitates insule misit/percunctatū vtrū se dedere rōmis an belli fortunam
experiri mallent · metus ad omnes valuit · ne deditione excusarent/obsi
des inde imperatos pro uiribus inopis populi · Vicenos autē Sarmoni
et palenses et Samei dederunt/Insperata pax cephalanie affulserat ·
cū repente vna ciuitas/incertū/quā obcausam Samei desciuerunt · quia
opportuno loco posita vrbs esset · timuisse se aiebant/ne demigrare cogerentᷣ ·
a romanis/Ceterū ipsi ne sibi eū finxerunt finxerint metū et timore
vano quietū excitauerint malū/an iactata sermonibus/res apud romanos
perlata ad eos fit/nihil compti ē/nisi q datis iam obsidibus repente por
tas iam clauserunt · et ne suorꝫ quidem precibus/miserat enī sub muros
consul ad tentandam misericordiam parentū popularīūq;/desistere ab in
cepto noluerunt · OPPVGNARI deinde postq̄ in
hil pacati respondebāt cepta vrbs ē
apparatū omnē tormētorū machinarūq; transuectū ab ambrachie oppug̃toē

habebat. et opera que facienda erant / impigre milites perfecerunt / duobus igitur
locis admoti / arietes quatiebant muros. nec ab Sameis quicquam. quo aut opera
aut hostis arceri. posset / pretermissum est. duabus inde maxime rebus resiste
bant. una interiorem semper iuxta uallum pro dirupto nouum obstruentes mu
rum. Alteram eruptionibus subitis. nunc in opera hostium nunc in stationes.
et plerumque his proeliis superiores erant. Una quidem ad terrendos inuenta aut
memorata res est / centum funditores ab egio et patris et dimnsicciti a
pueris hi more quondam gentis saxis globosis. quibus ferme arene immix
tis strata littora sunt: funda mare apertum incessentes exercebant. Ita longius
certiore et ualidiore ictu quam balearis funditor / eo telo usi sunt et est non sim
plicis habene / ut balearica aliarumque gentium funda. sed triplex scuta le(?)crebris
suturis duratum. ne fluxa habena uolutetur in iactu glans: sed librata cum sederit.
uehit nemo missa excuciatur / coronas modici circuli magno ex interuallo loci assue
ti traicere / non capita solum hostium uulnerabant. sed quem locum destinassent oris / Hec
funde Sameos cohibuerunt. ne tam crebro ne ue tam audacter erumperent
adeo ut precarentur ex muris acheos. ut paulisper abscederent / et se a romanis
stationibus pugnantes quiete spectarent / Quatuor menses. obsidionem fame sus
tinuit. Cum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent aut uulnerarentur. et qui super
erant / fessi et corporibus et animis essent / Romani nocte per arcem quam thyra
didem uocant. Nam urbs in mare deuexa. in occidentem. uergit. muro supera
to. in forum peruenerunt. Samei postquam captam urbis partem ab hostibus
senserunt cum coniugibus et liberis in maiorem refugerunt arcem inde postero
die dediti direpta urbe sub corona omnes uenierunt.

CONS

VL compositis rebus Cephalonie presidio imposito
in peloponessum iam diu egiesentibus egiensibus maxime ac
lacedemoniis traicit / Egium principio achaici consilii semper conuentus ge
tis inducti sunt / seu dignitati urbis id seu loci oppotunitati datum est Hunc mo
rem phylopoemen eo primum anno labefactare conatus / legem parabat ferre
ut in omnibus ciuitatibus que achaici consilii essent inuicem conuentus ageret.
et sub aduentum consilis / damiorgus ciuitatum qui summus est magistratus Egium
euocantibus / polopoemen tunc erat pretor / conuentum Argos edixit. quo
cum appareret fere omnes conuenturos / consul: quo quamquam egiensium fauebat
cause / tamen argos uenit. ubi cum disceptatio fuisset. et rem inclinatam cerne
ret / incoepto destitit / lacedemonii deinde eum in sua certamina auerterunt
sollicitatam (va) eam ciuitatem / exules maxime habebant / id egre patientes
lacedemonii (cat) / quorum magna pars in maritimis laconice ore castellis quam omnes
adepti erant habitabant id egre patientes lacedemonii ut aliqua liberum
ad mare haberent aditum: si quando romam / alio quo ue mitterent legatos.
simulque ut emporium et receptaculum peregrinis mercibus ad necessarios usus

esset: nocte adorti, vicum maritimum nomine lamna improviso occupare, vicum
quique ibi exules habitabant primo inopinata re territi sunt. deinde sub lucem
congregati, levi certamine expulerunt lacedemonios. Terror tamen omnem
maritimam oram pervasit. legatosque communiter et castella omnia. vicique et
exules quibus ibi domicilia erant, ad acheos miserunt. PHILO-
POEmen pretor iam inde ab initio exulum causae
et amicus et auctor, semper acheis minuendi opes et auc-
toritatem lacedemoniorum consilium querentibus dedit. decretumque referente eo
factum est in fidem acheorum tutelamque T. Quinctius et romani lacones ore
castella tradidissent, ne cum abstinere hiis ex foedere lacedemonios de-
berent. lace vicus oppugnatus esset: cedesque ibi facta. qui eius rei affines
auctoresque essent: nisi dederentur acheis, violatum videre foedus. ad expos-
cendos eos: et legati ex templo lacedemonem missi sunt. Id enim imperium
adeo superbum et indignum lacedemoniis visum est. ut si antiqua civitati
fortuna esset, haud dubie arma ex templo capturi fuerint. maxime autem
consternavit eos metus. si semel primis imperiis obediendo iugum acce-
pissent: ne id quod iam diu moliretur philopoemenes exulibus lace-
demonem traderetur. furentes igitur ira, triginta hominibus ex factione, cum
qua consiliorum aliqua societas philopoemeni atque exulibus erat interfectis,
decreverunt renuntiandam societatem acheis, legatosque ex templo cephalo-
niam mittendos: qui consuli M. fulvio quique romanis lacedemonem de-
derent. orarentque eum, ut veniret in peloponessum, ad urbem lacedemonem
in fidem ditionemque populi Ro. accipiendam, id ubi ad acheos legati re-
tulerunt omnium civitatum que eius concilii erant, consensu bellum lacedemoniis
indictum est, ne ex templo gereretur. hiems impedivit, incursionibus tamen
parvis, latrocinii magis quam belli modo, non terra tantum, sed etiam a navibus
a mari fines eorum vastati. HIC tumultus consulem peloponessum ad-
duxit. iussuque eius elim concilio indicto, lacedemonii ad
disceptandum acciti. magna ibi non disceptatio modo, sed altricatio fuit.
Cui consul cum alia satis ambitiose, partem utramque fovendo, incerta respondis-
set, una denuntiatione, ut bello abstinerent, donec romam ad senatum
legatos misissent finem imposuit. utrimque legatio romam missa est. Exules
quoque lacedemoniorum suam causam legationemque acheis iunxerunt. Diapha-
nos et lycortas, megalopolitani ambo, principes legationis acheorum
fuerunt. qui dissidentes in re publica, tum quoque inter se minime convenientem ora-
tionem habuerunt. diaphanes senatui disceptationem omnium rerum permitte-
bat, eos optime controversias inter acheos ac lacedemonios finituros esse.
lycortas ex preceptis philopoemenis postulabat: ut acheis ex foedere ac legi-
bus suis que decrevissent. agere liceret. libertatemque sibi illibatam cuius

ipsi auctores essent prestarent/ magne auctoritatis apud romanos tunc ges
acheorũ erat · nouari tamen nihil de lacedemoniis placebat/ Ceterũ respō-
sum ita perplexũ fuit/ et achei sibi de lacedemone permissũ acciperent ·
et lacedemonii omnia concessa hiis interpretarent. HAC pretate
immodice achei et superbe usi sunt philopoemeni continuato magis-
tratus · ueris initio exercitu indicto/ castra in finibus lacedemoniorũ posuit ·
legatos/ deinde misit ad deposcendos auctores defectionis · et ciuitatē in pace
futurā/ si id fecissent · pollicentes et illos nihil indicta causa passuros · Sile-
tiũ pre metu ceterorũ fuit/ quos nominatim depoposcerat · ipsi se ituros pro-
fessi sunt · fide accepta a legatis ui abfuturam/ donec causam dixissent ·
Ierũt etiam alii illustres uiri et aduocati priuatis/ et quia pertinere cau-
sam eorũ ad remp. censebant · numquā alias exules lacedemoniorũ achei
secum adduxerant in fines quia nihil eque alienaturũ animos ciuitat(is)
uidebatur/ Tunc exercitus totius prope antesignani exules erant · Hii uenie-
tibus lacedemoniis · ad portam castrorũ agmine facto/ occurrerũt et primo
lacessere iurgiis/ deinde altricatione orta cũ accenderet. ita ferocissimi exulũ
impetũ in lacedemones fecerunt cũ illi deos et fidē legatorũ testarent.
et legati et pretor summouere turbas et protegere lacedemonios/ uinculaque iam
quosdam conicientes arceret/ crescebat · tumultu concitato turba · et achei
ad spectaculũ primo concurrebant/ Deinde uociferantibus exulibus/ que passi
forent · et orantibus opem affirmantibus simul numquā talē occasionē habitu-
ros si eam pretermisissent/ Foedus quod in capitolio quod olimpie · quod in
arce athenis ratũ fuisset · irritũ per illos esse/ priusquā alio de integro foedē
obligent. noxios puniendos. Accensa his uocibus multitudo · ad uocē unius
qui ut ferirent/ inclamauit · saxa conicit · atque ita xuii · quibus uincula per
tumultũ iniecta erant/ interfecti sunt/ lxiii · postero die comprehensi a quibus
pretor rem arcuerat · non quia saluos uellet · sed quia perire nolebat cā
indicta/ obiecti multitudini irate cũ aduersis auribus pauca locuti essent
dampnati omnes et traditi sunt ad supplitiũ · HOC metu iniecto la-
cedemoniis imperatũ primũ ut muros diru erent · deinde ut
omnes externi auxiliares qui mercede apud tirannos militassent/ terra la-
conica excederent/ tum utique seruitia tiranni liberassent · ea magna mul-
titudo erat · ante diem certam abirent · qui ibi mansissent eos prehendendi
abducendi · uendendi acheis ius esset · lycurgi leges · moresque abrogaret ·
acheorũ assuescerent legibus institutisque/ Ita unius eos corporis fore · et de
omnibus rebus facilius consensuros/ nihil obedientius fecerũt · quam ut muros
diruerent nec egrius passi sunt/ quam exules reduci/ decretũ tegee in concilio cō-
muni acheorũ de his restituendis factũ ē · et mentione illata externos aux-
iliares dimissos/ e lacedemoniis ascriptos/ Ita enim uocabant qui a tirannis

liberati erant

liberati erant / urbe excessisse, in agros dilapsos priusquam dimitteretur exercitus / re
ptorem cum expeditis et comprehendere id genus hominū / et vendere iure pre
dę placuit. multi comprehensi / venierunt / porta ex ea pecunia / Megalopo
litanorū refecta est / quam lacedemonii diruerant: et ager belbinatis. quē
iniuria tyrannorum lacedemoniorū possederunt restitutus eidem civitati ex decre
to vetere acheorū / quod factū erat philippo Amynte filio regnante / Per hec
velut enervata civitas lacedemoniorū diu achęis obnoxia fuit / Nulla tamē
res tanto erat dāno quam disciplina lycurgi cui per lxx. annos assueverant subla
ta.

A CONCILIO

ubi ad consulem inter acheos lacedemoniosque disceptatū ē / M.
fulvius quia iam in exitu annus erat / comitiorū causa profectus romā / crea
vit consules. M. Valeriū Messallam et C. Liviū Salinatorē / M. Emiliū
lepidū. Minutiū / eo quoque anno petentē decessisse / pretores inde creati
Q. Marcius philippus. M. claudius Marcellus. C. Stertinius. C. Atinius. P.
claudius pulcher. L. Manlius Acidinus / comitiis perfectis consulem M. fulviū
in provinciam et ad exercitū redire placuit / eique et collegę CN. Manlio
imperiū in annum prorogatū ē / Eodē anno in ędem herculis. signū dei ipsius
ex decem virorū responso / et seiuges in capitolio aurati ab CN. cornelio po
siti consulē dedisse / inscriptum ē / et duodecī clipea erata ab ędilibus
curulibus. P. claudio et P. Sulpicio Galba / sunt posita ex pecunia qua fru
mentarios ob annonam compressam dāmnarunt: et edilis plebis. Q. fulvius flac
cus / duo signa aurata / uno vero dāmnato / Nam separatim accusati erant. posuit
collega eius A. cecilius neminē condempnavit / ludi romā ter plebei quinques
toti instaurati. M. Valerius Messalla inde et C. livius Salinator / consula
tū idibus martiis cū inissent / de rep. deque provinciis et exercitibus / Senatū
consuluerunt / de Etolia et asia / nihil mutatū est / Consulibus alteri pise cū
liguribus / alteri gallia provincia decreta est / Comparari inter se aut sortiri
iussi / et novos exercitus, binas legiones scribere / et ut sociis latini nominis quina
dena milia peditū imperarent / et mille ducentos equites / Messalle ligures / Salina
tori obtigit gallia / pretores inde sortiti sunt / M. claudio urbana / P. claudio
peregrina evenit / Q. Martio Sicilia / C. Stertinius. Sardiniam / L. Manlius His
paniā citeriorem / C. Atinius ulteriorem ē sortitus / de exercitibus ita placuit
eidem e Gallia legionesque sub. C. Bebio fuerunt / ad. M. Tucciū propretorē
in Brutios traduci / et qui in Sicilia esset dimitti exercitū et classē que ibi
esset romā reduceret / M. Sempronius: pro hyspaniis legiones singulę:
quę tum in his provinciis erant decretę: et ut terna milia peditū. du
centos equites / ambo in supplementū pretores sociis imperarent: secumque trans
portarent.

PRIUS

quam in provincias novi magistratus proficiscerentur supplicatio
triduū / pro collegio decem virorū imperata fuit

Eclips

in omnibus compitis/ q luce/ Inter horam terciã ferme et quartã tenebre oborte fue-
rant. et nouendiale sacrificiũ indictũ est q in auentino lapidibus pluisset/ Cam-
pani cũ eos secundum . S. c quod priore anno factũ erat Censores rome cen-
seri coegissent Nam ante incertũ fuerat ubi censerent./ petierunt ut sibi ci-
nes romanas ducere uxores liceret/ Et qui prius duxissent/ ut habere eas et an
eam diem nati ut iusti sibi liberi heres heredesq; essent/ Impetrata utraq; res
de formianis fundonisq; municipibus/ et arpinatibus . C. Valerius appo. tri-
bunus plebis promulgauit/ uti his suffragii latio Nam antea sine suffragio
habuerant ciuitatem esset/ Huic rogationi quatuor tr. pl. quia nõ ex auctore
senatus ferretur/ cum intercederent/ edocti populi ẽe/ nõ senatus ius suffra-
giũ quibus uelit impartire destiterunt incepto. Rogatio perlata ẽ ut in Emi-
lia tribu/ formiani et fundani cornelia cornelii Arpinates ferrent/ atq; ĩ his
tribubus/ tum primũ ex Valerio plebiscito censi sunt/ M. claudius. Marcellus
Censor superato sorte/. T. Quintio lustrũ condidit/ Censa sunt ciuiũ capita
cc.lviii. et ccc.viii/ lustro pfecto consules in prouincias profecti/

HE qua hec rome gesta sunt ad cn. Manliũ consulez HIE
deinde proconsulez hybernatez in asia legationes undiq; ex omib;
ciuitatibus gentibusq; que cis taurũ montẽ incolũt/ conueniebant. sed ut clarior
nobiliorq; uictoria romanis de rege Antiocho fuit/ q̃ de gallis. Ita letior de
gallis sociis erat/ q̃ de antiocho/ tollerabilior regia seruitus fuerat/ q̃ feritas
immaniũ barbarorũ/ incertusq; in dies terror/ quo uelut tempestas popu-
lantes inferret. Itaq; ut quibus libertas Antiocho pulso/ plus pax gallis do-
mitis data esset/ nõ gratulatũ modo uenerãt/ sed coronas etiã aureas pro
suis quoq; facultatibus attulerant/ et ab antiocho legati et ab ipsis gallis ut pa-
cis leges dicerentur/ et ab ariadne rege capadocũ uenerũt/ ad ueniã petẽ-
dam/ luendamq; pecunia noxam/ q auxiliis Antiochũ iuuisset/ ducẽta talenta
argenti sunt imperata/ Gallis responsum cũ Eumenes rex uenisset cũ da-
turũ his legem/ ciuitatum legationes cũ begnina responsis. letiores etiã q̃ ue-
nerant dimisse. Antiochi legati pecuniam pamphiliaz frumentũq; / ex pacto
cũ P. Scipione foedere iussi aduehere/ eo se cũ exercitu uenturũ/ Principio
deinde ueris lustrato exercitu/ pfectus. die octauo ad Apameam uenit.
ubi triduũ statiuis habitis. tertiis rursus ab Apamea castris/ in pamphiliam
quo pecuniam frumentũq; regios conuehere iussent/ iusserat/ peruenit. mille
et quingenta talenta argenti accepta/ Apameam deportant/ frumentũ exercitui
diuiditur/ Inde ad pergamũ ducit que uia in his locis regio tenebatur/ pridio. ap-
propinqũti prefectus pridii fuit obuius. triginta dierũ tempus petens/ ut regẽ
Antiochum de urbe tradenda/ consuleret/ dato tẽpore ad eam diem/ decessit
presidio/ et a pergamo. L. Manlio fratre. cũ quatuor milibus peditũ/ orandã
ad reliquũ pecunie. ex eo q pepigerant exigendũ misso/ Ipẽ quia Eumenem

regem et decem legatos ab roma Ephesum venisse audierat/ iussisque sequi An-
tiochi legatis Apameam exercitum reduxit / Ibi ex decem legatorum sententia foedus
in hec verba cum Antiocho conscriptum est/. AMICICIA regi cum
po. ro. his legibus et conditionibus esto. ne quem
exercitum qui cum po. romano sociis ne bellum gesturus erat rex per fines regni eorum ne
qui sub ditione eius erunt transire sinito/ ne commeatu ne ne qua alia ope iu-
vato/ Idem Romani sociique Antiocho et his qui sub Imperio eius erunt pre-
stent/ belli gerendi ius anthiocho ne esto / cum illis qui Insulas colunt. neve in
Europam transeundi. Excedito urbibus et agris. vitis. castellis cis taurum mon-
tem/ usque ad tanaim amnem/ et a ea ualle tauri usque ad Iuga/ qua in licaoni-
am vergit. ne qua arma efferto. ex his oppidis agris castellisque quibus exce-
dat/ si qua extulit que quoque oportebit recte/ restituito/ neve militem. neve
quem alium ex regno Eumenis recipito/ Si qui earum urbium civesque regno abste-
dunt/ cum rege antiocho intraque fines regni eius sunt. Appameam ante diem
certam redeant/ qui ex regno Antiochi apud romanos sociosque sunt his ius
abeundi manendique esto/ Servos seu fugitivos. seu bello captos. seu quis liber
captus aut transfuga erit. reddito romanis. sociisque/ elephantos reddito omnes.
neque alios parato. tradito et naves longas/ armamenta earum. neu plures
quam decem naves/ nulla plus quam triginta remis agatur/ habeto/ neve minorem
ea belli causa quod ipse illaturus erit Ne navigato citra chalichandrum neque Sarr-
padonum promontoria. quod si qua navis pecuniam. stipendium aut legatos. aut
obsides portabit milites mercede conducendi/ ex his gentibus que sub
ditione po. ro. sunt/ Antiocho regi ius non esto./ ne voluntarios quidem recipi-
endi sociorum quidem rhodiorum ne que edes bedificia. que Intra fines regni
Antiochi sunt/ quo Iure ante bellum fuerunt/ eo rhodiorum/ sociorum ne sinito/ Si que
pecunie debentur/ eorum exactio esto/ Si quid ablatum est/ id conquirendi cognoscendi
repetendique Item ius esto/ Si quas urbes. quas tradi oportet/ hi tenent. quibus
antiochus dedit ex his presidia deducito/ utique recte tradantur/ curato/ Ar-
genti probi talenta attica duodecim milia dato/ intra duodecim annos/ pensionibus
equis/ talentum neve minus pondo lxxx. romanis ponderibus. pendat/ et
tritici xl. milia modium/ Eumeni regi talenta. ccel. intra quinquennium dato.
et pro frumento quod estimatione fit/ talenta cxxxvii./ obsides romanis. xx.
dato et triennio mutato/ nec minorem octonum denum annorum neu maiores.
quinum quadragenum/ Si qui sociorum po. Ro. ultro bellum inferrent Antiocho vim
vi arcendi ius esto/ dum ne quam urbem aut belli Iure teneat. aut in amicitiam ac-
cipiat/ Controversias inter se Iure ac Iuditio disceptet. aut si utrisque placebit.
bello/ de Hannibale poeno/ de etolo theante/ et Mylima Symacho Acarnane
et chaladensibus. Eubilida. et philopone. dedendis/ in hoc quoque asscriptum est/ ut
si quid postea addi immutari ne placuisset/ non id salvo foedere fieret/ . . .

Fedus Romanorum cum Anthiocho

CONSUL iuravit in hoc foedus, ab rege qui exigeret ius
iurandū profecti. Q. Minutius Termus. et L.
Manlius, qui tum forte ab orandis venerit rediit, et . Q. fabio Labeom qui
classi preerat scripsit: ut pataram ex templo proficisceret̄: queq; ibi naves
regie essent concideret. concremaretq; / profectus ab epheso. L. tectas na-
ves aut concidit aut incendit. Temelsum eadē expeditione territis subito
adventu classis, oppidanis recipit, Ex licia protinus iussis ab epheso sequi, ibi
relicti: qui erant ꝑ insulas, in greciam traiecit. Athenis paucos moratus dies
dū pirheum ab epheso naves venirent. totam inde classē in ytaliam red
uxit, Cn. Manlius: cū inter cetera, que accipienda ab Antiocho erāt, ele
phantos quoq; accepisset. donoq; Eumeni om̄es dedisset: deinde causas ciui
tatū, multis inter novas res turbatis, cognovit. Et ariarates rex, parte di
midia pecunie, Eumenis beneficio imperate. cui desponderat ꝑ eos dies fi
liam, dimissa: In amicitiā est acceptus. CIVITATUM
autem cognitis causis, decem legati ali-
arū, aliam fecerunt conditionē: que stipendiarie regi Antiocho fuerant:
et cū po. ro. senserunt, his immunitatem dederūt, que partiū antiochi fue
rant: aut stipendiarie Attoli regis, eos omnes vectigal pendē Eumeni iusserūt.
Nomatim preterea colophoniis, qui in noto habitant. et Cymeis et Mellisenis
immunitatē dederunt, clazomeniis super immunitatē et drimussam insulā
dono dederunt: et Milesiis quē appellant sacrū agrū, et restituerūt. Illiensib9 ·i· troyanis
Rhetiū et Gergitiū addiderūt: nō tam ob recentia ulla merita. q̄ originū me
moriam, eadem et dardanū liberandi cā fuit. duos quoq; et Smyrneos et
Erytreos pro singulari fide: quā in eo bello prestiterunt. et in om̄ precipuo
honore habuerūt. et agro donaverūt. Phocensib9 et ager quē ante bellū ha
buerūt redditus: ut legibus antiquis uterent̄: permissū. Rhodiis affirmata
que data priore decreta erant. Lycia et caria data, usq; ad meandrū am
nem. preter Messinn, Eumeni regi. chersonesum in Europa et lysimachiam
castella vicos. agrū. quibus finibus tenuerat Antiochus, adiecerūt in Asia
phrigiam utraq;. Alteram ad Hellespontū, maiorē alterā vocat et Mysiam:
quā prusia rex ademerat, restituerunt. et lycaoniam et Milyadam et lydiā.
et nomatim urbes Trallis. atq; Ephesum et thelmesū, de pamphilia discepta
tū inter Eumenon et Antiochi legatos cū esset: quia pars eius citra: pars
ultra taurū est. sed senatui integra reicitur. HIS foederib9 decretisq;
datis. Manlius cū decem legatis. omniq; ex
citu ad hellespōtū
profectus: evocatis eo regulis, gallorū leges, quibus pacem cū Eumene serva
rent dixit. denunciavitq;. ut morem vagandi cū armis finirent, agrorūq; suorū
terminis se cōtinerent. CONTRACTIS deinde ab
omni ora navibus. et Eu
menes etiā

classe per Athenaeum fratrem regis ab Elea adducta copias omnes in Europam
traiecit. Inde per Chersonesum modicis itineribus grave preda omnis generis
agmen trahens Lysimachie stativa habuit, ut quam maxime recentibus et in
tegris iumentis Thraciam per quam iter vulgo horrebant ingrederetur. Quo pro
fectus est ab Lysimachia die ad amnem Melana quem vocant. Inde postero
die Gypsela pervenit. A Gypseis via decem milium fere silvestris angusta
confragosa excipiebat. Propter cuius itineris difficultatem in duas partes
divisus exercitus et precedere una iussa, altera magno intervallo agmen
cogere, media impedimenta interposuit. Plaustra cum pecunia publica
erant preciosaque alia que preda. ITA quom per saltum Thraciam iter de
cem aut amplius milia ex quattuor populis Astii et Corneli ad ip
sas angustias viam circumsederunt. Opinio erat non sine Philippi regis Mace
donum fraude id factum fuisse, non alia quam per Thraciam redituros Romanos
et quantam pecuniam portarent scisse. In primo agmine imperator erat
sollicitus propter iniquitatem locorum. Thraces nihil se moverunt donec
armati transirent. Postquam primos superasse angustias viderunt, posteros
nondum appropinquantes impedimenta et sarcinas invadunt, cesisque custodibus
partim ea que in plaustris erant diripuere, partim sub oneribus iumenta ab
straxere. Unde post clamor primum ad eos qui iam ingressi saltum sequebantur
deinde et ad primum agmen est perlatus, utrimque in medium concurritur et
inordinatum simul pluribus locis prelium conseritur. Thraces preda ipsa im
peditos oneribus et plerosque ut ad rapiendum manus vacuas haberent iner
mes ad cedem prebet. Romanos iniquitas locorum barbaris per calles notos con
cursantibus et latentibus interdum per cavas valles prodebat. Ipsa etiam one
ra plaustraque ut fors tulit his aut illis incommode abiecta pugnantibus impe
dimento sunt. Alibi predo, alibi prede vindex cadit, prout locus iniquus
equus vel his aut illis, prout animus pugnantium est, prout numerus alii plu
ribus quam ipsi erant, alii paucioribus occurrebant. Varia pugne fortuna est.
Multi utrimque cadunt. Iam nox appetebat cum prelio excedunt Thraces, non fuga
vulnerum aut mortis sed quia satis prede habebant. Romanorum primum agmen
extra saltum circa templum Mendidium castra loco aperto posuit, pars altera ad cu
stodiam impedimentorum medio in saltu duplici circumdato vallo mansit.
Postero die prius explorato saltu quam commoverent, primis se iungit. In eo prę
lio cum et impedimentorum et calonum pars et milites aliquot cum passim toto prope
saltu pugnarent cecidissent, Q. Minutius Thermus morte amissus est, incoeptum
fortis ac strenui viri. Eo die ad Hebrum flumen perventum est. Inde Aeniorum fines
preter Apollinis Zerynthium quem vocant incole templum. SUPER
ERANT alie angustie circa Tempyra (hoc loco nomen est) nec minus confragose quam priores. Sed

quia nihil siluestre circa est ne latebras quidē ad insidiandū prebent/ Huc
ad eandem spem prede transigens et ipa thracū conuenere/ Sed quia ini-
mici uallos procul ut conspicerent/ angustias obsidentes efficiebant minus
terroris tumultusq; fuit apud romanos/ quippe et si iniquo loco prelio tamen
iusto/ acie apta/ collatis signis dimicandū erat/ conferti subeuntes· cū clamore
impetu facto/ primū expulere loco hostes/ deinde auertere fuga inde cedes suis
ipsos impedientibus angustiis fieri cepta est/ Romani uictores ad uicū ma-
ronitarū· salen appellant posuerūt castra/ Postero die patenti itinere/ prya-
ticus campus eos excepit· triduumq; ibi frumentū accipientes/ manserunt
partim ex agris maronitarū conferentibus illis ipsis/ parti ex nauibus
suis que cū omnis generis comeatu sequebantur. Ab stratius diei uia/ Apol-
loniā ingressus fuit. Hinc per Aderitharū agrū/ neapolim peruentū e(st)
Hoc omne per grecorū colonias pacatum iter fuit· reliquū inde per me-
dios thracos/ dies noctesq;/ et si nō infestū· suspectū tamē/ donec in macedo-
niā peruenē/ mitiores thracas idem exercitus quom a Scipione eadē una
uia ducerentur habuerat: nulla ob aliam causam q̄ q̄ prede minus quod pe-
teretur fuerat/· quamquam tūc q; claudius auctor est ad quindecī milia thracū
precedenti ad exploranda loca agmini mutini Numyde occurrisse· qua-
dringentos equites fuisse numydas paucos elephantos/ Mutinis filiū per
medios hostiū cū cl· delectis peditibus perrupisse/ Eundem cū mox muti-
nus/ iam in medio elephantis locatis· in cornu equitibus dispositis/ manū
cū hoste conseruisset· terrorem ab tergo prebuisse/ atq; inde turbatos/ eques-
tri uelut procella hostis ad peditū agmē nō accessisse/ CN· Manlius per
macedoniam in thessaliam exercitū traduxit/ Inde per epyrū apolloniā quom
peruenisset· nec inde ab Hyberno contempto mari/ ut traicere auderet/
apollonie hybernauit. EXITU prope anni M· Ualerius cōsul
ex liguribus ad magistratus subrogandos/ romā uenit
nulla memorabili in prouincia re gesta/ ut ea probabilis more causa esset quod
solito serius ad comitia uenisset/· comitia de consulibus rogandis fuerūt ad xii·
kal· martias/ creati· M· Emilius· lepidus· C· flaminius· Postero die pretores
facti Appius claudius pulcher· Seruius Sulpitius Galba· Q· Terentius culleo

hic nō est defectus

Culleo . Q . Terentius Massilliata . Q . fulvius flaccus . M . fulvio crassus / Co
miciis perfectis quas provincias pretoribus esse placeret / retulit ad senatum / Cons
ules decreverunt Rome iurisdicendi causa . duas esse . ytaliam . Siciliam et Sardiniam
duas in ytaliam Tarentum et Galliam . et extemplo priusquam inirent magistratum
sortiri iussis . Servius Sulpicius urbanam / Q . Terentius peregrinam est sortitus / Q . Te
rentius . Siciliam . Q . fulvius sardiniam Appius Claudius Tarentum / M . furius .
Galliam . Eo anno L . minutius et L . Manlius / qui legatos Cartaginienses
pulsasse . dicebantur . iussu . M . Claudii pretoris urbani per feciales traditi sunt
legatis . et Cartaginem advecti / in liguribus magni belli . et glistens in di
es magis fama erat / itaque consulibus novis quo die de provinciis et de . rep .
retulerunt Senatus . utrique ligures provinciam decrevit .

Huic Senatus consulto Lepidus consul . intercedebat
indignum esse predicans / consules ambos in valles ligurum . includi . M . fulvium
et Cn . Manlium biennium iam alterum in Europa . alterum in Asya velud pro phi
lippo atque antiocho substitutos regnare / si exercitus in his terris esse placeat con
sules / his potius quam privatos preesse oportere / vagari eos cum belli terrore per na
tiones quibus bellum indictum / non sit / pacem precio venditantis . si eas provincias exer
citibus obtinere . opus esset . sicut M . attilio . L . Scipio consul . L . Scipioni M .
fulvius et Cneus manlius successissent consules . ita fulvio . Manlioque C .
livium et M . Valerium . consules debuisse succedere / Nunc certe / perfecto
extolico bello / recepta ab anthiocho . Asya . devictis gallis / aut consules ad
exercitus consulares mitti aut reportare legiones . inde / reddique tandem R . p .
debere . / Senatus hiis auditis in sententia perseveravit / ut consulibus ambobus ligu
res . ~~provinciasset~~ Manlium fulviumque decedere de provinciis et exercitus inde ded
ucere ac redire Romam placuit

INIMICICIE Inter M . ful
vium et M . Emilium erant et super cetera . Emilius serius / biennio se consulem
factum . M . fulvii opera . dicebat . Itaque ad invidiam ei faciendam . legatos Ambracienses
in senatum subornatos . criminibus . introduxit / Qui sibi cum in pace essent imperataque a prioribus
consulibus fecissent et eadem obedienter prestare M . fulvio parati essent / bellum
illatum questi / agros . primum depopulatos / terrore direpcionis et cedis urbi iniectum / ut
eo metu claudere cogerentur / portus obsessos . deinde . et oppugnatos se . et omnia exempla
eo in se . cedibus incendiis ruinis direptionis urbis coniuges liberos in servitium . abstra
ctos . bona adempta . et quod se ante omnia moveat . templa tota . urbe . spoliata / or
namentis symulacra deum / deos immo ipsos convulsos e sedibus suis sublatos esse .
postes . parietesque nudatos / quos adorent ad quos precentur . et supplicent ambracien
sibus . non superesse . Hec querentes interrogando curiose ex composito consul . ad plura
velud non sua sponte dicenda . eliciebat

NOTIS patritus / excepit quia
veterem et absoletam viam ingressos dixit sic / M . Marcellum ab Syracusis sic Q .
fulvium a Campanis accusatos / quin eadem opera . T . Quintium a philippo rege M .
attilium . et L . Scipionem . ab anthioco / Cn . Manlium a Gallis / ipsum fulvium
ab Etolis Cephalanis populis accusari paterentur . Ambrachiam oppugnatam
et captam . et signa inde ornamentaque ablata et cetera facta que captis .

duas

inirent

provincia esset

alter consul . C . flaminius M .
fulvii causam excepit

urbibus soleant / Negaturum aut me pro M. fuluio aut ipsum M. fuluium censetis p.
C. Cum ob has res gestas / triumphum a nobis postulaturus sit Ambraciam captam
signaque que ablata criminantur cetera spolia eius urbis ante currum laturus
et fixurus in postibus suis / Nichil est quod se ab Etolis separent eadem
ambraciensium et Etolorum causa est. Itaque collega meus uel in alia cognitione
uel si in hac utique mauult retineat Ambracienses suos in aduentum M. fuluij.
Ego nec de ambraciensibus neque de Etolis decerni quicquam absente M. fuluio patiar /

CUM Emilius calidam malitiam tribuni uelud insimularet et tempus cum morando ex-
traheret nec consule tribuno Romam rediret et tamen consulem biduum assumptum esset
nec presente flaminio quicquam decerni uidebatur posse. captata occasio est. Cum eger forte
flamminius abesset et referente emilio S. C. factum est ut Ambraciensibus omnes res sue
redderentur in libertate essent / ac legibus suis uterentur. portoria itaque quae uellent
terra marique caperent. dum eorum immunes Romani ac socij latini nominis essent
/. signa aliaque ornamenta que quererentur ex edibus sacris sublata esse. de his
cum M. fuluius Romam reuertisset / placere ad collegium pontificum referri et quod
hi censuissent fieri. neque his contentus consul fuit. Sed postea per infrequen-
tiam adiecit S. C. non uideri Ambraciam ui captam esse / Supplicacio
inde ex decemuirorum decreto pro ualitudine populi fuit per triduum quia grauis pestilencia
urbem atque agros uastabat latine inde fuerunt quibus religionibus liberati Con-
sules ex delectu profecti ex uterque cum uti maluit nouis militibus in prouinciam pro-
fecti sunt / ueteresque omnes dimiserunt // POST. Consulum profectionem. CN. Manlius
proconsul Romam cum a seruio sulpicio pretore / Senatus ad edem Bellone datus esset
et ipse commemoratis rebus ab se gestis postulasset ut ob eas dijs immortalibus honores
haberentur sibique triumphanti urbem inuehi liceret / contradixerunt maior pars decem legatorum
qui cum eo fuerant / et ante alios L. furius Purpurio et L. Emilius paulus / le-
gatos sese cum Manlio datos pacis cum antiocho faciende causa / federisque legum
que cum L. Scipione inchoate fuissent. perficiendarum. CN. Manlium summa ope con-
tendisse ut eam pacem turbaret et antiochum si sui potestatem fecisset / insi-
dijs exciperet. Sed illum cognita fraude consulis / cum sepe colloquijs petitis / captus
esset / non congressum modo. sed conspectum etiam eius uitasse / cupientem transire thaurum egre omnium
legatorum precibus et carminibus Sybille predictam superantibus terminos fatalis cladem comperit / retentum
retentum admouisse tamen exercitum / et prope in ipsis iugis ad diuortia aquarum castra posuisse cum
ibi nullam causam inueniret quiescentibus regijs circumegisse exercitum ad gallogrecos. quibus
gentibus suma fere ausum. antiochi phylippi. hanibalis et penorum recentissima bella esse de
omnibus his consultum Senatum populumque iussisse sepe legatos ante missos et res
petitas // Postremo qui bellum indicerent missos / quod eorum CN. Manlij factum est
ut istud publicum populi Ro. bellum et non tuum priuatum latrocinium ducamus / an eo ipso contentus
fuisti. Recto itinere duxisti exercitum ad eos quos tibi hostis assumpseras. an per
omnes anfractus uiarum / cum uia consisteres. ut quos flexisset agmen. attalus
eumenis frater / eo consul mercenarius. cum exercitu Romano sequeretur Pysidie
lycaonieque et phrygie recessus. omnes atque angulos peragrasti. Stipem ab tyrannis.

† Cui narratori non ex senatus
÷ auctoritate non populi iussu bellum il-
latum quod quem nunquam de

Castellanisque deuijs colligens / Quid est tibi cum orandis quod cum alijs eque inoxijs
populis bellum ante ipsum cuius nomine triumphum petis / quomodo gessisti / loco quo ipse tuo pugnas
tu vero recte ut dijs inmortalibus honores haberi postulas. Primumque pro temeritate imperatoris
nullo iure gentium bellum inferentis / penas exercitum luere noluerunt. Deinde quod bel-
nas non hostes nobis obiecerunt / Nolite nomen tantum existimare. iustum est Gallogrecorum
mixto ante et corpore et animo mixti et mutati sunt an si illi galli essent cum quibus
milies vario euentu in ytalia pugnatum est [bis loco iniquo subijt in valle infe-
riore pedibus pene hostium aciem subiecit ut non tela ex superiore loco mitterent ad]
quantum in imperatore nostro fuit minimus illinc redijssent / bis cum his pugnatum ~~in ytalia~~
bis loco iniquo subijt in valle inferiore pedibus pene hostium aciem subiecit / ut
non tela ex superiore loco mitterent. Sed si corpora sua nuda inijcerent obruere
non potuerunt. Quid igitur incidit / magna fortuna populi Romani est / magnum et terribile nomen /
recentes ruyna Hanibalis Philippi et Antiochi / prope attoniti erant. tante corporum
moles fundis. Sagittisque in fugam consternati sunt. Gladius in acie cruentatus non
est gallico bello. velud auium examina ad crepitum primum missilium aduolauere / At
hercule nos idem monente fortuna / quid si hostem habuissemus. castrum fuisset cum
redeuntes in latrunculos trachas incidissemus. Cesi fugati exuti impedimentis
sumus. Q. Minucius Termus in quo aut paulo plus dampni factum est quam si cum
Manlio cuius temeritate ea clades inciderat perijsset / cum multis viris fortibus cecidit /
Exercitus spolia regis Anthiochi referens trifariam dissipatus. alibi primum alibi postre-
mum agmen alibi impedimenta inter vepres in latebris ferarum nocte vna delituit
Pro his triumphis petitur. si non in trachia cladis ignominieque foret acceptum. de quibus
hostibus triumphum peteres / de his ut opinor quos tibi hostes senatus aut populus
Romanus dedisset. Sic huic Lucio Scipioni. Sic illi M. Attilio de rege Antiocho Sic pa-
ulo ante T. Quincio de rege philippo. Sic P. Affricano / de Hanibale et penis et
Syphacis datus triumphus. et minima illa cum iam senatus censuisset bella gerita / tamen
sunt quibus nunciandum esset / ipsis vtique regibus nunciaretur an statis. esset ad presidium aliquid
nunciare. Vultis igitur hec omnia pollui / et confundi / tolli fecialia iura / nullos esse ferta-
les. fiat / pace deum / dixerim / iactura religionis obliuio deorum capiat pectora vestra /
Num senatum quoque de bello consuli non placet / non afferri / velint iubeant ne cum gallis
bellum geri. Modo certe consules in greciam atque asyam volebant tamen perseuerantibus
vobis ligures prouinciam decreuerunt. dicto audientes fuerunt / igitur merito a nobis pros-
pere bello gesto triumphum petet quibus auctoribus gesserit / Talis oratio fuerit
et Emilij fuit / Manlium in hunc modum respondisse accepi / TRIBUNI

Plebis aduersari quibus ego P. C. grauium hec quasi seu in seu magnitudinem rerum gestarum hoc
dederunt. ut non solum conprobarent silencio honorem meum / sed referre eciam si opus esset vid
erentur parati erant. Et x legatis si dijs placet / per consilium dispensande hoc statuendeque victorie
imperatoribus maiores dederunt nostri aduersarios. hec L. Furius et L. Emilius currum trium-
phalem me conscendere prohibent / Coronam insignem capiti detrahunt quos ego si tribuni ple-
bis triumphare me prohiberent testes citaturus fui / rerum a me gestarum. nullius
equidem inuideo honori. Vos tribuni plebis / nuper viros fortes ac strenuos impedi-
entes. Q. Fabij Labeonis triumphum deterruistis auctoritate vestra / quem non bellum iniustum

imperatoris

anna solebat triumphum postulantibus

gessisse. sed hostem omnino non vidisse inimici iactitabant. ego qui cum centum milibus sevissi
morum hostium signis collatis totiens pugnavi, qui plus xl milia hominum cepi aut
occidi, qui bina castra eorum expugnavi, qui citra iuga Tauri omnia pacatiora quam Ita
lia est reliqui, non triumpho modo fraudor, sed causam apud vos p. c. accusantibus me
his ipsis legatis dico. duplex eorum ut audivistis p. c. accusatio fuit. nam nec
gerendum michi fuisse bellum cum gallis, et temere gestum atque imprudenter dixerunt.
non erant Galli hostes, sed tu eos pacatos imperata facientes violasti. non sum
postulaturus a vobis p. c. ut que communiter de immanitate gentis gallorum, de infestissimo
odio in nomen Romanum scitis, ea que de illis quoque qui terras has incolunt existimetis.
Gallos remota universe gentis infamia atque invidia per se ipsos existimate. Utinam
rex Eumenes, utinam Asie omnes civitates adessent, et illos potius querentes quam me
accusantem audiretis. Mittite agendum legatos circa Asiam ad omnes urbes, et querite
utrum graviori servitute Antiochi ultra Tauri iuga moto an gallis sublatis
liberati sunt. Quotiens agri eorum vastati sunt, quotiens prede eorum abacte referant, cum
vix redimendi captivos copia esset. Sed mactatas humanas hostias immolatosque
liberos suos audirent. Scitote stipendium pependisse socios vestros gallis. et nunc
liberatos per vos regio imperio pensuros fuisse, si a me foret cessatum. quo longius
Antiochus emotus esset, hoc impotentius in Asia galli dominarentur. et quicquid est
terrarum citra Tauri iuga, gallorum imperio non vestro adiecissetis. At enim sunt hec ita
vera. etiam Delphos quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum
galli spoliaverunt. nec ideo populus Romanus bellum eis indixit aut intulit. Equidem aliquid inter
esse rebar inter id tempus quo nondum in iure ac ditione vestra Grecia erat, atque Asia
ad curandum animadvertendumque quid in his terris fieret, et hoc quo finem imperii Romani
Taurum montem statuistis, quo libertatem immunitatem civitatibus datis, quo aliis fines
adicitis, alias agro multatis, vectigal imponitis, regna augetis, minuitis,
donatis, adimitis, curae vestre censetis esse, ut pacem terra marique habeant. an nisi
presidia deduxisset Antiochus, que quieta in partibus suis erant, non putaretis
liberatam Asiam, si gallorum exercitus effusi vagarentur, rata dona quoque dedistis
regi Eumeni, rata libertas civitatibus esset. Sed quid ego hec ita argumentor, tamquam
non acceperim sed fecerim hostes gallos. Te L. Scipio appello, cuius michi succedenti in
vicem imperii tui virtutem felicitatemque pariter non frustra ab diis immortalibus precatus
sum. te P. Scipio qui legati ius college maiestatem et apud fratrem consulem
et apud exercitum habuisti. Satis ne in exercitu Antiochi gallorum legiones fuisse
videritis in acie eos in cornu utroque, id enim roboris esse videbatur locatos, pugna
veritis ut cum hostibus iustis, cecideritis, spolia eorum retuleritis. atqui cum gallis bellum
et senatus decreverat et populus iusserat. sed simul opinor cum his decreverunt iusserunt
que qui intra presidia eius fuissent. ex quibus preter Antiochum, cum quo pacem
pepigerat Scipio et cum quo nominatim fedus fieri iusseratis, omnes hostes
erant qui pro Antiocho arma adversus vos tulerunt. In qua causa cum ante
omnes galli fuissent, et reguli quidam et tyranni, ego tamen et cum aliis pro dignitate
imperii vestri coactis luere peccata sua pacem pepigi, et gallorum animos si possent mitigari
a feritate insita temptavi, et postquam indomitos atque implacabiles cernebam

tum demum vi atque armis coercendos ratus sum. Nunc autem quoniam suscepti belli purgatio
est omnis, gesti reddenda et ratio. In quo considerem, equidem causae meae etiam, si non apud ro
manum, sed apud cartaginiensem senatum agerem, ubi in crucem tolli imperatores dicuntur, si prospero
eventu rem, pravo consilio gesserunt, sed ego in ea civitate, que ideo omnibus incipiendis
gerendisque deos adhibet, quia nullius calumpnie subicit ea que dii comprobave
runt et in solemnibus verbis habet, cum supplicationem aut triumphum decernit quod bene ac feliciter
populo Romano administravit, si nollem, si grave ac superbum existimarem virtute gloriari,
pro felicitate mea exercitusque mei, quod tantam gentem sine ulla militum iactura devi
cimus, postularem: ut diis inmortalibus honos haberetur. Et ipse triumphans in Capitolium
ascenderem. Unde votis rite nuncupatis profectus sum. Negaretis hoc mihi ac vel
cum diis immortalibus? Iniquo enim loco dimicavi. Dic ergo quo equiore potu
erim dimicare. Cum hostes montem cepissent, loco munito se tenerent, nempe
ad hostes eundum erat si vincere vellem. Quid si urbem eo loco haberent, et
menibus se tenerent? Nempe oppugnandi erant. Quid ad Termopylas equiore
loco M. Attilius cum rege Antiocho pugnavit? Quid Philippum non eodem modo
superatum, cum iuga tenerent montium, T. Quintius deiecit? Equidem adhuc quales
aut sibi fingant aut vobis videri velint hostem fuisse non invenio. Si degenerem
et emollitum amenitate Asie, quid periculi vel ... eius tante victorie tri
umphum negatis? Certamen in India est, patres conscripti, non contemptum ad scitum quod deflectare virtutes cor
rumpere honores ac premia eorum. Michi queso ita ignoscatis, patres conscripti, si longiorem
orationem non cupiditas gloriandi, sed necessaria criminum defensio fecit, ac etiam per thraciam
saltus patentes, qui angusti erant, et plana ex arduis, et occulta ex silves
tribus facere potui, et prestare ne qui in his latebris delitescerent latrones thraces
ne quid sarcinarum raperent, ne quod iumentum in tanto agmine exhiberetur, ne quis vul
neraretur, ne ex vulnere vir fortis ac strenuus Q. Minucius moreretur, in hunc
casum quo infeliciter incidit, ut hunc civem amitteremus, haerent, quod saltu iniquo
loco alieno cum adortus hostis nos esset, due simul acies, primi et novissimi agminis,
ad impedimenta nostra herentem exercitum barbarorum circumvenerunt, quod multa milia
post paucos dies multo plura ceperunt et ceciderunt. Hoc si ipsi tacuerint, nos
scituros, cum testis omnis meee totus exercitus sit, non credunt, si gladium in Asya
non strinxissem, si hostem non vidissem, tamen triumphum in tracia duobus preliis merue
ram. Sed iam dictum satis est, quin pro eo quod pluribus verbis vos quam volui fatigavi,
veniam a vobis petitam impetratamque, patres conscripti. // PLUS crimine eo die quam
defensio valuisset, nisi alter Catonem inseruit protraxisset, dimittitur senatus in ea opi
nione ut negaturus triumphum fuisse videretur. Postero die et cognati amicique
Cn. Manlii summis opibus annixi sunt, et auctoritas valuit, negantium exemplum
proditum memorie esse, ut imperator qui perduellibus devictis, confecta provincia exercitum
reportasset, sine curru et laurea privatus inhonoratusque urbem iniret. Hic pudor
malignitatem vicit, triumphumque frequentes decreverunt. // OPPRESSIT
deinde memoriam mentionemque omnem contentionis huius maius ut cum maiore viro
certamine ortum, P. Scipioni Affricano, ut Valerius Antias auctor est, duo
Quintii Petilii diem dixerunt. Id prout cuiusque ingenium erat, ac interpretabatur
alii non tribunum plebis, sed universam civitatem incusabant, que id pati posset. Duas

dicuntur

iniquis loco subeuntibus sunt si timendi, effeminate hominum et robore corporum ...

semorum

maximas orbis terrarum urbes ingratas / uno prope tempore in principes inventas / Romam
ingratiorem / Siquidem victa Carthago victum Hanibalem in exilium expulisset /
Roma victrix victorem Affricanum expellat / alii neminem unum civem tantum eminere
civem debere / ut legibus interrogari non posset / Nichil enim tam equande libertatis esse
esse quam potentissimum quemque posse dicere causam / Quid autem tuto cuiquam nedum
summam rei publice permitti si ratio non sit reddenda. quivis equum pati non potest
in eum vim aut iniustam eam esse. // HEC agitata sermonibus / donec dicende
cause erat dies / nec alius antea quisquam nec ille ipse Scipio consul atque censor
maiore omnis generis hominum frequentia quam reus illo die in forum est deductus / Iussus dicere
causam sine ulla criminum mencione / oracionem adeo magnificam de rebus a se gestis
est exorsus / ut satis constaret neminem umquam neque melius neque verius lauda-
tum esse / dicebant enim ab eodem animo ingenioque a quo gesta erant et aurium
fastidium aberat / quia pro periculo non in gloriam referebantur. Tribuni vetera
luxurie crimina / Syracusanorum hybernorum / et Locris pleminianum tumultum
cum ad fidem presencium criminum retulissent / suspicionibus magis quam argumentis pecunie cap-
te / reum accusarunt. Filium captum sine precio redditum. omnibusque aliis rebus Sapi-
one tamquam in eius unius manu pax / Romana fuisse. nec ad aliam rem eo profectum
quam ut id quod hyspanie Gallie Sicilie affrice iam pridem persuasum esset. hoc
grecie Asieque et omnibus ad orientem versis regibus gentibusque appareret / unum
hominem caput columenque imperii Romani esse / sub umbra Scipionis civitatem
dominam orbis terrarum latere / nutum eius pro decretis patrum pro populi iussis
esse in infamia intactum invidia qua possunt urgent // ORACIONIBUS
dies est / ubi ea venit tribuni in rostris prima luce consederunt. Citatus reus magno
agmine amicorum clientiumque per mediam contionem ad rostra subiit / Silencioque
facto / hoc inquit die tribuni plebis vosque quirites cum Hanibale et Cartaginiensibus
signis collatis in affrica bene et feliciter pugnavi / Itaque cum hodie litibus / Itaque cum
hodie litibus et iurgiis supersederi equum sit. ego hinc extemplo in capitolium ad
Iovem optimum maximum Iunonemque et Minervam et ceteros deos / qui capito-
lio atque arci president / salutandos ibo. hisque gratias agam / quod mihi et ipso die et sepe
alias egregie rei publice gerende / mentem facultatemque dederunt / vestrum quoque quibus commodum
est ite mecum quirites / et orate deos ut mei similes principes habeatis / ita si ab annis
septem et decem ad senectutem / semper mea etate vos honoribus vestris anteistis
ego vestros honores rebus gerendis precessi / Ab rostris in Capitolium ascendit
simul se universa contio avertit et secuta est / Ut postremo scribe viatoresque tribunos re-
liquerunt nec cum his preter servilem comitatum / et preconem qui reum ex rostris ci-
tabat quisquam esset / Scipio non in Capitolio modo sed per totam urbem omnia templa deum
cum populo Romano circuiit / Celebracior his prope dies favore hominum et existima-
cione vere magnitudinis eius fuit / quam quo triumphans de Syface Rege et Car-
taginiensibus urbem est invectus. // HIC speciosus ultimus dies P. Scipioni
illuxit / post quem cum invidiam et certamina prospiceret / cum tribunis / die longiore prodicta / in
Literninum concessit / certo consilio / ne ad causam dicendam adesset / maior animus
et natura erat / ac maiori fortuna assuetus / quam ut reus esse sciret / ut summitteret
se in humilitate / causam dicentium / ubi dies venit. Citarique absens ceptus est / L.

bellumque esset ab antiocho cultum / dictatorem eum consuli non legatum in provincia

in noctem productis producta

Scipio morbum causae cur abesset excusabat / quam excusationem cum tribuni qui diem dixerant non acciperent / et ab eadem superbia non venire ad causam dicendam arguerent qua iudicium et tribunos plebis reliquisset / a quibus sine de se dicendi et libertatem ademisset. his commutatus ... triumphum ... Romae / eo die quo in Capitolium a tribuno plebis ... illius merito quo duce et auctore nos reliquistis / ab eo ipsi reducti estis ... nobis dedisset / ad quem ... exercitum et classem ... tribuni plebis ... in Siciliam mitti ... qui rem ... reducerent ad eum ... ex villa sua ... ad causam dicendam mitti non audemus.

TRIBUNI PL. appellati a L. Scipione ita decreverunt ut si morbi causa excusaretur sibi placere accipi eam causam / diemque a collegis prodici. TR. PL. eo tempore T. Sempronius Gracchus erat / cui inimicitiae cum P. Scipione intercedebant / his cum vetuisset nomine suo decretum collegarum adscribi tristioremque omnes sententiam exspectarent ita decrevit cum L. Scipio excusasset morbum esse causae fratri suo / id sibi videri se P. Scipionem priusquam Romam redisset / accusari non passurum / tum quoque si se appellet auxilio ei futurum ne causam dicat / Ad id fastigium rebus gestis honoribus P. R. P. Scipionem deorum hominumque consensu pervenisse / ut sub rostris reum stare / et praebere aures adolescentium conviciis / P. R. deformius magis quam ipsi sit / Adiecit decreto indignationem / sub pedibus vestris stabit tribuni domitor ille Africae Scipio / ideo quattuor nobilissimos duces Poenorum in Hispania / quattuor exercitus funditus fudit fugavit / ideo Syphacem cepit / Hannibalem devicit Carthaginem vectigalem nobis fecit subiectam. Antiochum cepit / eius frater consors huius gloriae Scipio / ultra iuga Tauri emovit / ut duobus Petillis succumberet nos de P. Africano / palmam peteretis / nullis ne meritis suis nullis vestris honoribus senectus eorum confidat / Movit et decretum et adiecta oratio non ceteros modo sed etiam ipsos accusatores deliberaturos se / quid sui iuris et officii esse dixerunt / Senatus deinde consilio plebis dimisso haberi est coeptus / ibi gratiae ingentes ab universo ordine praecipue a consularibus senioribusque Tito Graccho actae sunt / quod rem publicam privatis simultatibus potiorem habuisset / et Petilii vexati sunt probris / quod splendere aliena invidia voluissent et spolia ex Africani ... tollerent aliud triumpho peterent // SILENCIUM deinde de Africano fuit / vitam Literni egit / sine desiderio urbis / morientem rure / eo ipso loco sepeliri se iussisse ferunt monumentumque ibi aedificari / ne funus sibi in ingrata patria fieret.

Vir memorabilis bellicis tamen quam pacis artibus memorabilior / prima pars vitae quam postrema fuit ... ingenio quo ad primum consulatum / secundo etiam si censuram adicias // Quid asiatica legatio et valitudine adversa inutilis / et filii casu deformata / et post reditum necessitatem aut subeundi iudicii / aut simul cum patria deserendi ... tamen belli perpetrati / quo nullum maius neque periculosius Romani gessere unus praecipuam gloriam tulit. // MORTE Africani crevere inimicorum animi / quorum princeps fuit M. Porcius Cato / qui vivo quoque eo latrare magnitudinem eius solitus erat / hoc auctore existimantur Petilii et vivo Africano rem ingressi / et mortuo rogationem promulgasse. / Fuit autem rogatio talis. Velitis iubeatis quaestionem que

Cato inimicus Scipionis Affricani

pecuniā capta ablata coacta a Rege Antiocho ē / quiq; sub imperio eius fuerint qd
· EB · in pu[blicum] relatum nō ē / uti de ea re / Seruius Sulpicius pretor urbis / ad Senatū
referat / quā eā rē velit senat⁹ querē. de his qui p̄tores nūc sūt. huic rogationi
p̄mo . Q . et . L . minucij intercedebāt / Senatū querē de pecuniā nō relata in
pu[blicum] . Ita ut anea semp factū eēt / equū censebāt / Petilij nobilitatē et regnū in
Senatū Scipionū . accusabāt / L . furius purpureo consularis qui ī decē legatis ī Asya fuāt
latius censebat rogandū / nō que ab Antiocho mō pecunie capte forēt Sed q̄ ab aliis
regibus gentibusq; / CH . Mallii inimicum incessit / et L . Scipio qui magis pro
se q̄ aduersus legem dicturū apparebat / dissuasor processit / Is morte P .
Affricani fr̄is / viri oiū fortissimi clarissimiq; / eā exorta rogationē est conquestus .
/ parū enī fuisse nō laudari pro Rostris P . affricanū . / post mortē / nisi etiam
accusaret[ur] . et Carthaginenses exilio hanibalis contentos eē / P . R . ne mor
te quidem . P . scipionis exatiari / nisi ipsius fama sepulti laceret[ur] . / et frater in
super accessio inuidie mactetur / M . Cato . suasit rogationē eē . / et oratio eius de
pecuniā regis anthiochi et minucios deterruit / ne aduersaretur rogationi .
/ Remittentibus g[o] his intercessionē oms tribus [vti] rogasset iusserunt / Seruio Sul
picio deinde referente / quē rogationē petilij querē vellet / . Q . Terentiū Culleonē
prēs iusserūt / ad huc p̄torē adeo amicū cornelie familie / ut qui Rome mortuū
Elatumq; P . Scipionē / ē . Sunt ea quoq; fama tradiūt pilettum sic in triumpho ierat
/ . ī funere quoq; an lectū iisse / memorie prodiderūt . / et ad . portā Capenā mulsum
prosecutis funus dedisse / q ab eo inter alios captiuos ī affrica ex hostibus recep
tus eēt / Aut adeo inimicū eūdē / ut propter insignē simultatē . ab ea factione q̄ aduersa
Scipionibus erat . delectus sit potissimū . / ad . questionē exercendā . Ceterū ad hunc ni
mis equū aut iniquū p̄torē / reus ex templo factus l . Scipio simul et delata et re
cepta . noīa legatorum eius A . et . H . ostiliorum . Catonū . et . C . furiatij leonis
questoris . et ut oīa contacta societate . peculatus viderent[ur] . Scribe . quoq; duo et
accensus . L . Hostilius et scribe accensi priusq[uam] de Scipione iudicium fieret absoluti sunt //
SCIPIO et Hostilius legat⁹ et . G . furius legatus dāpnati / quo commodior
pax . antiocho daretur / Scipionē Sex milia . pondo . auri quadringenta octoginta .
argenti plus accepisse / q̄ ī erariū retulerat / A . Hostiliū octuaginta pondo auri
argenti . xlIII . furiū q[ue]storē . auri . C XXX . argenti . II[c] . / Has ego summas auri
et argenti relatas . ap[u]d Antiatem inueni . in l . Scipione / malim eē librarij men
dum . q̄ . mendatiū scriptoris eē ī summa auri et argenti / Similius enī veri ē argenti
q̄ auri maius pondus . fuisse . et potius . quadragies q̄ . ducenties q[ua]dragies lite
estimatam / Eo magis . q tante summe . rōnē eius ab ipso requisitā eē / . P . Scipione
ī Senatu . tradiūt / librūq; rōis eius . cū l . frēm . afferri iussisset . inspectante Senatu suis
ipsum manibus conscidisse indignatū / q cū bis . milies ī erariū intulisset / q[ua]dragies .
ratio ab se posceretur / ab eadem . fiducia animi cū questores pecuniā ex erario
contra legē promere nō auderēt / poposcisse claues et se aperturū erariū dixisse /
qui ut clauderet[ur] effecisset /// MULTA Alia in Scipionis exitu maxime
vite diesq; dicta . morte funere sepulcro . in diuersū trahūt / ut cui fame . quibus
scriptis assentiar nō habeam / nō de accusatore conueniet . Alij . M . neuiū alij petilios
dies dixisse scribunt / nō de tempore quo . dies sit . nō de anno q̄ . mortuus . aut

elatus sit. alii Rome. alii Literni et mortuum et sepultum, utrobique monumenta
ostenduntur et statue. Nam et Literni monumentum, et monumento statua superimposita fuit, quam
tempestate disiectam nuper vidimus ipsi, et Rome extra portam Capenam in Scipi
onum monumento tres statue sunt, quarum due L. Scipionum dicuntur esse, tercia poete
Q. Ennii. Nec inter scriptores rerum discrepat solum, sed orationes quoque si modo ipsorum
sunt que feruntur P. Scipionis et T. Gracchi aberrant inter se. Index orationis P.
Scipionis nomen M. Nevii tribuni plebis habet, ipsa oratio sine nomine est accusatoris,
nebulonem modo nugatorem appellat, ne Gracchi quidem oratio aut Petiliorum
accusatorum Africani aut diei dicte Africano ullam mentionem habet. Alia tota
serenda fabula est Gracchi orationi conveniens. Et illi auctores sequendi sunt
qui cum L. Scipio et accusatus et dampnatus sit pecunie capte ab rege, legatum in He
truria fuisse Africanum tradunt. Quo post famam de casu fratris allatam, relicta legatione
cucurrisse eum Romam, et cum recte a porta ad forum se contulisset, quod in vincla fratrem
duci inveniat, repulisse a corpore eius viatorem et tribunis retinentibus magis pie
quam civiliter vim fecisse. Hec enim ipsa Gracchus queritur dissolutam esse a privato
tribuniciam potestatem, et ad postremum cum auxilium L. Scipioni polliceretur, adicit tol
lerabilioris exempli esse a tribuno plebis potius quam a privato victam videri et tribu
niciam potestatem et rem publicam esse. SED ita hanc unam impotentem eius iniuriam
et invidiam onerat ut increpando quod degeneraverit non tamen a se ipso cumulata
sed veteres laudes moderationis et temperantie pro reprehensione presenti reddat.
castigatum enim ab eo quondam populum ait, quod eum perpetuum consulem et dictatorem vellet fa
cere, prohibuisse statuas sibi in comitio in rostris in Curia in Capitolio in cella
Jovis poni prohibuisse, ne decerneretur ut ymago sua in triumphali ornatu e templo
Jovis exiret. Hec vel in laudatione posita ingentem magnitudinem animi moderandis
ad civilem habitum honoribus significaretur que exprobrando inimico fatetur.

HUIC Graccho uxorem ex duabus filiabus, nam maior P. Cornelio Scipi
oni Nasice haud dubie a patre collocata erat, nuptam fuisse convenit. Illud parum
constat utrum post mortem patris et desponsata sit et nupserit, an vero ille opiniones
sint Gracchum cum L. Scipio in vincula duceretur nec quisquam collegarum esset iurasse
se sibi inimicicias cum Scipionibus que fuissent manere nec se querende causa gratie quicquam
facere. Sed quem in carcerem reges et imperatores hostium ducentem vidisset P. Af
ricanum in eum se fratrem eius duci non passurum. Senatum eo die forte in Capitolio
cenantem consurrexisse et petisse ut inter epulas Graccho filiam Africanus desponderet.
quibus ita in publico sollempne sponsalibus rite factis cum se domum recepisset, Scipionem
Emilie uxori dixisse se filiam minorem despondisse. Cum illa muliebriter indignabun
da nihil de communi filia secum consultatum adiecisset, non si T. Graccho daret exper
tem consilii debuisse matrem esse, letum Scipionem tam concordi iudicio et ipsi desponsatam
respondisse. Hec de tanto viro quod et opinionibus et monumentis litterarum variaret proponenda erant.

IUDICIIS a Q. Terentio pretore perfectis Hostilius et Furius dampnati
predes eodem die questoribus urbanis dederunt. Scipio cum contenderet omnem quam accepisset
pecuniam in erario esse, nec se quicquam publici habere, in vincla duci est ceptus, P. Scipio
Nasica tribunos appellavit, orationemque plenam veris decoribus non communiter modo

^ victam

Cornelie gentis sed proprie familie sue parentes suos et P. affricanum et L. Scipionis
qui in carcerem deducetur fuisse / Cn. et P. Scipiones clarissimos viros cum eum
per aliquot annos in terra in hyspania adversus multos penorum hyspanorumque et
duces et exercitus nominis Romani famam auxissent / non bello solum sed quod ro-
mane temperancie fideique specimen illis gentibus dedissent / ad extremum ambo
pro re publica mortem occubuisse / cum illorum gloriam tueri posteris satis esset / P. affricanum
tantum paternas superiecisse laudes / ut fidem fecerit / non sanguine humano sed stirpe di-
vina satum se esse / L. Scipionem de quo agitur ut que in hyspania que in affrica cum
legatus fratris esset gessisset pretereantur consulem et a senatu dignum visum / cui extra sortem
Asya provincia et bellum cum Antiocho rege decerneretur / et a fratre cui tantum post ~~duos~~ duos
consulatus censuramque et triumphum / legatus in Asiam iret / ubi ne magnitudo et sple-
ndor legati / laudibus consulis officeret forte ita incidisse ut quo die ad magnesiam
signis collatis L. Scipio Antiochum devicisset / eger P. Scipio Elee / dierum aliquot
via abesset / non fuisse minorem eum exercitum quam hanibalis cum quo in affrica esset pugnatum
/ Hanibalem eundem fuisse / inter multos regios duces / qui imperator belli punici
fuerit / et bellum quidem fortunam quisquam criminari posset in pace crimen queri eam dici ve-
nisse huc decem legatos simul argui quorum ex consiliis data pax esset / quamquam extitisse
ex x legatis qui Cn. Manlium accusarent / tamen non modo ad criminis fidem sed ne
ad moram quidem triumphi eam accusationem valuisse / At hercle in Scipione leges ipsas
pacis ut nimium accomodas suspectas Antiocho esse integrum enim ei regnum relictum
omnia possidere eum victum / que ante bellum eius fuerint auri et argenti vim mag-
nam habuerit nichil in publicum relatum / omne in privatum versum / an preter omnium oculos
tantum auri atque argenti in triumpho L. Scipionis quantum non decem aliis triumphis / si omne
in unum conferatur sit latum / Nam quid de finibus regni dicam Asiam et proxima euro-
pe tenuisse antiochum / Ea quanta orbis terrarum regio sit a Tauro monte in Egeum
usque prominens mare quot non urbes modo sed gentes amplectatur omnes scire hanc
regionem dierum plus triginta longitudinem decem inter duo maria latitudinem
patentem usque ad tauri montis iuga antiocho ademptam expulso eo in
ultimum angulum orbis terrarum / Quid si gratuita pax esset plus ei adimi
potuisse / Philippo victo Macedoniam / Nabidi lacedemonem relictam nec quesi-
tum crimen quinctio / Non enim habuisse eum affricanum fratrem / cuius gloria prodesse L. Scipioni debuit
~~illatum invidiam non nocuisse Tantum auri et argenti iudicatum esse in domo~~ debuisset / invi-
diam non nocuisse tantum auri et argenti iudicatum esse in domo L. Scipionis illatum
quantum venditis omnibus bonis redigi non posset / Ubi ergo esse regium aurum ubi tot hereditates
acceptas in domo quam sumptus non exhauserit extare ~~debuisse~~ debuisse fenore fortune cumulum
At enim quod ex bonis redigi non possit ex corpore et tergo per vexationem et contumelias
L. Scipionis petituros inimicos / ut in carcere inter fures nocturnos et latrones vir
clarissimus includatur / et in robore et in tenebris expiret deinde nudus ante car-
cerem proiciatur / Non id Cornelie magis familie quam urbi Romane fore erubescen-
dum / Adversus ea Terencius pretor rogationem petiliam ex senatus consulto
et iudicium de L. Scipione recitavit / se nisi referatur pecunia in publicum que iudi-
cata sit nichil habere quod faciat nisi ut apprehendi dampnatum et in vincula duci iubeat

Tribuni tum in consilium secessisset / paulo post C. Fannius ex sua collegarumque aliorum
preter Gracchum sententia / pronuntiavit / pretori / non intercedere tribunos / quominus sua
potestate utatur. Tiberius Gracchus ita decrevit / quominus ex bonis L. Scipionis quod iudi
catum sit redigatur / se non intercedere pretori / L. Scipionem qui regem opulentissimum orbis
terrarum devicerit / imperium populi Romani propagavit in ultimos terrarum fines / regem Eumenem
rhodios alias tot asie urbes devinxerit populo Romano beneficiis / plurimos duces hostium in
triumpho ductos carcere incluserit / non passurum inter hostes populi Romani L. Scipionem
in carcere et vinculis esse / dimittique eum se iubere / Tanto assensu auditum est decretum / adeo
dimissum Scipionem leti homines viderunt / ut vix in eadem civitate videretur factum iudicium / In
bona deinde L. Scipionis possessum publice questores pretor Romanus misit / neque in his
non modo vestigium ullum comparuit pecunie regie / sed nequaquam tantum redactum est quantum summe
dampnatus fuerat / Collata illa pecunia ab cognatis amicis et clientibus est L. Scipioni /
ut si acciperet eam / locupletior aliquanto quam ante calamitatem fuerat / nichil accepit / que
necessaria ad cultum erant / redempta ei a proximis cognatis sunt / Verterat quoque Scipionum in
vidia in pretorem et consilium eius et accusatorem. // CUM. Hec Rome aguntur

consules ambo in liguribus gerebant bellum / Is hostis velut natus ad continendam per
intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam erat / nec alia provincia militem magis
ad virtutem acuebat / Nam asya et amenitate urbium / et copia terrestrium maritimarumque
rerum et mollicia hostium / Regiisque opibus / ditiores quam fortiores exercitus faciebat / Precipue
sub imperio Cn. Manlii / Solute et negligenter habiti sunt / Itaque asperius
paulo iter in thracia / et exercitatior hostis magna clade eos castigavit / In liguribus
omnia erant que militem excitarent / loca montuosa et aspera / que et ipsis capere labor erat
et ex preoccupatis deicere hostem / et itinera ardua septa / infesta ab insidiis / hos
tis levis et velox et repentinus / qui nullum usquam tempus / nullum locum quietum aut securum
esse sineret / oppugnatio necessaria munitorum castellorum / laboriosa simul periculosaque / inopis
regio / que et parsimoniam astringeret militis / et predc multum preberet / Itaque
non lixa sequebatur / non iumentorum longus ordo / agmen expediebat / nichil preter
arma et viros omnem spem in armis habentes erant / Nec deerat unquam cum his vel materia
belli vel causa / quia propter domesticam inopiam / vicinos agros incursabant / nunquam tamen in
discrimine summe rerum pugnabatur. FLAMINIVS Consul confirmatis li-
gurybus in agro eorum plebis pluribus predis factis in dicionem gentem accepit / et arma ademit
/ ea que non sincera fide tradebantur / cum castigaretur / relictis vicis / in montem Auginum pro
fugerunt / Confestim secutus est consul / Ceterum effusi rursus / et pars maxima inermis
per invia et rupes deruptas precipitantes / fugerunt qua sequi hostis non posset / ita trans
apenninum abierunt. Qui castris se tenuerant / circumsessi et expugnati sunt. Inde trans apenninum duxit legiones / ibi montis quem ceperant altitudine paulisper se tutati / in
dicionem concesserunt. Tum conquisita cum intentiore cura / arma et omnia adempta. Translatum
deinde ad apuanos ligures bellum / qui in agrum pisanum / bononiensemque ita incursaverant
ut coli non posset / His quoque perdomitis consul / pacem dedit finitimis / Et quia a bello quieta
ut esset provincia effecerat / ne in otio militem haberet / viam a Bononia perduxit Arretium / M.
Emilius alter consul / agros ligurum vicosque qui in campis aut vallibus erant / ipsis
montes duos / Ballistam suismontem tenentibus deussit depopulatusque est / et deinde
eos qui in montibus erant adortus / primo levibus preliis fatigavit / postremo coactos

Eadem est condicio polonie cum thartaris.

in aciem descendere iusto prelio devicit in quo et edem dyane vovit subactis cis Apenninum omnibus tum transmontanos adortus in his et friniates et ligures erant quos non adierat C. Flamminius omnes Emilius subegit armaque ademit et de montibus in campos multitudinem deduxit. Pacatis liguribus exercitum in gallicum agrum deduxit. Viamque a placentia ut flaminio et conniteret Ariminum produxit. Prelio ultimo quo cum liguribus signis collatis conflixit. Edem iunoni regine vovit. Hec in liguribus eo anno gesta. IN Gallia furius pretor in pacis specie belli querens ademerat arma. Inde Cenomani conquesti Rome apud Senatum reiectique ad consulem Emilium cui ut cognosceret statueretque Senatus permiserat magno certamine cum pretore habito tenuerunt causam arma reddita Cenomanis decedere provincia pretor iussit. Legatis deinde sociorum latini nominis qui toto undique ex latio frequentes convenerant Senatus datus est. His querentibus magnam multitudinem civium suorum Romam commigrasse et censos esse. Q. Terentio Culleoni pretori negotium datum est ut eos conquireret et quem C. Claudio M. livio censoribus post eos censores ipsorum parentem ne eius apud se censum esse probasset socii redire eo cogeret ubi censi essent. Hac conquisitione duodecim milia latinorum domos redierunt iam tum multitudine alienigenarum urbem onerante. M. fulvius proconsul Romam rediit. Isque ad edem apollinis in Senatu cum de rebus in Etolia Cephalaniaque ab se gestis disseruisset petiit a patribus ut equum censerent ob rem publicam bene ac feliciter gestam et diis inmortalibus honorem haberi iubere et sibi triumphum decernere. M. Aburius tribunus plebis si quid de ea re ante Emilii consulis adventum decerneretur intercessurum se ostendit eum traducere velle proficiscentemque in provinciam ita sibi mandasse ut ea provincia integra in adventum suum servaret.

FULVIUS fraudem eam tempus facere senatum et presente consule quod vellet decreturum M. fulvius si aut simultas M. Emilii secum aut ignota hominibus esset aut quamvis eas inimicitias impotenti ac prope regia exerceret tamen non fuisse ferendum absente consule et deorum inmortalium honori obstare et debitum meritumque triumphum morari imperatorem rebus gestis egregie victoremque exercitum cum preda et captivis ante portas stare donec consuli ob hoc ipsum morato redire Romam libitum esset. Verum cum vero cum sint nobilissime sibi cum consule inimicitie quid ab eo quemquam equum exspectare qui per infrequentiam furtim S. C. factum ad erarium detulerit Ambrachiam non videri vi captam que aggere et vineis oppugnata sit ubi incensis operibus alia de integro facta sint ubi circa muros supra subterque terram per dies quindecim pugnatum sit ubi a prima luce cum iam transcendissent muros miles usque ad noctem diu anceps prelium tenuerit ubi plus tria milia hostium cesa sint. Iam de deorum inmortalium templis spoliatis in capta urbe qualem calumpniam ad pontifices attulerit nisi Syracusarum ceterarumque captarum civitatum ornamentis urbem exornari fas fuerit in Ambrachiam unam captam non valuerit belli ius. Patres C. orare et ab tribuno petere ne se superbissimo inimico ludibrio esse sinant. Undique omnes alii deprecari Tribuni alii castigare. TIBERII GRACCHI College plurimum oratio movit ne suas simultates pro magistratu exercere bone exempli esse. Alienarum vero simultatum tribunum plebis cognitorem fieri turpe et indignum collegii eius potestatem ex sacratis legibus esse. Suo quemque iudicio et homines odisse aut diligere et res probare aut improbare debere non pendere ex alterius vultu ac nutu nec alienis momentis animi circumagi adstipulatoremque irato consuli tribunum plebis esse quod privatum M. Emilius mandaverit

at notissime

A civitatum ornamentis urbem exornari fas fuerit in ambrachiam unam captam

R

meminisse tribunatu sibi a po. Ro. madatu pro auxilio et libertate priuatorum non pro consulari regno. Hoc quide tenere equu fore ut meminerit madarent eius decem collegij alteru e duobus tr. pl. suas iniurias remisisse rei p. alteru alienas et mandatas condonasse. HIS victus castigationibus tribunus cu ex templo excessisset referente Sruio Sulpicio triumphus M. fuluio e decretus. Is cu gratias p. c. egisset adiecit ludos magnos se ioui eode die quo ambrachiam cepisset uouisse in eam rem .C.X. pondo auri a ciuitatibus collatu petere ut ex ea pecunia quam in triumpho latam in erario positurus esset in eam rem decerni iubet. Senatus pontificum collegium consuli iussit numquid omne aurum in ludos consumi necessarium esset. Cum pontifices negassent ad religionem pertinere quanta impensa in ludos fieret. Senatus fuluio quantum impenderet permisit dum ne summam octingenta milium excederet. Triumphare mense februarij statuerat sed cum audisset consule Emilium litteris M. Aburi tr. pl. acceptis dimissa intercessione ipsum ad impediendum Romam venientem egrum in via substitisse ne plus in triumpho certaminum quam in bello haberet pretulit triumphi diem. Triumphauit ad .x. kls. Ian. de Etolis et Cephalania. Aureae coronae centum .cxl. tetragina attica .C.XLVIII. Philippei nummum .x. pondo duc. ante tralati sunt. Argenti pondo .LXXXIII. auri pondo n[ccc] XLIII. tetragina attica .C.XLVIII. Philippei nummi .x. iij [cc] .XXII. signa enea duxit .CCLXXXV. signa marmorea .CC.XX. Arma tela cetera spolia hostium multa magis. Ad hec captapulte baliste tormenta omnis generis duces aut Etoli et Cephalanes aut regii ab antiocho ibi relicti ad septem et viginti. Multos eo die priusquam in urbem inueheret in circo flaminio tribunos prefectos equites centuriones Romanos sociosque donis militaribus donauit. Militibus ex preda quinos vicenos denarios diuisit duplex centurioni triplex equiti.

IAM. Consularium comitiorum appetebat tempus quibus M. Emilius cuius sortis ea cura erat occurrere non poterat. C. flaminius Romam venit. Ab eo creati consules postumius albinus. C. Marcius philippus. Pretores inde facti. T. menius. P. Cornelius Sulla. C. Calpurnius piso. M. Licinius Lucullus. C. Aurelius Scaurus. L. Quintius Crispinus. EXTREMO Anni magistratibus iam creatis ad iij. Nonas Martias CH. Manlius Volso de gallis qui Asiam incolunt triumphauit. Serius ei triumphandi causa fuit ne Q. Terentio Culeone pretore causam lege petilia diceret et incendio alieni iudicij quo L. Scipio damnatus erat conflagraret eo infensioribus in se quam in illum iudicibus qui disciplinam militarem seuere ab eo conseruatam successorem ipsum omni genere licentie corrupisse. Neque ea sola infamie erant que in procul ab oculis facta narrabantur sed ea etiam magis que in militibus eius cotidie prospiciebant. Luxurie enim peregrine origo ab exercitu Asiatico inuecta in urbem est. Inde primum lectos eratos vestem stragulam preciosissimam plagulas et alia textilia et que tum magnifice supellectilis habebantur monopodia et abacos Romam aduexerunt. Tunc psaltrie sambucistrieque et conuiualia alia ludorum oblectamenta addita epulis. Epule quoque ipse et cura et sumptu maiore apparari cepte. Tum coquus vilissimum antiquis mancipium et extimatione et usu in precio esse. Et quod ministerium fuerat ars haberi cepta. Vix tamen illa que tum conspiciebantur semina erant future luxurie. In triumpho tulit CH. Manlius coronas auri ducentas .x. pondo duas argenti .cc. .xx. milia centum tres tetrammum

notissie

Delitie et crapule Roma inuecte

Atticum Centum Septem milia xx^ti Cistofori ducenta quinquaginta philipporum
aureorum nummorum / Sexdecim milia ccc xx. et arma spoliaque multa
gallica / carpentis traucta / duces hostium duo et quinquaginta ducti ante
currum / militibus quadragenos binos denarios diuisit / duplex centurioni et
stipendium / duplex in pedites dedit / triplex in equites / multi omnium ordinum do-
nati militaribus donis / currum secuti sunt / carminaque a militibus ea in
imperatorem dicta / ut facile appareret in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici / tri-
umphum esse militari magis fauore quam populari celebrem / Sed ad populi quoque gratiam
conciliandam amici Manlij ualuerunt / quibus annitentibus S. C. factum est / ut ex pe-
cunia que in triumpho translata esset / stipendium collatum a populo in publicum quod eius solutum
antea non esset / solueretur / Vicenos quinos et semisses in milia eris questores
urbani cum fide et cura soluerunt // PER idem tempus tribunus militum duo
ex duabus hispanijs cum literis C. Atinij Cn. Manlij qui ad eas prouinci-
as obtinebant uenerunt / Ex literis his cognitum celtiberos lusitanosque in armis
esse et sociorum agros populari / de ea re consultationem integram senatus / ad magistratus
nouos reiecit / ludis romanis eo anno quo p. Cornelius Cetegus / et posthu-
mius Albinus faciebant / Manlius in arto in stabulis in signum pollentis pro
cedit atque id dececit / Ea religione moti patres et diem unum adiciendum
ludorum censuerunt et signa duo pro uno reponenda ad reponenda et nouum
auratum faciendum . et plebei ludi ab edilibus . C. Sempronio Bleso / et M.
furio luscio / diem unum instaurati sunt / insequentis annus . S. p. postumius al-
binus / et Q. marcius ab exercitu bellorumque et prouinciarum cura ob intestine con-
iurationis uindictam auertit / Pretores prouincias sortiti sunt / T. Menius
urbanam . M. Licinius lucullus inter ciues et peregrinos / C. aurelius Sc-
aurus Sardiniam / P. Cornelius Sulla Siciliam / hispaniam citeriorem C.
Calpurnius piso / L. Quinctius Crispinus hyspaniam ulteriorem / consulibus am-
babus questio de clandestinis coniurationibus decreta est // GRECUS ignobi-
lis in hetruriam primo uenit / nulla cum arte earum quas multas ad animorum
corporumque cultum / nobis eruditissima omnium gens inuexit . sacrificulus et
uates . nec is qui aperta religione propalam et questum et disciplinam profi-
tendo . animos errore inbueret . Sed occultorum antistes sacrorum . initia e[illegible]
profitendo . erant que primum paucis tradita sunt / deinde uulgari cepta per
uiros mulieresque / addite uoluptates religioni uini et epularum / quo plurium
animi illicerentur cum uinum animos et nox et mixti feminis mares / etatis
tenere / maioribus discrimen omne pudoris extinxisset / corruptele primum omnis
generis fieri cepte / quod ad id quisque quod natura pronioris libidinis esset / paratam uoluptatem
haberet / nec unum genus noxe / stupra promiscue ingenuorum feminarumque erant sed et falsi
testes / falsa signa testamentaque et indicia ex eadem officina exibant / uenena in de[illegible]
intestineque cedes / ita ut ne corpora quidem interdum ad sepulturam extarent / multa
dolo / pleraque per uim audiebantur / huius mali tabes ex hetruria romam ueluti in contagione
tacione morbi penetrauit / primo urbis magnitudo / capacior et potentior talium malorum
celauit / tandem indicium hoc maxime modo / ad Postumium consulem peruenit //

PUBLIUS EBUCIUS Cuius pater publico stipendia equo fecerat
pupillus relictus / mortuis deinde tutoribus / sub tutela Duronie matris / et vitri-
ci Sempronii Rutilii educatus fuerat / mater dedita viro erat. Vitricusque tu-
telam gesserat / ut rationem reddere non posset / aut tolli pupillum aut obnoxium sibi vi-
nculo aliquo fieri cupiebat / Via una corruptele bachanalium erat / Mater adolescentem
appellat se pro egro vovisse / ubi primum convaluisset bachis / eum se initiaturam dampnatam
voti benignitate deum / exsolvere id velle / x dierum castimonia esse opus. decimo
die cenatum / deinde pure lautum in sacrarium deducturam / Scortum nobile libertina
hyspala / fecinia nomine / digna questu quem ancillula / assueverat libera / huic vicini
adolescenti animum applicuit / adeo non dampnosa fama rei / ut degne prebentibus suis
ipsa eum magna ex parte opibus suis sustentaret / Iam eo processerat consuetudine capta ut
post patroni mortem / quia nullius in manu erat / tutore ab tribunis et a pretore petito / cum
testamentum faceret / unum Ebucium institueret heredem / Hec amoris pignora cum essent / nec
quicquam secretum alter ab altero haberet / per iocum adolescens vetat eam mirari / si per aliquot noctes
secubuisset / religionis se causa ut voto pro valitudine sua facto liberetur. bacchus initiari
velle / Id ubi mulier audivit perturbata / dii meliora inquid / mori et illi et sibi satius
esse. quam id faceret / et in caput eorum detestari minas periculaque qui id suasissent. Admiratus
tum verba tum perturbationem tantam adolescens / parcere execrationibus iubet / matrem id sibi assen-
tiente vitrico imperasse / Vitricus ergo inquid tuus matrem enim insimulare
forsitan fas non sit / pudicitiam famam spem vitamque tuam perditum ire hoc facto properat
Eo magis mirabundo querentique / quid rei esset / pacem veniamque precata deorum dearumque
si coacta caritate eius / silenda nunciasset / ancillam se ait domine comitem id sa-
crarium intrasse / liberam eo numquam accessisse / Scire corruptelarum eius generis eam offici-
nam esse / et etiam biennio consultare / neminem initiatum ibi maiorem / annis xx / Ut quisque in-
troductus sit / velud victimam tradi sacerdotibus / eos inducere in locum qui circumsonet ululatibus
Cantuque Symphonie et Cymbalorum pulsu et tympanorum ne vox quiritantis cum per
vim stuprum inferretur exaudiri possit / Orare inde atque obsecrare / ut eam rem quocumque
modo discuteret / nec se eo precipitaret / ubi omnia infanda primum deinde facienda essent / neque
ante dimittere eum quam fidem dedit adolescens / ab his sacris se temperaturum / Postquam do-
mum venit et mater mentionem intulit / quid eo die quid deinceps / ceterisque ad sacra
pertinerent faciendum esset / negat eorum se quicquam facturum / nec initiari in animo sibi esse / Aderat sermoni
vitricus / confestim mulier exclamat hyspale concubitu carere / eum x noctes non posse illius
excetre delinimentis et venenis imbutum / nec parentis nec vitrici nec deorum vere-
cundiam habere / iurgantes / hinc mater hinc vitricus / cum quatuor eum servis domo
exegerunt / Adolescens inde ad Ebuciam se amitam contulit / causamque cur eiectus esset nar-
ravit / deinde ex auctoritate eius postero die ad consulem postumium / arbitris remotis rem
detulit / Consul post diem tertium ad se iussum dimisit / Ipse Sulpiciam gravem feminam
socrum suam percontatus est / ecquam anum Ebuciam ex aventino nosset / cum ea nosse probam et antique
moris feminam respondisset / opus sibi ei conventa dixit / mitteret nuntium ad eam ut veniret / Ebucia
accita ad Sulpiciam venit / et consul paulo post velud forte intervenisset / sermonem de Ebucio
fratris eius filio infert / lacrime mulieri oborte / et miserari casum adolescentis cepit / qui
spoliatus fortunis a quibus minime oporteret / apud se tunc esset / eiectus a matre quod adolescens
probus dii propitii essent obscenis ut fama esset sacris initiari nollet / Satis

explorat͞u de Ebutio / Ratus ɔsul nō vanū auctorē ēē · Ebutia dimissa socrū rogat · ut Hispalā libertinā / ex aventino / nō ignotā vicinie accersiret / ad sese / eā quoqz ēē / quā p̄cunctari vellz · Ad cui⁹ nunciū p̄turbata · hyspala · q̄ ad tam nobilē et gravē feminā · ignara cause accersita · ē in interiorem partem adventā accerseret · postq̄ lictores ī vestibulo turbāqz ɔsulē · ipsū ɔspexit / prope exanimata · ē / ī interiorē partē domus · abducta / socru adhibita · consul · si vērā dicere vel ab se accipet · Expromeret sibi · q̄ in luco simile bacchanalibus in sacro nocturno solerēt fieri · Hec ubi audivit tant⁹ pallor tremorqz om̄z invasit mulierē cepit ut diu hiscere nō posset / Tandē ɔfirmata / puella ad modū se iniciatā · ancillā cū dn̄a · ait aliquot annis ex q̄ manu · emissa sit / nichil q̄d ibi fiat scire · Jam id ɔsul laudare cū iniciatū se nō īficiaret / sz et cetā · eadē fide expromeret / neganti quicq̄ ult̄ scire · nō eādē dicē / si coargueretur ab alio · ac fateri veniā ac grām fore / Cū id oīa exposuisset q̄ ab illa audisset ɔsul mulr / haud · dubie id qd̄ erat Ebutiū indicē archani rata ēē ad pedes Sulpicie procidit / 2 eā p̄mo orare cepit · ne mulieris libertine cū amatore s̄mōēs / ī rē nō seriā modo · sed capitalē etiā verti vellet / sz terendi ei⁹ causa nō q̄ sciret q̄cq̄ eā locutā ēē · Hic postumius accensus ira tum quoqz ait eā cū Ebutio se amatore cavillari credē nō ī domo ɔsulis femine 2 cōsule loqui / Et Sulpicia atollē paventē sit illā adhortari sil iram generi lenire · Tandē ɔfirmata / multū incusata perfidiā / Ebutii / qui optīe ī eo ipso · merit⁹ tālem grām retulisset / magz sibi metū deorū · ɔ4 occulta iniciā nunciaret / maiorē multo dixit hominū ēē · qui se indicē manibz suis · discerpturi ēēnt / Itaqz h⁰ · se Sulpiciā h⁰ ɔsulē orare · ut se ext̄ ytaliā aliq⁰ ablegaret / ubi reliquū vite degere tuto possz · / Bono aīo ēē iube eā consul · et sibi cure fore / dicē / ut Rome tuto h̄itaret · Tum · hyspala · originē sacror exponit p̄mo sacrariū id · feminarum fuisse / nec quēq̄ virū eo admitti solitū / tres ī āno dies statutos huisse / quibz interdiu bacchis iniciarent · Sacerdotes ī vicē matronas creari solitas / patulam cuniā / de Sopanā sacerdotē · oīa tanq̄ deū monitu īmutasse / Nam 2 viros eā p̄mā / filios suos iniciasse Minium et Herenniū Cerrinos / et nocturnū sacrum pro diurno · et pro t̄bz ī āno diebz / quinos singlis mensibz / iniciorū fecisse Ex quo inde sacra promiscua sint / et p̄mixti viri feminis / et noctis licentia accesserit / nichil ibi facinoris / nichil flagicii p̄termissū / plura virorū · inter sese q̄ feminarū ēē stupra / Si qui minus patientes dedecoris · sint / et pigriores ad facinus pro victimis īmolari nichil nefas · ducē / Hanc sūmā inter eos religionē ēē / Viros velud mente capta / cū iactatiōe fanatica corpis vaticinari / matronas · bacharū · habitu crinibus passis / cū ardentibz facibz decurrē · ad Tiberi / demissasqz ī aquā faces q2 vivū sulphur cū calce insit integra · flāma efferre / raptos a diis hoīes dici / quos machine illigatos / ex ɔspectu in abditos specus abripiāt / eos ēē q̄ aut ɔiurare / aut sociari facinoribz aut stuprū pati noluerint multitudinē īgentē / alterū iam p̄pe p̄plm · ēē / in his nobiles quosdā viros · feminasqz / biennio proximo institutū ēē / ne quis maior xx^ti annis iniciaret / captare et etates et erroris et stupri patientes / Peracto iudicio / advoluta rursus genibz p̄ces easdē · ut se ablegaret repetiuit / Consul rogat socrū · ut aliquā p̄tem edium vacuā faceret / q̄ Hyspala ī illam migraret / cenaculū super edes datū ē / Scalis ferentibz in publicum / obseratis aditu in edes verso / res oēs feminie ex templo translate / et familia accersita / et Ebutius migrare ad ɔsulis clientē · iussus · Ita cū ī dies ambo ī p̄tate ēēnt / rē ad Senatū postumi⁹ defert / oībz ordiē expositis · q̄ delata p̄mo · q̄ deinde ab se investigata forent / patres

indicē ī animū possz · negat p̄turbari fidem vel ab Sulpicia tali domina

Pavor ingens cepit, tum publice nomine quod haec coniurationes coetusque nocturni fraudis occulte aut periculum importarent, tum privatim suorum cuiusque vicem, ne quis affinis noxie esset. CL

NSVIT autem senatus gratias consuli agendas, quod eam rem et cum singulari cura et sine tumultu investigasset. Questionem deinde de bacchanalibus sacrisque nocturnis extra ordinem mandant; indicibus Ebutio ac Feceniae ne fraudi ea res sit curare, et alios indices premiis invitari iubent; sacerdotes eorum sacrorum seu viri seu femine essent, non Rome modo sed per omnia fora et conciliabula conquiri, ut in consulum potestate essent; edici preterea in urbe Roma et per totam Ytaliam edicta mitti, ne quis qui bacchis initiatus esset coisse aut convenisse sacrorum causa velit, ne quid talis rei divine fecisse. Ante omnia ut questio de his habeatur qui coissent coniurassentque, quo stuprum flagitiumve inferretur. Hec senatus decrevit. Consules edilibus curulibus imperaverunt ut sacerdotes eius sacri omnes conquirerent, comprehensosque libero conclavi ad questionem conservarent. Ediles plebis viderent ne qua sacra in operto fierent. Triumviris capitalibus mandatum est ut vigilias disponerent per urbem, servarentque ne qui nocturni coetus fierent, utque ab incendiis caveretur; adiutores triumviris quinqueviri uls cis Tiberim suae quisque regionis edificiis preessent. Ad hec officia dimissis magistratibus consules in rostra ascenderunt, et contione advocata cum sollemne carmen precationis, quod prefari priusquam populum alloquantur magistratus solent, peregisset consul, ita cepit:

NVLLI umquam contioni equidem tam non solum apta sed equidem necessaria haec sollemnis deorum comprecatio fuit, que vos admoneret hos esse deos quos colere venerari precarique maiores vestri instituissent, non illos qui pravis et externis religionibus captas mentes velud furialibus stimulis ad omne scelus et ad omnem libidinem agerent. Equidem nec quatenus taceam nec quatenus proloquar invenio; si aliquid ignorabitis, ne locum neglegentie dem, si omnia nudavero, ne nimium terroris offendam vobis vereor. Quicquid dixero, minus quam pro atrocitate et magnitudine rei dictum scitote esse; ut ad cavendum satis sit dabitur opera a nobis. Bacchanalia tota iam pridem Ytalia et nunc per urbem etiam multis locis esse non fama modo vos accepisse sed crepitibus ululatibusque nocturnis, qui personant tota urbe, certum habeo. Ceterum quae haec res sit ignorare: alios deorum aliquem cultum, alios concessum ludum et lasciviam credere esse, et qualecumque sit ad paucos pertinere. Quod ad multitudinem eorum, si dixero multa milia hominum esse, ilico necesse est exterreri vos, nisi adiunxero qui qualesque sint. Primum igitur mulierum magna pars est, et his fons mali huiusmodi fuit; deinde simillimi feminis mares, stuprati et constupratores, fanatici, vigiles, vino, strepitibus clamoribusque nocturnis attoniti. Nullas adhuc vires coniuratio. Ceterum incrementum ingens virium habet, quod in dies plures fiunt. Maiores vestri ne vos quidem, nisi cum aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus eductus esset, aut plebi concilium tribuni edidissent, aut aliqui ex magistratibus ad contionem convocasset, forte temere coire voluerunt; et ubicumque multitudo esset, ibi et legitimum rectorem multitudinis censebant debere esse. Quales primum nocturnos coetus, deinde promiscuos mulierum ac virorum convenientes esse creditis? Si quibus etatibus initientur mares sciatis, non misereat vos eorum solum sed etiam pudeat. Hoc sacramento initiatos iuvenes milites faciendos censetis, Quirites? His ex obsceno sacrario eductis arma committenda? Hii cooperti stupris suis alienisque pro pudicitia coniugum ac liberorum vestrorum ferro decernerent? Minus tamen esset, si flagitiis tantum effeminati forent — ipsorum id magna ex parte dedecus erat — a facinoribus manus, mentem a fraudibus abstinuissent; numquam tantum malum in re publica fuit, nec quod ad plures nec quod ad plura pertineret. Quicquid scelere peccatum est, ex illo uno sacrario scitote ortum.

hec solemnis

R

ee uet omnia i que coniurauerunt scelera facinora / habent adhuc priuatis noxiis q˜ nondum ad rem p. opprimendam satis uiriū erat / Coniuratio sese in dies in priatenet / crescit et serpit quotidie malū / iā maius ē q̄ ut capere id priuata fortuna possit ad sūmam rei p. spectat nisi precaueritis. Quirites / iam hinc diurne ab consule legitime vocate / par nocturna concio ee potterit / nunc illi vos singli uniuersi contionantes timent / iam ubi vos dilapsi domus et rura vestra eritis / et conuenerint sit consultabunt de sua salute ac vestra pernicie / Tum singulis vobis uniuersi timendi erunt / Optare igitur vniusquisque vestrum debet / ut bona mens suis omnibus fuerit / si quem libido furor in illum gurgitem arripuit / illorum eum eū quibus in omne flagitium et facinus coniurauit non suum iudicet ee / ne quis eciam errore labatur vestrum / quidem non sum securus / Nichil enim in specie fallacius ē q̄ praua religio / ubi deorum numen pretenditur. Celeribus subit animum timor ne fraudibus humanis vindicandis. diuini iuris aliquid immixtum violemus / Hac vos religione innumerabilia decreta pontificum. S. C. / Aruspicum denique responsa liberant / quociens hoc patrum auorum que etate / negocium ē magistratibus datum vti sacra externa fieri vetarent / Sacrificulos vatesque foro circulo. urbe prohiberent / vaticinios libros conquirerent / comburebant enim prudentissimi viri omnis diuini humanique iuris / Comburerentque omnem disciplinam sacrificandi preterquam more Romano. abolerent. Iudicabant enim prudentissimi viri omnis diuini humanique iuris nichil eque dissoluende religionis ee / q̄ ubi non patrio sed externo ritu sacrificaretur. Hec vobis predicenda ee ratus sum. ne qua superstitio agitaret animos vestros / cum demolientes vos bacchanalia discutientesque nepharios cetus cerneretis / omnia diis propiciis volentibusque ea faciemus / qui quia suum numen sceleribus libidinibusque contaminari indigne ferebant / ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt / non patefieri ut impunita essent sed ut vindicarentur et opprimerentur voluerunt / Senatus questionem extra ordinem de ea re michi collegeque meo mandauit nos que nobisque ipsis nobis agenda sunt impigre exsequemur / vigiliarum nocturnarum curam per urbem / minoribus magistratibus mandauimus. Vosque equum ē q̄ uestra munia sunt quisque loco positus erit. quod imperabitur impigre prestare / et dare operam nequid fraude noxiorum / periculi aut tumultus oriatur.

RECITARI deinde senatus consulta iusserunt / Indicique premium posuerunt si quis quem ad se deduxisset / nomenue absentibus detulisset / qui nominatus perfugisset diem se certam finituros / ad quam nisi citatus respondisset / absens damnaretur. Si quis eorum qui nunc essent. ytaliam extra nominaretur / et laxiorem diem daturos. si venire ad causam dicendam vellet edixerunt / deinde ne quis quid fuge causa vendidisse / ne ue emisse vellet ne quis reciperet celaret ope ulla iuuaret fugientes. CONCIONI dimissa / terror magnus tota urbe fuit / nec menibus se tantum urbis aut finibus Romanis continuit sed passim per totam ytaliam litteris hospitum de S. C. et concione / et edicto consulum acceptis trepidari ceptum ē. / Multi ea nocte que diem insecuta ē quo in concione res palam facta ē. / Custodiis circa portas positis / fugientes a triumuiris comprehensi et reducti sunt / multorum delata nomina. / ex his viri feminaeque mortem sibi conscii consciuerunt / Coniurasse supra septem milia virorum ac mulierum dicebantur / Capita autem coniurationis constabat ee M. catinios de plebe Ro. M. filius cum L. Opiter nius / et Minium Cerinium Campanum / ab his omnia flagicia et facinora orta eos maximos Sacerdotes. conditoresque eius sacri ee / datam operam ee / ut primo quoque tempore

comprehenderent/abducti ad consulē/fassisq; de se nullā morā iudicio fecerūt
Ceterū tanta fuga ex urbe fuit/ut quia multe sanctiones et res peribant/coge-
rentur pretores T. Menius et M. Licinius/p senatū res ī diē tricesimū dif
ferre/donec questiones a cōsulibz pficerent/Eadē sollicitudo qz Rome nō possidebāt nc
inveniebant. quorum nomina delata erant/coegit consules circa fora pficisci/ibiqz qrē
et iudicia exercere/qui tm̄ initiati erant/et ex carmine sacro precationes fecerant/in
quibz nephāda coniuratio ī oē facinus ac libidinē continebatur/nec earum rerum ullaz rei ī quas
iureiurando obligati erant in se aut in alios admiserant/eos in vinculo relinquebāt
qui stupris aut cedibus violati erant ~~in se aut in alios admiserant~~. falsis testi
moniis/signis adulterinis/subiectōe testamētorum/fraudibz aliis cōtaminati/eos ca
pitali pena afficiebant. plures necati quam in vinculā coniecti sunt/Magna vis ī utriqz causa virorum
mulierumqz fuit/mulieres dapnatas cognatis aut ī quorum manibz essent tradebant
ut ipsi in pvato animadverterent ī eas/si nemo erat ydoneus supplicii exactor/in publico
animadvertebatur/datū deinde consulibz negotiuz ē/ut oīa bacchanalia Rome primū/
per totam ytaliā deinde diruerent/extra quam si qua ibi vetusta ara aut signum cōsecratū
esset/in reliquū. deinde S. C. est cautū/ne qua bacchanalia Rome/ne ve ī ytalia
essent. Si quis tale sacrum solempne et necessarium duceret/et nec sine religione et
piaculo se dimittere posse. apud pretorem urbanum profiteretur/pretor senatū cōsuleret/si
ei pmissum esset/cū senatus centum nō minus essent. ita id sacrum faceret/dū ne plus quinque
qui sacrificio essent/neu qua pecunia communis ne quis magister sacrorum aut sacerdos
esset/Aliud deinde coniunctum/referente Q. M. Martio consule. S. C. factū ē ut
de his quos pro indicibz consul habuisset integra res ad senatuz referretur. Cum
Sempronius Postumius questionibz perfectis Romā redisset/Minium Cerrinium campa
nuz Ardeam in vinculā mittenduz censuerunt/magistratibzqz Ardeatiū predictuz
ut interiore eū custodia asservarent/nō solū/ne effugeret/sed ne mortis consci
scende locuz haberet // SPVRIVS // Sc̄o. referenti de P. Ebutii
Postumius aliquanto post romā venit/eo referenti de P. Ebutii et hyspale fe
mine premio/qz eorum opera indicata bacchanalia essent/S. C. factus ē. ut in
singulis Centena milia eris questores urbani ex erario darent/utiqz consu
libus cum tribunis placere ut qz ad plebem primo quoqz tpre ferrent/ut P. Ebu
tio emerita stipendia essent/ne invitus militaret/neve censores equū publicum assignarent
utiqz Femine Hispale Fecenie dationis deminutio/gentis enuptio/tutoris optio/item esset ac si ei
vir testamento dedisset. Utiqz ei ingenuo nubere liceret/ne quid ei qui eā duxisset ob id fraudi
ignominieqz esset/Utiqz consules pretoresqz qui nunc essent/qui ve postea futuri essent curarent
ne quid ei mulieri iniurie fieret utiqz tuto id senatū velle/et equū censere ut ita fieret
Ea oīa lata ad plebem factaqz sunt ex S. C. et de ceterorum indicum inpunitate premiisqz
consulibus permissum est. // ECIAM. Q. Marcius questionibz sue regionis pfectis
ī ligures pvinciā proficisci parabat/tribus milibus peditū romanorum. c. equitibus
et quinqz milibz latini nominis peditū/ducentis equitibus in supplementuz acceptis.
Eadem provincia idem numerus peditū equitūqz et collega decretus erat/exercitus
acceperunt/quos priore anno C. Flamminius et M. Emilius consules habuerant
Preterea duas legiones novas/ex S. C. scribere iussi sunt/et xxti milia
peditū sociis et nominis latini imparavit/et equites octingentos et tria milia

peditū Romanorum / ducentos equites / totum hunc exercitus preter legiones in supple
mentum hyspaniensis exercitus dari placebat // ITALIE / Consules dum ipsi quibus
impediebantur T. Menium delectui habendo prefecerunt / Perfectis quibus Prior Q.
Marcius in ligures Apuanos est profectus / dum penitus in abditos saltus que latebre recepta
culaque semper illis fuerunt persequitur / in preoccupatis angustiis loco iniquo circum
uentus / Quattuor milia militum amissa / et legionis secunde signa tria / XI vexilla
sociorum latini nominis in potestate hostium venerunt / et arma multa que quia impedimento
fugientibus per silvestres semitas erant / passim iactabantur / prius sequendi lig
ures finem quam fuge Romani fecerunt / Consul ubi primum ex hostium agro evasit
ne quantum diminute copie forent / appareret / in locis pacatis exercitum dimisit
non tamen obliterare famam rei male geste / potuit / nam saltus unde
eum ligures fugaverant / Marcius est appellatus // DVB hunc nuncium
ex Ligustinis vulgatum / res ex hyspania mixtam gaudio tristiciam afferentes
recitate sunt / C. Catinius qui biennio ante pretor in eam provinciam profectus erat
cum lusitanis in agro Astensi / signis collatis pugnavit ad sex milia hostium sunt
cesa / ceteri fusi et fugati / castris exuti / ad oppidum deinde Astam oppugnandum
legiones ducit / id quoque haud multo maiore certamine cepit quam castra / sed dum
incautius subit muros / Ictus ex vulnere paucos post dies moritur / litteris de morte
pretoris recitatis / Senatus censuit mittendum qui ad lunae portum C. Calpurnium pretorem
consequeretur / nuntiaretque senatum / equum censere / ne sine imperio provincia esset
maturare cum proficisci / quarto die qui missus erat lunam venit / Paucis ante
Calpurnius diebus profectus erat et in citeriore hispania L. Manlius acci
dinus qui eodem tempore quo C. Catinius in provincia erat cum celtiberis acie con
flixit incerta victoria discessum est / nisi quod Celtiberi castra inde nocte proxima
moverunt / Romanis et suos sepeliendi et spolia legendi ex hostibus potestas facta est
Paucos post dies / coacto maiore exercitu Celtiberi ad Calagurrim oppidum / ultro
lacessiverunt prelio Romanos / nichil traditur que causa numero aucto / firmiores eos
fecerit / Superati prelio sunt / ad XII milia hominum cesa / plus duo capta et castris
Romani potitur / et nisi successor adventu suo inhibuisset / impetum victoris / subacti
Celtiberi forent / novi pretores ambo in hyberna exercitus deduxerunt //
PER Eos dies quibus hec ex hispania nunciata / sunt ludi taurii per biduum
facti religionis causa X apparatos deinde ludos / M. Fulvius quos voverat
Etolico bello fecit / multi artifices ex grecia venerunt honoris eius gratia //
// ATHLETARUM quoque certamen / tum primo Romanis spectaculo fuit
et venatio data leonum / et pantherarum et prope huius seculi copia ac varietate
ludi tum celebratum est / Novendiale deinde sacrum tenuit quod in piceno lapidibus
per triduum pluerat / ignesque celestes multifariam orti adussisse cum plurimum levi
afflatu vestimenta maxime dicebantur / Addita et unum diem supplicatio ex
decreto pontificum / quod edes opis in capitolio ex celo tacta erat / hostiis maio
ribus consules procuraverunt / urbemque lustraverunt / Sub idem tempus et ex umbria
nunciatum est seminarem in duodecim ferme natum inventum id prodigium abhorrentes
arceri Romano agro necarique quam primum iusserunt / Eodem anno Galli transalpini
transgressi in veneciam

adussisse

seminarem

Transgressi in veneciam // sine populatione

Sine populatione aut bello haud procul inde ubi nunc Aquilegia est locum oppido condendo
cepetiunt legatis. Romam de ea re trans alpis missis responsum est / Neque profectos ex auctoritate
gentis eos nec in ytalia quid facerent se scire / L. Scipio. Ludos. eo tempore quos bello Anti-
ochy. vovisse sese dicebat / ex collata ad id pecunia ab regibus Civitatibusque per
dies decem fecit / legatum eum post condempnacionem et bona vendita / missum in Asyam / ad diri-
menda inter Antiochum et Eumenem reges certamina. Valerius ancias est
auctor / cum collatis ei pecuniis / congregatosque artifices / quorum ludorum post bellum vo-
torem dicit / mentionem non fecisse de his post legacionem demum in Senatum actum.
T. livij de bello macedonico liber viiius explicit. Incipit Nonus eiusdem.

CUM IAM in exitu annus esset. Q. Marcius absens / magistratu abiturus
erat. Sp. postimius comicijs cum summa fide curaque perfectis / comicia habuit.
Creati consules sunt Apius claudius pulcher / M. sempronius Tuditanus. postero
die pretores facti. p. Cornelius Getegus. A. postumius Albinus / C. Arranius. Stello
A. attilius Serranus. L. postumius Tempsanus / M. Claudius Marcellus / extremo anni
quia Spurius postumius consul renunciaverat peragrantem se propter questiones utraque litus ytalie
desertas colonias Sypontum super / buxentum infero mari invenisse trium viri / ad colonos con-
scribendos ex S. C. ab L. Menio / Romano. urbano pretore creati sunt. L. Scribonius libo.
et M. tucius. CN. bebius Tamphilus. CUM. Perseo Rege ex macedonibus
bellum / quod imminebat non unde plerique opinantur nec ab ipso perseo causas cepit / inchoata
a philippo initia sunt Et ipse si diucius vixisset / ad bellum gessisset. una eum res cum victo leges
imponerentur maxime angebat / quod qui macedonum / maxime defecerant ab se in bello / in eos ius
sevi-
endi / ademptum ei ab senatu erat / cum quia rem integram Quintius in condicionibus pacis sub-
lerat. ut non desperasset impetrari posse / Antiocho deinde superato bello ad thermophylas
regum divisis philippus / cum per eosdem consul Acilius Heracleam / philippus lamiam oppugnasset
Capta Heraclea quia iussus abscedere a menibus lamie erat / Romanisque oppidum deditum
est. egre eam rem tulerat / permulsit namque eius consul / quod ad naupactum ipse festinans
quo se ex fuga Etoli contulerant / philippo permiserunt Athamanie et Aminandro bel-
lum inferret / et urbes quas Thessalis Etoli ademerant regno adjiceret haud magno cer-
tamine. Et aminandrum. Athamania expulerat / et urbes aliquot ceperat. Demetriadem
quoque urbem validam et ad omnia opportunam / et magnetum gentem sue dicionis fecit / inde et in thracia
quasdam urbes / nove atque insuete libertatis vicio / sedicionibus principum elatas partium que domes-
tico certamine vinceretur. adiungendo se cepit. His sedata in presentia regis ira in Romanos est
numquam tamen remisit animum a colligendis in pace viribus / quibus quando data fortuna esset ad bellum
uteretur. / Vectigalia regni non fructibus tantum agrorum / portoriisque maritimis auxit /
sed metallia etiam et vetera intermissa revoluit / nova multis locis instituit
/ ut vero multitudinem antiquam hominum que belli cladibus amissa erant restitueret
non stirpis tantum sobolem parabat cogendis hominibus procreare / atque educare li-
beros / Sed trachum etiam magnam multitudinem in macedoniam traduxerat quietusque
aliquamdiu a bellis omni cura in augendas regni opes intentus fuerat. RED-
IERE deinde cause que de integro iram moveret in Romanos / Thessalorum et perrebeorum
querele de urbibus suis ab eo possessis et legatorum. Eumenis regis de tracijs.
oppidis per vim occupatis / traductaque in macedoniam multitudine ita audite erant.

ut eas nō negligi satis appareret/ maxime mouerat Senatū q̄ cū· iam ꝛ
maronie affectari possessionē audierat/ minus thesallos timebant/ Athama-
nes quoq; legati venerūt/ nō partis amisse/ nō finiū facturā q̄rentes Sed
totā Athamaniā sub ius indicioq;· regis venisse/ et maronitarū exules erāt
pulsi/ quia libertatis cām· defendisset/ ab regio p̄sidio/ et nō maroniam mō
sed etiam enum (enum) in p̄tate mittabāt philippi ē/ Venerant etiā a philippo· leg-
ati ad purganda ea/ qui nichil nisi p̄missu· Romanoꝝ imperatorū factū affir-
mabāt/ Ciuitates thessaloꝝ· et perrheborū ꝛ magnetū et cū amynandro Ath-
amanū gēte ī eadē eē/ qua Etolos· fuisse/ antiocho rege pulso/ occupatū oppu-
gnandis Etolicis vrbibus consulē/ ad recipiendas eas Ciuitates philippū
misisse/ armis subactos parere· SENATUS. Ne quid absente rege sta-
tueret/ legatos ad eas controuersias disceptandas dimisit· Q· Cecilium Metel-
lū. M· Bebiū· pamphilū T· Semproniū/ q̄rū sb aduentu ad· thessaliam tp̄e
omnibȝ Ciuitatibȝ quibȝ cū rege disceptatio erat/ consiliū indictū ē· ibi· cum
Romani legati disceptatorū loco/ thesalli perrheuiq; et athamanes plud dubii
accusatores/ philippus ad audienda crimina tamq̄ reus/ consedissent/ pro ingenio
quisq; eoꝝ· qui principes legationū erant/ et gratia cū philippo aut odio
acerbius leuius ue egerunt· IN controuersiam aūt veniebat philippo poli-
stricta phalerum ꝛ Euronomen ꝛ cetera circa eas oppida/ vtrum thessaloꝝ iuris
cū vi· adempte possesseq; ab Etolis forent/ nam philippū ademisse eas cō-
stabat/ an Etolica antiquitus ea· oppida fuissent/ ita· eñ Attaliū regi concessisse
si Etolorū fuissent/ Si voluntate nō vi· atq; armis coacti/ cū Etolis eēnt/ eiusdē
formule disceptatio de perrheborum· magnetumq; oppidis fuit/ omnia eīm iura po-
ssidendo Etoli· p occasiones miscuerāt/ Ad hec que disceptationis erāt q̄rele
thessaloꝝ adiecte/ q ea· oppida· si iam redderet· sibi· spoliata ac deserta red-
diturus eēt/ Nam preter/ belli· casibus amissos/ quingentos principes iuuentu-
tis ī macedoniā abduxisse/ et opa eorū ī uilibȝ abuti ministeriis et que
reddiderit coactus thesallis inutilia ut redderet curasse/ Thebas phthias vnū
maritimū emporium fuisse/ quondam thessalis q̄stuosū et frugiferū ibi· naues
onerariis comparatis/ Regem ꝑter thebasdem et triadem cursu dirigeret neg-
otiationē maritimā/ ī Demetriadem in eo vertisse/ Iam ne a legatis quidem/ qui iure gentium
sancti sint violandis abstinere/ insidias positas euntibȝ· ad T· Quinctiū stiq; q̄o·
ī tm̄ metū vt omnis thesallos coniectos ut nō ī Ciuitatibȝ suis· nō ī coībȝ gentis
conciliis quisq̄· hiscere audeat/ procul eīm abeē libertatis auctores Romanos
lateri adherere· grauē dominū/ prohibente vti· beneficiis· p· R/ Quid aūt si vox
nō libera· sit/ liberū eē· nūc se fiducia et p̄sidio legatoꝝ ingemiscere/ magis
q̄ loqui· nisi prouideat aliquid· Romani/ quo gentis macedoniam accolentibȝ metus et audacia philippi· minuatur· ne q̄q̄· et illū victū et se liberatos
eē/ Hec acerbe postremi/ cū priores leuius p̄mulsissent· iram eius/ petentes
vt ignosceret pro libertate loquentibus/ et vt deposita dominī acerbitate assuesce-
ret socium atq; amicum se se p̄stare/ et imitaret· populi Romani clementiam q̄ metu

adiungere sibi socios mallet. Thessalis auditis Pherebi Conoc dillum quam Phylippus olympiadem appellauerat Pherebie fuisse et ut sibi restituerentur agebant et de Malcea et Eutimeo eadem postulatio erat. Athamanes libertatem repetebant et Castella Atheneum et Peneum. Philippus ut accusatoris potius quam rei speciem haberet, et ipse a querelis orsus Menelaydem in tolopiam que regni sui fuisset thessallos vi atque armis expugnasse questus est. Item petram in pieriam ab eisdem tessallis perhebiisque captam. Xinias quidem haud dubie Etolicum opidum sibi contribuisse. eos et paracloda que sub Athanamania esset, nullo iure tessallorum formulam factam. Nam que sibi etiam obiciantur de insidiis legatorum, et maritimis portibus frequentatis aut desertis, alterum ridiculum esse reddere rationem. quos portus mercatores aut nautici petant, alterum moribus abhorrere. Per tot annos esse per quos numquam cessauerunt legati nunc ad imperatores Romanos, nunc Romam ad Senatum, criminandi se deferre, quem umquam verbo violatum esse semel. Ad Cumeneum tumultus insidias dici factas. Sed quid iis acciderit non adici. querentibus quid Romanis obiciant, cum veri nichil habeant. ea enim insolenter et immodice abuti tessallos indulgentia populi Romani, velut ex diutina siti nimis auide meram haurientes libertatem. Itaque seruorum modo preter spem repente manumissorum licentiam vocis et lingue experiri sese insectatione et conuiciis dominorum. Elatus deinde ira adiecit nondum omnium dierum solem occidisse. Id minaciter dictum non thessalli modo in se sed etiam Romani acceperunt. Et cum fremitus post eam vocem ortus et tandem sedatus esset, perhebeorum inde Athamanumque legatis respondit, eadem de quibus illi agant Ciuitatum causam esse consulem Attylium et Romanos sibi dedisse eas, cum hostium essent. Si suum munus qui dedissent adimere velint, sciret se cedendum esse. Sed meliori ac fideliori amico, in gratiam leuium et inutilium sociorum iniuriam eos esse facturos. nec enim ullius rei minus diuturnam esse gratiam quam libertatis, presertim apud eos qui male utendo ea corrupturi sint.

CAUSA cognita pronunciarunt legati placere deduci presidia macedonum ex his urbibus, et antiquis macedonie terminis regnum finiri. De iniuriis quas ultro citroque illatas querebantur quomodo inter eas gentes et macedones disceptetur formulam iuris exequendi constituendam esse.

INDE Grauiter offenso rege, thessalonicam ad cognoscendum de tracie urbibus profisciscuntur ibi legati. Eumenis, si liberas esse Enum et Maroneam velint romani, nichil sui pudoris esse ultra dicere, quam ut admoneat regem ut non verbo eos liberos relinquat nec munus suum ab ullo interripi patiatur. Sin autem minor cura sit Ciuitatum in thracia positarum, multa verius esse que sub antiocho fuerint premia belli Eumenem quam philippum habere, uel propriis Atthali meritis bello quod aduersus philippum ipsum gessit uel suis quo antiochi bello terra marique laboribus et periculis omnibus interfuerit. Habere eum preterea decem legatorum in eam rem preiudicium qui cum Chersonensum lysimachiamque dederunt sibi Maroneam quoque atque enum profecto dedisse, que ipsa propinquitate regionis uelud appendices maioris muneris essent. Nam Philippum quidem quo merito in populum Romanum aut iure imperii cum tam procul a finibus macedonie absint, Ciuitatibus his presidia imposuisse? Vocari maronitas iuberent, ab iis certiora omnia de statu Ciuitatum eorum scituros.

LEGATI Maronitarum vocati non uno tantum loco presidium esse regium sicut in aliis ciuitatibus dixerunt

absit

manumissorum

Sed pluribus sibi et placeat macedoniam maroneam esse / Itaque dominari ad Senatores regios /
his solis loqui / et in Senatu et in concionibus licere / eos omnes honores et capere ipsos et dare aliis
/ optimum quemque quibus libertatis / quibus legum cura sit / aut exulare pulsos patria / aut inhonoratos et
deterioribus noxios / silere / de iure etiam finium pauca adiecerunt / Q. Fabium labeonem cum in regione
ea fuisset / direxisse finem Philippo / veterem regiam que thracie par orte fam sub ea numquam ad mare
ferentem deflexisse viam / qua maronitarum urbes agrosque amplectatur /

AD ea philippus longe aliam quam adversus thessallos perheboosque nuper ingressus differendi
viam / non tum maronitanis inquit michi aut cum Eumene disceptatio est sed iam vobiscum
Romani / a quibus nichil equum / me impetrare iamdiu animadverto / Civitates macedonum quas a me
inter inducias defecerunt / reddi in equum censebam / non quia magna accessio ea regni futura
esset · Sunt enim et parua oppida / et in finibus extremis posita / sed quia multum ad reliquos maced
onas detinendos exemplum pertinebat · Negatum est michi / bello Etolico Lamiam oppug
nare iussus / a M. Attilio Consule / cum diu fatigatus ibi operibus plusque eam iam transcenderet
me iam muros a capta prope urbe revocavit consul · et abducere copias inde coegit ·
Ad huius solacium iniurie permissum est · ut Thessalie perhebieque et Athamanum re
ciperem quedam castella / magis quam urbes · Ea quoque vos ipsa michi · Q. Cecili / paucos
ante dies ademistis / pro non dubio paulo ante si displacet legati · Eumenis simulabant
quam antiochi fuerunt / Eumenis / equius esse quam me here / sed ego longe aliter iudico esse / Eumenes
enim non nisi vicissent Romani / sed nisi gessissent bellum manere in regno suo non potuit
Itaque ille vestrum meritum habet / non vos illius / mei autem regni tantum aberat ne ulla pars in discrimine
erat ut tria milia talentum et quinquaginta tectas naves et omnes grecie Civitates quas ante
antea tenuissem pollicentem ultro Antiochum in mercedem societatis sue aspernatus / hostemque ei esse
prius etiam quam M. Attilius exercitum in greciam traiceret professus · Et cum eo consule belli partem
quamcumque michi delegavit / gessi · et in sequenti consuli · L. Scipioni cum terra statuisset
ducere exercitum ad Hellespontum · non iter tantum per regnum / nostrum dedi · Sed vias etiam muni
vi · pontes feci / commeatus prebui · nec per macedoniam tantum sed per thraciam ubi etiam inter cetera pacem
quoque prestandam a barbaris · Pro hoc studio meo erga vos ne dicam merito / utrum adicere
vos Romani aliquid · et amplificare et augere regnum meum munificencia vestra oportebat an que
haberem aut meo iure · aut beneficio vestro eripere · id quod nunc facitis / Macedonum Civitates · regni mei
quas fuisse fatemini · non restituuntur / Eumenes tamquam ad Antiochum spoliandum me venit
Et si diis placet decem legatorum decretum pretendit calumnie impudentissime preter quod maxime repelli
et coarguit potest · disertissime enim · planissime que in eo scriptum est / Chersonesum et lysimachiam Eu
meni dari · ubi tandem Enus et Maronee et thracie Civitates ascripte sunt / quod ab illis ne postula
re quidem est ausus id apud vos · tamquam ab illis impetraverit obtinebit · Quo in nume
ro me esse / apud vos velitis referte / si tamquam inimicum et hostem persequi propositum est pergite
vt cepistis facere / sin aliquis respectus est mei et socii · atque amici regis · deprecor ne me tanta
iniuria dignum iudicetis / Movit aliquantulum oratio Regis legatos / Itaque medio responso rem
suspenderunt · Si decem legatorum decreto Eumeni date Civitates essent nichil se mutare
Si philippus bello cepisset eas premium victorie iure belli habiturum · Si neutrum

eorum foret cognicionem placuit. Senatum reservare. Et ut omnia in integrum remaneret presidiaque
in his urbibus sunt deducta/ Hec res maxime animum philippi alienaverunt ab Romanis/ At
ne a presto filio eius nominis omnis motum/ sed ob has a patre bellum relictum filio videri possit

ROME Nulla belli macedonici suspicione erat/ L. Manlius proconsul ex hy-
spania redierat/ Cui postulanti ab Senatu in ede bellone triumphum/ rerum gestarum
magnitudo impetrabilem faciebat/ exemplum obstabat/ quod ita comparatum more maiorum
erat/ ne quis qui exercitum non deportasset/ triumpharet/ nisi perdomitam pacatamque provinciam
tradidisset successori/ medius tamen honos Manlio habitus/ ut ovans urbem iniret/ Tulit au-
reas coronas quinquaginta duas/ auri preterea pondo CXXXII/ argenti XVI CCC
/ et pronunciavit in Senatu quinque milia pondo argenti et LXXX auri/ Q. fabium
questorem advehere id quoque se in erarium delaturum MAGNUS motus
servilis eo anno in apulia fuit/ Tarentum provinciam L. Postumius habebat pretor
is de pastorum coniuratione qui vias latrociniis/ pascuaque publica infesta habuerat/
questionem severe exercuit/ ad septem milia hominum condempnavit/ multi inde fugerunt de
multis sumptum est supplicium. Consules diu retenti ad urbem dilectibus/ tandem in provincias
profecti sunt EODEM ANNO in hyspania pretores C. Calpurnius et L. qu-
incius Cum primo vere ex hibernis copias eductas in beturia iunxissent/ in Carpeta-
niam/ ubi hostium castra erant progressi/ communi animo consilioque rem gesserunt/ haud procul
Toleto/ dipone urbibus inter pabulatores pugna orta est/ quibus dum utrimque subve-
nitur a castris/ paulatim omnes copie in aciem educte sunt/ in eo tumultuario certamine
et loca sua et genus pugne pro hoste fuere/ duo exercitus Romani fusi atque in
castra compulsi sunt/ non institere perculsis hostes./ Postero die/ profecti Romani
ne Castra oppugnarentur/ Silencio proxime noctis tacito signo/ exercitum abdux-
erunt/ luce prima hyspani acie instructa ad vallum accesserunt/ vacuaque preter spem
Castra ingressi/ que relicta inter nocturnam trepidacionem erant/ diripuerunt
/ regressi que in Castra sua/ paucos dies quietis stativis manserunt/ Romanorum so-
ciorumque in prelio fugaque ad quinque milia occisa quorum se spoliis hostes armarunt
inde ad tagum flumen profecti sunt./ Pretores interim romani omne id tempus contrahendis
ex Civitatibus sociis hyspanorum auxiliis/ reficiendis ab terrore adverse pugne
militum animis consumpserunt/ ubi satis placuere vires et miles quoque ad delendam
priorem ignominiam/ hostem poscebat. Profecti XII. Milia ab tago flumine posuerunt
Castra. inde tertia vigilia sublatis signis/ quadrato agmine principio lucis ad tagi
Rippam pervenerunt Trans flumen in colle castra erant hostium/ ex templo quod duobus locis
Castra vadabile amnis dextra parte. Calpurnius/ leva Quincius/ exercitus traduxerunt
Quieto hoste dum miratur subitum adventum/ consultatque/ quod tumultum inicere trepidantibus
in ipso amnis transitu potuisset/ Interim Romani impedimenta quoque omnibus traductis/ con-
tractaque in unum locum/ quia iam moveri videbant hostem/ nec spacium erat castra commu-
niendi aciem instruxerunt/ In medio locata quinta Calpurnii legio/ et vicesima
Quincii id robur toto exercitu erat/ Campum apertum usque ad hostium castra habebant

Romani vincuntur ab hyspanis

liberũ a metu insidiarũ // **HYSPANI** Postq̃ in Citeriore Hyspania duo
Romanorum agmina ꝯiunxerant/ ut priusq̃ se iungere atq; instruere possent/ occuparent eos
Castris repente fusi/ cursu ad pugnã tendunt/ Atrox in principio fuit pugna/ et hyspanis
recenti victoria ferocibus/ et insueta ignominia milite Romano accensis/ Acerrime media acies
due fortissime legiones dimicabant quas cum aliter mouere loco non posse hostis cerneret
cum eo instituit pugnare/ sed plures ꝯfertiores q; medios urgebant. Ubi postq̃ laborare
aciem Calpurnius pretor vidit/ Quintilium varum et Iuventium talnam legatos ad singul
as legiones adhortandas propere mittit/ doce et monere iubet in illis spem omnem
vincendi et retinende hyspanie esse/ si in illo loco cedant/ neminem eius exercitus non
modo hyspaniam sed ne Tagi quidem ulteriorem ripam umq̃ visurum/ Ipse cum equitibus
duarum legionum paulum circumuectus in cuneum hostium qui mediam urgebat aciem
ab latere incurrit // Quintius cum suis equitibus alterum hostium latus inuadit sed
longe acrius Calpurnii equites pugnabant/ et pretor ante alios manet/ primus hostem
percussit et ita se inmiscuit mediis/ ut vix utrius partis esset nosci posset/ Et equites
pretoris eximia virtute/ et equitum pedites accensi sunt pudor mouit. primo centuriones
qui inter tela hostium pretorem ꝯspexerant/ Itaq; urgent signiferos/ pro se quisq; iubere
inferre signa et confestim militem sequi/ Renouatur ab omnibus clamor/ Impetus
fit velut superiore loco/ haud secus ergo quam torrentis modo fundunt sternuntq; perculsos
Nec sustinere alij super alios se inferentes possunt/ Fugientes in Castra equites perse
quuti sunt et permixti turbe hostium intra vallum peruenerunt/ ubi ab relictis in pre
sidio Castrorum prelium instauratum/ coacti sunt Romani equites descendere ex equis
dimicantibus his. Legio quinta superuenit/ deinde ut queque potuerant copia affluebant
Ceduntur passim hyspani per tota Castra/ nec plus q̃ quatuor milia equitum effugerunt/ Inde
tria milia fere/ qui arma retinuerant montem propinquum ceperunt/ mille semi ermes
maxime per agros palati sunt/ Super xxxv milia hostium fuerant ex quibus tam exigua
pars pugne superfuit/ Signa capta C.xxxij/ Socij Romanique paulo plus d.c./ et
prouincialium auxiliorum. Et ceciderunt/ tribuni militum quinq; amissi/ et pauci equites/
Romani cruentes maxime victorie speciem fecerunt/ In Castris hostium quia ipsis spacium
sua communiendi non fuerat manserunt/ pro concione postero die laudati donatiq;
a C. Calpurnio equites/ faleris/ pronunciauit eorum maxime opera hostes fusos
Castra capta et expugnata esse // Quintius alter pretor suos equites catellis ac fi
bulis donauit/ donati et Centuriones ex utriusq; exercitu permulti qui mediam aciem
maxime tenuerunt. // **CONSULES** dilectibus alijsq; quecumq; Rome agenda erant
perfectis rebus in ligures prouinciam exercitum deduxerunt/ Sempronius a pisis profectus in
apuanos ligures vastando agros/ vicosq; urendo/ et Castella eorum/ aperuit saltum usq;
ad Macram fluuium et lune portum/ hostes montem antiquam sedem maiorum suorum ceperunt et
inde superata locorum iniquitate/ prelio deiecti sunt Et A. postumius Claudius felicitatem virtutemq; colle
ge in liguribus gaunijs equauit secundis aliquot ~~prelijs~~ plus /Sex pretera oppida eorum expu
gnauit/ multa milia hominum in his capta. belli auctores tres et xl. securi percussit **Iam**
comiciorum appetebat dies/ Prior tum Claudius q̃ Sempronius/ cui sors comitia habendi

obtigerat/ Rema veit qr. P. Claudius fr eius consulatu petebat/ dies. Prior tu Claudius
fr ons consulatu petebat. Competitores habebat patricios/ L. Emiliu. Q. Fabium
Seruiu Sulpiciu Galbam/ veteres candidatos/ et ab repulsis eo magis debitum/ qz
primo vl negatus/ legatus erat honore. repetens. etc. q plus q vnu ex patriciis creari
no licebat. artior peticio m[illegible] — — petetibz erat/ plebey qz hoies gratiose petebat
L. porcius. Q terencius Culleo/ CN. Bebius tamphilus/ et hij repulsi/ in spem
impetrandi aliqu tn/ honoris dilati/ P. Claudius ex oibz vnus nobilis Candidatus erat
opinione hominu haud dubie destinabatur/ Q. fabius labeo/ et lucius porcius licinius/ Sempronius
claudius consul sine lictoribz cu fre/ toto foro volitando/ clamantibz aduersarijs et ma
iore parte senatus/ meminisse eu debe/ se prius consule po. Ro. q frem. P. Cla
udij/ quin ille sedens pro tribunali/ aut arbitrum. aut tacitu spectatore comitioru/ se pre
beret. Coerceri tame ab effuso studio nequit/ magnis contentionibus tribunorum quoque
plebis. q aut contra consule aut pro studio eius/ expugnabat comitia aliquotiens turbata/ do
nec peruicit Appius/ ut deiecto fabio frem traheret/ Creatus P. Claudius. pulcher preter
spem/ et ceteroru locu suu/ obtinuit L. porcius licinius/ qr moderatis studijs no
vt claudiana iter plebeios certatu e/. Pretor iu ide comitia st hita/ C. Decimius
flauus. P. Sempronius longus/ P. Cornelius cetegus. Q. Memmius. M. Sempronius
Varro pretores facti/ hec eo anno que Apius Claudius. M. Sempronius consules fuerant
domi militieque gesta/ PRINCIPIO anni/ quo P. Claudius L. porcius Consul
Q. Cecilius M. Bebius et T. sempronius/ qui ad disceptandu inter phillippum
et Eumenem reges/ Tessalorumque Ciuitates missi erant/ legationem renunciaue
runt/ regum quoque eoru/ Ciuitatum qz legatos in senatum introduxerunt/ Eadem
vtrimque iterata/ que dicta apud legatos in grecia erant/ Aliam deinde legationem
noua patres/ cuius princeps Appius claudius fuit/ i macedonia et in greciam/ decre
uerunt ad videndu/ reddite ne Ciuitates thessallis et perhebis essent/ eisdem mandatum
vt ab Eno et Maronea presidia deducerentur/ maritimaque ois tracie ora/ a philippo
et macedonibz liberaretur/ Peloponessumque adire iussi/ vnde prior legatio discesse
rat/ incertiore statu reru/ q si no venissent/ Nam sup cetera etiam sine responso dimissi
nec datu petentibz erat Acheoru consiliu/ De qua re querente grauiter Q. Ce
cilio et simul lacedemoniis deplorantibz menia diruta/ abductam plebem i Achayam et
venundatam/ ademptas de quibz ad eam diem Ciuitates stetisset/ lycurgi leges/ Achey
maxime concilij negatum dare excusabant/ recitando legem/ q nisi belli pacis ne causa
et cu legati ab senatu cu litteris aut scriptis mandatis venirent/ vetaret indici galium
Ea ne postea excusatio esset ostendit Senatus/ curae his esse debere/ vt Romanis leg
atis semp adeundi galium gentis potestas fieret/ quemadmodum et illis quotiens vellet
Senatus daretur/ DIMISSIS his legationibz/ Philippus ab suis certior
factus cedendum Ciuitatibz/ deducendaque presidia esse/ infensus omnibz i maroni
tanos iram effudit/ Onomasto qui preerat maritime ore mandat/ vt partis aduerse
principes interficeret/ Ille per Cassandrum quedam vnum ex regijs/ diu habitantem
Maronie/ nocte thracibus intromissis velud in bello capta vrbe cedem fecit

ID. APUD legatos Romanos querentes/ tam crudeliter adversus innoxios ma-
ronitanos/ tam simpliciter adversus p. R. ut absque libertate restituendam Senatus censuisset/ hi pro
hostibus trucidarentur/ ab innerat quemque eorum ad se aut quemque suorum pertinet/ Seditione
inter eos dimicatum. Cum alii ad se alii ad Eumenem Civitatem traherent/ id facile stat
rum si permutaret eos maronitanos/ Haud dubium perculsis omnibus terrore tam recentis

"nemine hyste"

caedis neminem tunc adversus se ausurum negare. Appius rem evidentem pro dubia
querendam/ si absque culpa removere vellet/ Onomastum et Cassandrum per quos acta res
diceretur mitteret Romam ut eos Senatus percunctari posset/ Primo adeo perturbavit ea vox
regem ut non color non vultus ei constaret/ Deinde collecto tandem animo/ Cassandrum
qui Maroniae fuisset se utique si vellet missurum dixit/ Onomastum quidem quod ea
pertineret qui non modo Maroniae sed nec in regni quidem propinquo fuisset et
parcebat quidem onomasto honoratiori amico et eundem indicem aut paulo plus
timebat quia et ipse cum eo sermonem contulerat et multorum talium ministrum et conscium
habebat. Cassander quoque/ missis qui per Epyrum ad mare prosequerentur eum/ ne qua
indicium emanaret/ veneno creditus sublatus/ et legati a philippi colloquio ita
digressi sunt ut pre se ferrent nichil eorum sibi placere/ Et philippus quin nunc
rebellandum esset dubius/ qui dum quia immature ad id vires erant/ ad moram interpo-
ponendam/ demetrium minorem filium/ mittere Romam simul ad purgandam etiam simul
ad deprecandam iram senatus statuisset/ satis credens ipum etiam invenem/ qui Romae obses
specimen indolis regiae dedisset/ aliquid momenti facturum/ Interim per speciem auxilii By-
zanciis ferendi/ re vero ad terrorem regulis thracum iniciendum profectus/ perculsis hic
prelio et Amadoco duce capto/ in Macedoniam rediit/ Missis ad accolas hyster
fluminis barbaros/ ut in ytaliam irrumperent sollicitandos/ Et in peloponeso
adventus legatorum Romanorum qui ex Macedonia in achayam ire iussi erant/ expec-
tabatur/ adversus quos/ ut preparata consilia haberent/ lycortas pretor concilium indixit
Ibi de lacedemoniis actum/ ex hostibus eos accusatores factos/ et periculum esse ne victi magis
timendi forent/ quam bellantes fuissent/ quippe in bello socijs Romanis Acheos usos
tunc eosdem Romanos equiores lacedemonijs quam acheis esse. Ubi Areus etiam et Alch-
ybiades ambo exules suo —— beneficio restituti/ legationem Romam adversus
gentem Acheorum de ipsis meritam suscepisset/ adeoque infesta oratione usi essent/ ut pulsi pa-
tria non restituti in eam viderentur/ Clamor undique ortus referretur nominatim de his. et in omnia
ita non concilio gererentur capitis dampnati sunt/ Paucos post dies Romani legati ve-
nerunt/ his clitore in archadya datum est concilium/ priusquam agerent quicquam/ terror acheos in-
iectus erat/ et cogitatio nunquam ex equo disceptationem futuram esse/ Sed quod Areum et Alch-
ybiadem capitis quibus concilio proximo dampnatos/ cum legatos videbant/ nec hys-
cere quisquam audebat/ Appius ea quae apud Senatum questi erant/ lacedemonij/ displicere
senatui ostendit/ caedem primum ad concilium factam eorum/ qui a phylopomene ad
causam dicendam evocati venissent deinde cum in homines ita sevitum esset/ ne in ulla parte
crudelitas eorum cessaret/ muros dirutos urbis nobilissime esse/ leges vetustissimas

"disciplinam licurgi sublatam haec
tum appius dixisset/ licortas et quia
pretor et quia filopomenis"

abrogatas/ inclitamque per gentes/ phylopomenis auctoris omnium que lacedemone

acta erat/ factionis erat/ sta rudit. Difficilior nobis Appi claudi
apud vos oratio est q̃ Rome nup apud Senatum fuit/ tunc enim lacedemoniis accusatibus Res
pondendum erat. Nunc a vobis ipsi accusati sumus/ apud quos causa est dicenda/ quam iniquitatem condicionis
subimus/ illa spe iudicis animo te auditurum esse/ posita contentione qua paulo egisti ante/ Ego
certe in ea que et hic antea apud Q. Cecilium/ et postea Rome questi sunt Lacedemonij a
te paulo ante relata sunt/ non tibi. sed illis/ me apud te respondere credebam/ cedem obiectis
eorum qui a phylopomene pretore evocati/ ad causam dicendam/ interfecti sunt/ hec ego crimen non modo
a vobis Romanis/ sed ne apud vos quidem nobis obijciendum fuisse arbitror/ Quid ita
quia in nostro federe erat vt maritimis vrbibus abstinerent lacedemonij/ quo tempore ar-
mis captis/ vrbes a quibus abstinere iussi erant/ nocturno impetu occupaverunt Si T.
Quinctius. si exercitus Romanus sicut antea in peloponesso fuisset/ eo nimirum capti et oppressi con
fugissent/ cum nos procul essetis/ quo alio nisi ad nos socios vestros/ quos antea Gythio
opem ferentis/ quos lacedemonem vobiscum simili de causa oppugnantis viderant/ confuge
rent/ Pro vobis igitur iustum piumque bellum suscepimus/ quod cum alij laudant/ reprehendere ne
lacedemonij quidem possunt/ dij quoque ipsi comprobaverunt/ qui nobis victoriam dederunt
/. quo nam modo ea que belli iure acta sunt/ ad disceptationem veniunt/ quorum tamen maxima pars
nichil pertinet ad vos/ nostrum est quod evocavimus eos ad causam dicendam/ qui ad arma multi
tudinem exciverant/ qui expugnaverant maritima oppida/ qui diripuerant/ qui cedem
principum fecerant/ Qui vero illi venientes in castra interfecti sunt/ vestrum Areu et
Alcibiade/ qui nunc si dijs placet accusatis nos cum nostrum exules lacedemoniorum/ quo
in numero hi quoque duo fuerunt/ et nunc nobiscum erant/ et quia domicilio sibi de
legerant maritima oppida/ se petitos credentes/ in eos quorum opera patria extorres/ ne
in tuto quidem exilio/ posse consenescere se indignabantur/ impetum fecerunt/ lacede
monij igitur lacedemonios interfecerunt/ nec iure an iniuria cesi sunt/ argumentari
refert/ At enim illa certe vestra sunt achey. quod leges disciplinamque vetustissimam licurgi
sustulistis/ quod muros diruistis que vtraque ab hiisdem obiici qui possunt/ cum muri lacedemo
niis non a licurgo. sed paucos ante annos ad dissolvendam licurgi disciplinam exstructi sint
Tyranni enim nuper eos arcem et munimentum sibi non civitatis paraverunt/ Et si resurgat
hodie ab inferis gaudeat ligurgus ruinis eorum/ et nunc se patriam et spartam antiquam
agnoscere dicat/ non Phylopomenem expectare nec Acheos/ Sed vos ipsi lacedemonij
vestris manibus amoliri et diruere omnia/ tyrannidis vestigia debuistis/ Vestre enim ille
deformes velut cicatrices servitutis erant/ et cum sine muris octingentos prope annos liberi/ etiam
aliquando principes grecie fuissetis/ muris velut compedibus circumdati/ centum prope annos
servistis/ quod ad leges ademptas attinet/ Ego antiquas lacedemonijs leges tyr
annos ademisse/ quas non habebant/ sed vestras leges dedisse/ neque male consuluisse civitati
cum concilij nostri eam fecerimus/ et nobis miscuerimus/ corpus vnum et concilium totius
peloponensis esset/ Tunc opinor si alijs ipsi legibus viveremus/ alias istis iniun
xissemus/ queri se iniquo iure esse/ et vindicari posse Scio ego appi claudi/ hanc
orationem qua sum adhuc vsus/ neque apud socios/ neque libere gentis esse/ sed vere servorum

disceptantium apud deos/ Nam si non vana vox illa preconis fuit/qua liberos esse
omnium primos acheos iussistis/ Si fedus ratum est/ Si societas et amicicia ex equo observatur
Cur ergo quod capua capta feceritis Romani non quero/ vos racionem repostitis/ Quid ach
ei lacedemoniis bello victis fecerimus/ aliquem interfecti sunt. finge a nobis/ quid vos
Senatores campanos/ securi non percussistis. muros diruimus. vos non muros tantum sed
urbem et agros ademistis/ Specie inquis equum est fedus/ re apud acheos precaria li-
bertas/ apud Romanos etiam imperium est/ Sentio appi et si non oportet non indignor/ Sed oro vos
quantumlibet intersit inter Romanos et acheos/ modo ne in equo hostes vestri nostrique apud
vos sint ac nos socii/ immo ne meliore iure sint/ Nam ut in equo essent nos fecimus/ cum leges
nostras his dedimus/ cum ut achei concilii essent effecimus/ cum ll. nostras his dedimus/ parum
est victis quod victoribus satis est/ plus postulant hostes quam socii habent/ que iureiurando/ que
monumentis litterarum in lapide insculptis/ in eternam memoriam sancta atque sacrata sunt/ ea cum periurio
nostro tollere parant/ Veremur quidem vos Romani/ et si ita vultis videtis etiam timemus/ sed plus et ve-
remur deos inmortales/ cum assensu maxime partis auditus est/ Et loqui omnes pro maiestate magistratus
censebant ut facile appareat/ molliter agendo dignitatem suam tenere Romanos non posse.

TVM Appius suadere se magnopere Acheis dixit/ ut dum liceret voluntate sua facerent/ graciam
inirent/ ne mox inviti et coacti facerent/ Hec vox audita quidem cum omnium gemitu est/ sed metu
ne imperata recusarent. id modo petierunt ut Romani que viderentur de lacedemoniis
commutarent/ nec Acheos religione obstringerent/ irrita ea que iureiurando sanxissent fa-
ciendi/ dampnacio tantum Arei et Alchibiadis que nuper facta erat sublata est.

ROME princi-
pio anni cum de provinciis consulum et pretorum actum est/ consulibus ligures quia nusquam alibi bellum erat
decreti. pretores Decimus. Flavus urbanam/ P. Cornelius. Cetegus. Minutus peregrinam sortiti
sunt. P. Sepronius. Blesus Siciliam/ Q. Nevius Malo. Sardiniam/ Et ut idem de veneficiis
quereret. A. terencius Varro hyspaniam citeriorem/ Q. Sempronius longus hyspaniam ulte-
riorem. de hiis duabus provinciis legati per id fere tempus/ L. Iuventius Talna et T. Quintilius
Varus venerunt/ qui quantum bellum iam profligatum in hyspania esset/ Senatu edocto postularunt
simul ut pro rebus tam prospere gestis diis inmortalibus haberetur honos/ et ut pretoribus exerci-
tum deportare liceret. supplicacio in biduum decreta est/ de legionibus deportandis. cum de consulum
pretorumque exercitibus ageretur rem integram referri iusserunt/ Paucos post dies consulibus in
ligures bine legiones quas Apius postumius Claudius et M. Sempronius habuerant decrete sunt.

DE hyspaniensibus exercitibus/ magna contencio fuit/ inter novos pretores et amicos absen-
tium/ Calpurnii Quintique. utraque causa tribunos plebis. utraque consules habebat/ hii se intercessuros
S. C. si reportandos censeret exercitus/ denunciabant/ illi si hec intercessio fieret/ nullam
aliam rem se decreturos passuros/ victa postremo absencium gracia est/ S. C. factum/ ut
pretores quatuor milia peditum Romanorum scriberent/ quadringentos equites et quinque milia
peditum sociorum. Latini nominis/ quingentos homines equites quos secum in hyspaniam deport-
tarent/ cum eas legiones quatuor descripsisset/ quod plus quam quinque milia peditum trecenti
equites in singulis legionibus essent/ dimitterent eos primum qui emerita stipendia
haberent. deinde. ut cuiusque fortissima opera. Calpurnius et Quintius in prelio usi
essent.

HAC sedata contencione. alia subinde. C. decimi pretoris/ morte exorta
est. CN. Sicinius et L. pupius/ qui ediles priore anno fuerant et C. Valerius

flamē dialis et . Q . fuluius flaccus / his qui edilis curulis designatus erat / sine toga candida ſʒ maxiā contentione ex oībʒ petebat certamenqʒ ei cū flamme diali erant Et postq̄ p̄mo equare, mox superare eum ē visus / pars tribunorum plebis / negare rōēʒ eius habēdaʒ ēē q sim͞l / vnus duos magistratus p̄ſtiʒ curules neqʒ capere posset neqʒ gerē / ps legibus eū solui equū censere / vt quē vellet pretorem̄ creandi populo / ptās fieret / L . portius consul . p̄mo ī ea s͞ma ēē ne nomē eius acciperet . deinde vt ex auctē Senatus idē faceret conuocatis patribus se ad eos referre dixit / qd' nec iure ullo nec exemplo . tollerabili / libe Ciuitati . edilis Curulis . designatus / p̄turā peteret / sibi nisi qd aliud his videret̄ . ī aīo ēē e lege / comicia habē / patres censuerunt / vti . L . Portius consul . cū Q . fuluio ageret ne īpeditus ēē quominus . comicia p̄toris ī locū . C . decimi . subrogandi e lege haberentur . Agenti consuli ex . S . C / respondit . flaccus / nichil quidez se qd . indignum ēēt facturum . medio adulatiōnē risu interp̄tantibʒ fecerat spem cessurum patrum auctoritate fore / comicijs cū acrius q̄ ante petebat / criminando consules qui sibi a consule ⁊ a Se . / p̄ . R . beneficium / et inuidia gemi nati honoris / mediā fieri tamq̄ . nō appareret ubi . designatus . p̄tor ēēt / ex teplo . se e dilitate abdicaturū / consul cū et p̄tinaciā petentis cerne . et fauorē p̄pli . magis . magisqʒ in eū inclinari . cerne / dimissis comicijs Senatū vocauit / Censuerunt . frequentes quoniam flaccū auctoritas patrum nichil mouisset / ad p̄plm / Cū flacco agendū contionē aduocata / cum egissʒ consul ne tunc quidē de s͞ma motus / grās p̄plo . Romano . egit / q̄ tāto studio quotienscumqʒ declarandē voluntatis ptās facta ēēt . p̄torē se voluissʒ facē . ea sibi studia suorū Ciuium destituē . nō ēē ī aīo / Hec vox tā obstinata . tm ei fauoris accēdit vt haud dubius p̄tor ēēt . si consul . nomē accipere vellet / ingens certamē tribunis et inter se ipsos cū consule fuit / donec Senatus a consule habitus ē / decretumqʒ / quoniam p̄toris subrogandi comicia ne legibus . fierent / p̄tinacia . Q . flacci . et praua studia . hominū impedīret Senatum censere / satis p̄torum ēē . P . Cornelius vtramqʒ ī vrbe iurisdictionē haberet . Appollinaresqʒ ludos faceret . HIS comicijs prudencia et virtute Senatus / alia maioris certaminis q̄ ⁊ maiore de re . et inter plures potencioresqʒ viros / sunt excorta / censuram summa contentione petebant . L . Valerius flaccus . P . et L . Scipiones / Cn . Manlius volso / furius . purpurio / patricij / plebei autem Ma. porcius Cato / M . fuluius Nobilior tiberius / et M . sempronius longus ⁊ Tuditanus . sed omnes patricios plebeiosqʒ nobilissimarum familiarum / M . porcius longe anteibat In hoc viro tanta vis animi ingenijqʒ fuit / vt quocumqʒ loco natus ēēt / fortunā sibi ipse facturus videtur / nulla ars neqʒ p̄uate neqʒ publice rei gerende ei defuit / vrbanas rusticas pariter res callebat . Ad summos honores alios sciencia iuris / alios eloquencia / alios gloria militaris prouexit / huic versabile ingenium / sic pariter ad oīa fuit / vt natū ad id . vnum diceres / quodcumqʒ ageret / ī bello manu fortissimus / multisqʒ insignibʒ clarus pugnis / idem postq̄ ad magnos honores peruenit / summus imperator idem ī pace si ius consuleres peritissimus / si cā orandā ēēt . eloquentissimus / nec is tantū cuius lingua viuo vigeret / monumentū . eloquencie extet / viuit ymo vigor eloquencia eius Sacratus scriptis omnis generis orationes . Et pro se multe / et pro alijs / et ī alios / Nam nō solū ī accusando sed etiam causam dicendo / fatigauit īnimicos / Simultates nimio plures ⁊ exercuerunt eū et ipse exercuit eas . nec facile dixeris vtrum magis presserit eū nobilitas an ille agitauerit nobilitatē / asperi procul dubio animi / ⁊ lingue acerbe et inmodice libere fuit

Amplissime porcij Cathonis et rare laudes

Si in victu a cupiditatibus animi rigide innocentie, contemptor gratie diviciarum, in parsimonia patientia
et laboris et periculi ferrei prope corporis animique quem ne senectus quidem que solvit omnia fre-
gerit, qui sextum et octogesimum annum agens causam dixerit, ipse pro se oraverit scripsit-
que nonagesimo anno Servium Galbam ad populi adduxerit iudicium. Hunc sicut omni vita

A nobilitas

ita tum petentem premebat nobilitas, coierant(que) preter L. Flaccum qui collega in consulatu
fuerat candidati omnes ad deiciendum honore non solum ut ipsi potius adipiscerentur
nec quia indignabantur novum hominem censorem videre, sed etiam quod tristem censuram periculosamque
multorum fame et ab leso a plerisque et ledendi cupido expectabant. Etenim tum quoque minita-
bundus petebat refragari sibi qui liberam et fortem censuram timerent criminando. Et simul
L. Valerio suffragabatur: illo uno collega castigare se nova flagitia et priscos revocare
mores posse. His accensi homines adversa nobilitate non M. Porcium modo censorem fecerunt
sed etiam collegam ei Valerium Flaccum adiecerunt. Secundum comitia censorum consules pretores-
que in provincias profecti sunt preter Q. Nevium quem quattuor non minus menses priusquam in Sardi-
niam iret questiones veneficii, quarum magnam partem extra urbem per municipia conciliabulaque
habuit quia ita aptius visum esset, retinuerunt. Si Anciati Valerio credere libet ad duo milia
hominum dampnavit. Et L. Postumius pretor cui Tarentum provincia evenerat magnas pas-
torum coniurationes vindicavit et reliquias bacchanalium questionis cum cura egit.
Multos qui citati non affuerunt aut vades deseruerant in ea regione Ytalie latentes partim
noxios iudicavit partim comprehensos Romam ad senatum misit. In carcerem omnes a P.
Cornelio coniecti sunt. In Hyspania ulteriore fractis proximo bello Lusitanis
quiete res fuerant. Et in citeriore A. Terentius in Suessetanis oppidum Corbionem
vineis et operibus expugnavit, captivos vendidit, quieta deinde hyberna in cite-
riore provincia habuit. Veteres pretores C. Calpurnius Piso et L. Quintius Romam
redierunt, utrique patrum magno consensu triumphus decretus est. PRIOR C. Calpur-
nius de Lusitanis et Celtiberis triumphavit, tantundem auri atque argenti, coronas aure-
as tulit lxxxiii et decem pondo argenti. Paucos post dies L. Quintius Crispinus
ex hisdem Lusitanis et Celtiberis triumphavit, tantundem auri atque argenti in eo triumpho
translatum. CENSORES M. Porcius et L. Valerius metu mixta expectatione
senatum legerunt, septem moverunt senatu, ex quibus unum insignem et nobilitate et honoribus
L. Q. Flaminium consularem. Patrum memoria institutum fertur ut motis e senatu censores
ascriberent notas. Catonis et alie quidem acerbe orationes extant in eos quos senatorio loco
movit aut quibus equos ademit, longe gravissima in L. Quintium oratio est, qua si accusator ante

Cesor

notam non post notam censor usus esset retinere L. Quintium in senatu ne frater quidem T. Quintius
si tum censor esset potuisset. Inter cetera obiecit ei Philippum Penum carum ac nobile scortum
ab Roma in Galliam provinciam spe ingentium donorum perductum. Eum puerum lasciviam cum
cavillaretur exprobrare consuli persepe solitum quod sub ipsum spectaculum gladiatorum
abductus ab Roma esset ut obsequium amatori venditaret. Forte epulantibus
his cum iam vino incaluissent nuntiatum in convivio nobilem Boyum cum liberis transfugam
venisse, convenire consulem velle ut ab eo fidem presens acciperet. Introductum
in tabernaculum per interpretem alloqui consulem cepisse. Inter cuius sermonem Quintius scorto

vis tu inquit quã gladiatorum spectaculum reliquisti/ iam videre/ hunc gallum mo-
rientem/ et cum is vix dum sero annuisset/ ad nutum scorti/ consulem stricto gladio qui super caput
pendebat/ loquenti gallo caput/ primum percussisse/ deinde fugienti/ fidemque populi Romani atque
eorum qui aderant imploranti latus transfodisse/ Valerius antias/ ut qui nec orationem Catonis legisset
et fabule tantum sine auctore edite credidisset/ Aliud argumentum simile/ tamen libidine et crudelitate peragit
Placentie famosam mulierem/ cuius amore deperiret/ in convivium accersitam scribit/ ibi iac-
tantem sese scorto/ inter cetera rettulisse/ quam acriter questiones exercuisset/ et quam multos capitis damp-
natos in vinculis haberet/ quos securi percussurus esset/ tum illam infra eum accubantem/ negasse
umquam vidisse quemquam securi ferientem/ et pervelle id videre/ hunc indulgentem amatorem/ unum ex
dampnatis attrahi iussum/ securi percussisse/ facinus atrox/ sive eo modo quo censor obiecit sive
ut valerius tradit commissum est/ inter pocula atque epulas/ ubi libare diis dapes ubi bene
precari mos esset/ ad spectaculum scorti procacis in sinu consulis recubantis/ mactatam humanam
victimam esse/ et cruore mensam respersam/ In extrema oratione Catonis condicio fer-
tur ut si id factum negaret/ ceteraque que obiecisset/ sponsione defenderet sese/ sin fateretur igno-
minia ne sua quemquam doliturum censeret/ cum ipse vino et venere amens sanguine
hominis in convivio lusisset/ id in equitatu recognoscendo L. Scipionis tristis et aspera
in omnes ordines censura fuit/ ornamenta et vestem muliebrem et vehicula/ que pluris quam xv.
milium eris essent/ in censum referre iuratores iussit/ item mancipia minora annis xx/ que
post proximum lustrum decem milibus eris aut pluris eo venissent/ ea uti quoque x. tanto
pluris quam quanti essent extimarentur/ Et his omnibus rebus tria milia eris attribuerunt
aquam publicam omnem in privatum edificium/ aut agrum fluentem ademerunt/ Et que in
loca publica inedificata inmolitave/ privati habebant/ intra dies triginta demoliti sunt
opera deinde facienda ex pecunia decreta/ lacus sternendos lapide/ tegendasque que
opus esset cloacas in aventino/ et in aliis partibus qua nondum erant faciendas/ locaverunt
et separatim flaccus molem ad neptunias aquas/ et iter populo esset/ et viam per formi-
anum montem. Cato atria duo Menium et titium in latumiis et quattuor tabernas in publicum
emit/ basilicamque ibi fecit que porcia appellata est/ et vectigalia summis preciis ultro tri-
buta infimis locaverunt/ quas locationes cum Senatus precibus et lacrimis victus publicanorum
induci et de integro locari iussisset/ Censores ex edicto summotis ab hasta/ qui ludific-
ati priorem locationem erant/ omnia eadem paululum in minutis preciis locaverunt/ nobilis
censura fuit simultatumque plena/ que M. porcium cui acerbitas ea assignabatur per
omnem vitam exercuerunt/ Eodem anno Colonie due potentia in picenum pesaurum in gallicum
agrum deducte sunt/ sena iugera in singulos data/ diviserunt agrum Coloniasque deduxerunt
idem tres viri Q. fabius labeo/ et M. et Q. fulvii flaccus et nobilior consules
eius anni nec domi nec milicie memorabile quicquam gesserunt/ In sequentem annum creaverunt
consules M. Claudium Marcellum Q. fabium Labeonem/ M. Claudius et Q. fabius
idibus marciis quo die consulatum inierunt/ de provinciis suis praetorumque retulerunt
Pretores creati erant C. valerius flamendialis/ qui et priore anno petierat/ et Spurius
postumius Albinus et p. Cornelius Sisenna L. pupius L. iulius C. sulpicius
Consulibus ligures cum iisdem exercitibus quos p. claudius et L. porcius habuerant provincia
decreta est/ hyspania ex sorte prioris anni pretoribus cum suis exercitibus servate/ Pretores

ita sortiri iussi, ut flaminidiali utique altera iuris dicendi Rome provincia esset pereg-
nã ẽ sortitus. Sissene Cornelio urbana. Sp. Postumio Sicilia. L. pupio Apulia
l. Julio. Gallia. Cn. Sicinio Sardinia evenit. L. Julius profisciscitur matur ẽ iussus. Galli
trãsalpini per saltus ignote antea vie, ut ante dictum ẽ in ytaliam transgressi, oppidum in agro qui nunc
aquileiensis ẽ hedificabant. ad eos ut prohiberet, quod eius sine bello posset, pretori man-
datum ẽ. si armis prohibendi essent, consules certiores faceret. ex his placere alterum adversus gallos
ducere legiones. Extremo prioris anni comitia habita erant. in demortui cum in locum M. Cornelii augurus
sufficiendi creatus erat. Sp. Sempronius Albinus. huius principio anni P. Licinius Crassus pontifex maximus
ẽ mortuus. in cuius locum M. Sempronius Tuditanus pontifex maximus creatus ẽ. C. Sulpicius Gem-
inus. P. Licinii funeris causa visceratio data et gladiatores CXX pugnaverunt et ludi
funebres per triduum facti. post ludos epulum. in quo cum toto foro triclinia strata essent, tempestas
cum magnis procellis coorta coegit plerosque tabernacula statuere in foro. eadem paulo post cum undique
disserenasset sublata. defunctos que vulgo ferebant quod inter fatalia cecinissent necesse
esse tabernacula statui in foro. Hac religione levatis, altera iniecta quod sanguine per biduum pluis-
set in area Vulcani. et per X viros supplicatio indicta erat huius prodigii expiandi causa.

PRIUSQUAM consules in provincias proficiscerentur, legationes transmarinas in Senatum introduxerunt.
nec unquam ante tantum regionis eius hominum Rome fuerat. Nam ex quo fama per gentes que macedo-
niam accolunt vulgata est crimina querimonias que de philippo non negligenter ab Romanis
audiri, multis operepretium fuisse queri, pro se quisque. Civitates gentesque singulis etiam
privati, quisque enim accola erat omnibus, Romam aut allevande spem iniurie aut ad deflendum sola-
cium venerunt. Et ab Eumene rege legatio, cum fratre eius Atheneo venit, ad querendum simul quod non
deducerentur ex trachia presidia, simul quod in Bythiniam prusie, bellum adversus Eumenem
gerenti, auxilia missa forent. Respondendum ad omnia iuveni tum admodum Demetrio erat.

cum ~~chant~~ facile esset aut ea que obiicerentur aut que adversus ea dicenda erant memoria com-
plecti. nec ea solum, sed etiam pleraque oppido quam parva erant. De controversia finium, de hominibus raptis
pecoribusque abactis, de iure aut dicto per libidinem aut non dicto, de rebus per vim aut gratiam
iudicatis, nichil horum neque demetrium dilucide dicere nec se satis liquido discere
ab eo Senatus cum cerneret posse, et simul tyrocinio et perturbatione iuvenis moveretur, queri
iussa ab eo ex quem de hiis rebus commentarium a patre accepisset, cum dixisset accepisse,
se nichil prius nec potius visum est quam regis ipsius de singulis responsa; atque librum ex
templo poposcerunt, deinde ut ipse recitaret permiserunt. Erant autem de singulis rebus in
breve coacte cause, ut alia fecisse se secundum decreta legatorum diceret, alia non per se stetisse
quominus faceret, sed per eos ipsos qui accusarent, interposuerat et querelas de iniquitate
decretorum, et quod non ex equo disceptatum apud Cecilium foret, indigneque sibi nec ullo suo
merito insultatum ab omnibus esset. Has notas irritati animi eius senatus collegit. Ceterum
alia excusanti iuveni, alia recipienti futura, ita ut maxime vellet Senatus, responderi placuit
nichil patrem eius neque rectius neque magis ex Senatus voluntate esse, fecisse quam quod ut
cumque ea gesta essent, per demetrium filium satisfieri voluisset Romanis, et multa dissimu-
lare et oblivisci et pati preterita senatum posse. et credere etiam demetrio, reddendum esset
obsidem eius animum eius habere, Et si corpus patri reddiderint, et scire quantum salva in patrem pietate

possit amicum esse p. Ro. honorisque eius causa missuros in macedoniam legatos ut si quid ei
minus factum sit quam debuerit tamen neque sine piaculo rerum praetermissarum fiat. velle etiam sen
tire philippum integra omnia sibi cum po. Ro. Demetrii filii beneficio esse. hec que augende
amplitudinis eius causa facta erant ex templo in odium mox etiam in perniciem adolescenti verte
runt. LACEDEMONII. Deinde introducti sunt. multe et parve disceptationes disi
ctabantur. sed que maxime rem continerent erant. utrum restituerent quos achei damnaverant
nec ne. utrum iniuria an iure occidissent quos occiderant. videbatur. ut vel manerent in achaico
consilio lacedemonii an ut ante fuerat secretum unius eius in peloponneso civitatis ius
esset. restitui iudiciaque facta tolli placuit. Lacedemonem manere in achaico consilio scribique
id decretum et consignari et a lacedemoniis et Acheis. legatus in macedoniam Q. Mar
cius est missus. iussus idem in peloponneso sociorum res aspicere. Nam ibi quoque ex
veteribus discordiis residui motus erant. et Messene desciverat a concilio achaico
cuius belli et causa et ordinem si exprimere velim. immemor sim propositi quo statui
non ultra attingere externa. nisi quo Romanis coherent rebus. Eventus memorabilis
est quod cum bello superiores essent Achei. philopomenem. Pretor eorum capitur. ad preoccupan
dam coronam quas hostes petebant in valle iniqua cum equitibus paucis oppressus. ipsum
potuisse effugere. Thracum Cretensiumque auxilio tradunt. Sed pudor relinquendi equites
nobilissimos gentis ab ipso nuper electos tenuit. quibus dum locum ad evadendas angustias
cogendo ipse agmen prebet. sustinens impetus hostium. prolapso equo et suo ipse casu
et onere equi super eum ruentis haud multum abfuit quin ipse exanimaretur. Septuagin
ta annos iam natus. ex diutino morbo. ex quo cum primum reficiebatur viribus. ad
modum attenuatis iacentem hostes fusi super oppresserunt. cognitumque primum a verecun
dia memoriaque meritorum haud secus quam ducem suum attollunt reficiuntque et ex
valle devia in viam portant. et vix sibimet ipsi pre inopinato gaudio cre
dentes. pars nuntios Messenem promittunt debellatum esse. philopomenem captum
adduci. primum adeo incredibilis visa res. ut non pro vano modo. sed vix pro sano
nuntius audiretur. deinde ut super alium alius idem omnes affirmantes veniebant. tandem
facta fides et priusquam appropinquare urbi satis scirent. ad spectaculum omnes simul liberi
ac servi pueri quoque cum feminis effunduntur. clauserat porta turbe. dum pro
se quisque nisi ipse oculis suis credidisset. vix pro comperta tantam rem habiturus videretur.
egre submoventes obvios intrare portam qui adducebant philopomenem po
tuerunt. atque conferta alia conferta turba iter reliquum clauserunt. ut cum pars maxime cl
ausa a spectaculo esset. theatrum repente quod vie propinquum erat compleverunt. Et ut
in conspectum ipsi adduceretur una voce omnes exposcebant. magistratus et principes ~~vitat~~ veriti
ne quem motum misericordia presentis tanti viri faceret. cum alios verecundia pristine
maiestatis collata presentis fortune. alios recordatio ingentium meritorum motura esset.
procul in conspectu eum statuerunt pretore deinde raptim ex oculis hominum abstraxerunt Dino
crate dicente esse. que pertinentia ad summam belli percunctari eum magistratus vellet. Adducto
in curiam Senatu vocato. consultari ceptum. iam invesperascebat. et non modo cetera

Sed ne in proximas quidem noctes ubi satis tuto custodiretur expediebat / obstupebant ad magnitudinem pristine eius virtutis fortuneque. Et neque ipsi domum recipere custodiendum audebant / nec cuiquam uni custodiam eius satis credebant. Admonent deinde quidam esse thesaurum publicum sub terra saxo quadrato septum / eo vinctus demittitur et saxum ingens quo operitur machina superimpositum est. Ita loco potius quam homini cuiquam credendum custodiam rati / lucem insequentem expectaverunt. POSTERO die multitudo quidem integra / memor pristinorum eius in civitatem meritorum parcendum / ac per eum remedia esse querenda presentium malorum censebant / sed factionis auctores quorum in manu res erat in secreto consultantes omnes ad necem eius consentiebant. Sed utrum maturarent an differrent ambigebant / vicit pars avidior pene. Missusque cum veneno ferret accepto poculo nichil aliud locutum ferunt quam quesisse si incolumis Lycortas

quis is alter imperator Acheorum erat / et equites evasissent / postquam incolumes esse dictum est / bene habet inquit et poculo impavide hausto aut ita multo post exspiravit. Nec diuturnum mortis gaudium auctoribus crudelitatis fuit. Victa namque Messene bello exposcentibus Acheis noxios dedit. Ossaque reddita Philopoemenis sunt et sepultus est ab universo Achaico concilio adeo universis omnibus gestis honoribus ut ne divinis quidem abstinerentur. Ab scriptoribus Latinis Grecisque tantum huic viro tribuitur ut a quibusdam eorum velut ad insigne notatum hoc anni memorie mandatum sit tres claros imperatores eo anno decessisse scilicet Philopoemenem Hannibalem P. Scipionem / adeo in eque cum duobus potentissimarum gentium summis imperatoribus posuerunt. AD Prusiam regem legatus T. Quinctius Flamininus venit / quem suspectum Romanis et receptus post fugam Antiochi Hannibal et bellum adversus Eumenem motum faciebant / ibi seu quia a Flaminino inter cetera obiectum Prusie erat / hominem omnium qui viverent infestissimum populo Romano apud eum esse / qui patrie sue primum / deinde fractis eius opibus / Antiocho regi auctor belli adversus populum Romanum fuisset / seu quia ipse Prusias gratificaretur presenti Flaminino Romanisque per se necandi aut tradendi eius in potestatem / cogitationem cepit. A primo colloquio Flaminini milites extemplo ad custodiendam domum Hannibalis missi sunt. Semper talem vite sue exitum Hannibal prospexerat animo et Romanorum inexplicabile odium in se cernens et fidei sane regum nichil confisus. Prusie vero levitatem etiam expertus erat / Flaminini quoque adventum sibi velud fatalem horruerat / ad omnia undique infesta ut iter semper aliquod preparatum fuge haberet / septem exitus e domo fecerat / ex his quosdam occultos ne custodia sepirentur. Sed grave imperium regum nichil inexploratum quod investigari velit efficit. Totius circuitum domus ita custodiis complexi sunt ut nemo inde elabi posset. Hannibal postquam nunciatum est milites regios in vestibulo esse / postico quod devium maxime atque occultissimi exitus erat / fuge conatus ut id quoque occursu militum qui ibi erant obseptum sensit et omnia circa clausa dispositis custodiis esse / venenum quod multo ante preparatum ad tales habebat casus poposcit. Liberemus inquit diuturna cura populum Romanum quando mortem senis expectare longum censet / nec magnam nec memorabilem ex inermi proditoque Flamininus victoriam feret / mores quidem populi Romani quantum mutaverit vel hic dies argumento erit / patres eorum Pirro regi hosti armato exercitum

exitus hanibalis

in ytalia habenti ut a veneno caveret predixerunt, hi legatum consularem qui auctor esset
Prusie per scelus occidendi hospitis miserunt. Execratus deinde in caput regnumque Prusie
et hospitales deos violate ab eo fidei testes invocans, poculum exhausit. hic vite exitus fuit
Hanibalis. SCIPIONEM et polibius et Rutilius hoc anno mortuum ascribunt. Ego
neque his neque valerio assentior. hisque censoribus M. porcio et L. valerio censoribus principem Se-
natus ipsum lectum invenio, cum superioribus duobus lustris affricanus fuisset, quem vivo
nisi ut ille Senatu moveretur, quam notam nemo memorie prodidit, alius
princeps in locum eius lectus non esset. Antiatem auctorem refellit tribunus plebis M. Ne-
vius adversus quem oratio inscripta P. Affricani est. hic Nevius magistratum init
tribunus plebis P. claudio et L. porcio consulibus, sed iniit tribunatum a P. claudio M. sempronio consulibus
ad quartum idus ~~Septembres~~ decembris inde tres menses ad idus marcias sunt, quibus P. claudius L. por-
cius consulatum inierunt. ita et vixisse in tribunatu Nevius videtur, diesque ei dici
ab eo potuisse, decessisse ante annum L. Valerii et M. porcii censuram. TRIUM
Clarissimorum virorum, sue cuiusque gentis, non tempore magis congruente comparabilis mors vi-
detur, quam quod nemo eorum satis dignum splendore vite exitum habuerit. Iam primum omnes non in patrio
solo mortui nec sepulti sunt. veneno assumpti hanibal et phylopomenes, exul hanibal
proditus ab hospite, captus phylopomenes in carcere et in vinculis expiravit.
Scipio etsi non exul neque dampnatus, die tamen dicta ad quam non fuerat reus absens
citatus voluntarium non sibimetipsi solum sed etiam funeri suo indixit exilium. DUM
ea in peloponesso a quibus oratio devertit geruntur, reditus in macedoniam demetrii legatorumque
alter aliorum averterat animos vulgus macedonum, quos belli ab romanis imminen-
tis metus terruerat, demetrium ut pacis auctorem cum ingenti favore conspiciebant, simul et
spe haud dubia regnum ei post mortem patris destinabant. Nam etsi minor etate quam perseus esset, hunc
tamen ~~matre~~ vel iusta matrefamilias, illum pellice ortum esse, illum ut ex vulgato corpore genitum nullam certi patris
notam habere, hunc insignem phillippi similitudinem pre se ferre; ad Romanos demetrium in
paterno solio locaturos, persei nullam apud eos gratiam esse, vulgo loquebantur. Itaque et persea cura
angebat ne parum pro se una etas valeret, cum aliis rebus omnibus superior esset. Et phillippus ipse vix
sui arbitrii foret, quem heredem regni relinqueret, credens sibi quoque graviorem esse quam vellet, filium minorem
censebat. Offendebatur interdum concursu macedonum ad eum, et alteram iam se vivo regiam esse in-
dignabatur. Et ipse iuvenis haud dubie inflatior redierat, sui nixus erga se iudiciis
senatus concessisque sibi que patri negata erant, ut omnis mentio Romanorum compta dignitatem ei apud
ceteros macedonas, tantum invidiam non apud fratrem modo, sed etiam apud patrem conciliabat, utique postquam
legati alii Romani venerunt et cogebatur decedere Thracia presidiaque deducere et alia aut ex decreto
prioris legationis aut ex nova constitutione Senatus facere. Sed omnia merens et gemens, eo magis quod filium
frequentiorem prope cum illis quam secum cernebat, obediebat tamen adversus Romanos, ne quam
movendi armorum extemplo belli, putendos etiam animos suspitione talium consiliorum ratus, in me-
diam thraciam exercitum in odrisas et dentheletos et besos duxit. phillippopolim urbem fuga
desertam oppidanorum qui proxima montium iuga cum familiis receperunt sese, cepit; campestres quoque
barbaros depopulatos agros eorum in deditionem accepit. Relicto inde ad phillippopolim presidio
quod haud multo post ab odrysis est pulsum, oppidum inde triopo construit condere. Peonie ea-

Regio est prope Erigonum flumen quod ex Yllirico per Peoniam fluens in axium cadit ~~amnem~~ amnem haud
procul Stobis vetere urbe. novam urbem Perseydam ut his filio maiori haberetur honos appellari iussit.
Hec dum in Macedonia geruntur. consules in provinciam profecti. Marcellus nuntium premisit ad L. Por-
cium proconsulem. ut ad novum Gallorum oppidum legiones admoveret. advenienti consuli Galli sese de-
diderunt. XII duo milia armatorum erant plerique arma ex agris rapta habebant. eaque egre patien-
tibus his adempta, quaeque alia aut populantes agros rapuerant aut secum attulerant. De his rebus
qui quererentur legatos Romam miserunt. introducti in Senatum a C. Valerio pretore exposuerunt se superante
a Gallia multitudine inopia coactos agri et egestate ad querendam sedem alpes transgressos. que in-
culta per solitudines viderunt, ibi sine ullius iniuria consedisse. oppidumque hedificare cepisse quod indicium
esset nec agro nec urbi ulli vim allaturos venisse. M. nuper Claudium ad se nuntium misisse bellum
/. bellum se cum iis ni dederentur gesturum. se certam etsi non speciosam pacem quam incerta belli preoptantes de-
disse. Se prius in fidem quam in potestatem p. Ro. post paucos iussos dies et urbe et agro decedere sese
tacitos abire quo terrarum possent in animo habuisse. Arma deinde sibi et postremo omnia alia
que ferrent agerentque adempta. Orare se Senatum p. q. R. ne in se innoxios deditos acerbius
quam in hostes sevirent. huic orationi Senatus ita responderi iussit. neque illos recte fecisse cum in Ytaliam
venirent. oppidumque in alieno agro nullius Romani magistratus qui ei provincie preesset permissu edificare conati
sint. Neque Senatui placere deditos placere spoliari. itaque se cum his legatos ad consulem missuros.
qui si redeant unde venerint. omnia his sua reddi iubeant. quique protinus eant transalpes
et denuntient Gallicis populis multitudinem suam domi contineant et alpes prope inexpugnabilem
finem in medio esse. non utique his melius fore quam qui eas primi pervias fecissent. legati missi
L. Furius. Q. Minutius. L. Manlius Acidinus. Galli redditis omnibus que sine cuiusquam iniuria
habebant, Ytalia excesserunt. legatis Romanis transalpini populi benigne responderunt. seniores
eorum nimiam lenitatem p. R. castigaverunt. quod eos homines qui gentis iniussu profecti occupare
agrum imperii Romani et in alieno solo hedificare oppidum conati sunt impunitos dimisissent
/ debuisse gravem temeritatis mercedem statui. quod vero etiam sua reddiderit vereri ne tanta indulgentia
plures ad talia audenda impellantur. et exceperunt et prosecuti cum donis legatos sunt. M. Claudius
consul ex provincia Gallis exactis, Histricum bellum moliri cepit. litteris ad Senatum missis ut
sibi in Hystriam traducere legiones liceret. id Senatui placuit. illud agitabat ut Colonia de-
duceretur. Nec satis constabat utrum Latinam an civium Romanorum deduci placeret. postremo Latinam po-
tius Coloniam deducendam patres censuerunt. Triumviri creati sunt P. Scipio Nassica. C. Flaminius
L. Manlius Acidinus. Eodem anno ~~[struck through]~~ Mutinam et parmam Colonie Romanorum civium sunt deducte. bina
milia hominum in agro qui proxime Boiorum ante Tuscorum fuerat. octona iugera Parme et quina
acceperunt Mutine. deduxerunt triumviri M. Emilius Lepidus. T. Ebutius Carus. L. Quintius Crispinus.
et Saturnia Colonia civium Romanorum in agrum Calctranum est deducta. deduxerunt triumviri
Q. Fabius Labeo. Carfanius Stello. T. Sempronius uige in singulos data dena. EODEM anno A.
Terentius proconsul haud procul flumine Hybero in agro Ausetano et prelia secunda cum Celtiberis fecit
et oppida que ibi communita erant aliquot expugnavit. Citerior Hyspania in pace fuit eo anno
quia et P. Sempronius diutino morbo est implicitus. et nullo lacessente peroppertune quieverunt
Lusitani. nec in Liguribus memorabile quicquam Q. Fabio consule gestum. Marcellus ex Hyst-
ria revocatus exercitu dimisso Romam comitiorum causa rediit. Creavit Consules CN. Bebium Tap-
hylum et L. Emilium Paulum. cum M. Emilio Lepido. hic edilis curulis fuerat. a quo.

/ iugera

/ permissu

Consule fuerat Q. Annius cãt/cũ . is ipse lepidus post duas repulsas ɔsul
factus eẽt Pretores inde facti . Q. fuluius flaccus . M. valerius leuinus . p. emi
lius . lep. M. Ogolnius . gallus . l. Celius clenter . C. Terencius ystra . SV
PPLICACIO Extremo anno fuit prodigiorũ cã/ q sanguinẽ p biduũ
pluisse in area concordie sat̃ cedebant/ nunciatũq3 erat haud procul Sicilia insulã
que nõ ante fuerat nouã . editã . e mari ẽẽ/ hannibalẽ h̃. anno Ancias valerius de
cessisse . ẽ auctor/ legatis ad eã rem ad prusiã missis . pter . T. Quinciũ flaminiũ
Cuius in ea re celebre ẽ . nomẽ/ Scipione Asiatico . p. Scipione Nassica . //
Titi liuii de bello macedonico liber octauus explicit Eiusdem lib. nonus feliciter
incipit .

Incipit . x . Liber

PRINCIPIO IN SEQVENTIS anni ɔsules pretoresq3
sortiti prouincias . sunt/ consulibz nulla pter ligures q̃ decne
retur erat/ iurisdictio vrbana . Ogulnio Gallo iter peregrinos . M.
valerio . euenit hyspaniarũ . Q. fuluio flacco citerior p. Manlio vlterior . l.
Cecilio denteri Sicilia . C. Terencio . hystrõ Sardinia/ delectus hẽre consules iussi .
Q. fabius ex liguribz scripserat/ apuanos ad rebellionẽ spectare/ periculũq3 ẽẽ ne im
petũ i agrũ pisanũ . facerent/ et ex hyspanis citeriorẽ i armis ẽẽ . et cũ Celtiberis
bellari sciebant i vlteriore/ quia diu eger pretor eẽt/ luxuria et ocio solutã disciplinã
militarẽ ẽẽ/ ob ea nonos exercitus conscribi placuit/ Quatuor legiones in ligures/ vti
singule quinia milia et ducentos pedites . trecentos hẽrent/ equites sociorũ iisdem latini
nõis . xv . milia peditũ . addita/ et octingenti equites/ hi ii duo ɔsulares exercitus ẽent/
scribere . pterea . iussi Septem milia peditũ sociorũ ac latini nõis/ ꝛ quadringentos equites
ꝛ mittẽ ad . M. Marcellũ in galliã/ cui ex senatus consulto prorogatũ imperiũ erat/ i hyspa
niã vtrãq3 que ducerent mor milia peditũ Ciuiũ Romanorũ/ et ducẽtos equites et
sociorũ Septẽ milia peditũ cũ trecentis equitibz scribi iussa/ ꝛ Q. fabio . labeoni cũ ex
ercitu . quẽ hẽbat in liguribz/ prorogatũ i annũ imperiũ ẽ/ Ver procellosũ eo anno fuit pridie
palilia a media ferme die atrox cũ vento tempestas coorta . multis sacris pphanisq3 locis
strage . insigna enea in capitolio deiecit/ forem ex ede lune q̃ est . Auentino ɔcepta tulit
et in Cereris posticis parietibz affixit/ Signa alia in circo maxĩo/ cũ columnis qbz supstabant
euertit/ fastigia aliquot templorũ/ a culminibz abrupta fede . dissipauit/ itaq3 in i pdigiũ
versa ea tempestas ẽ/ procurariq3 aruspices iusserũt/ simul procuratũ ẽ q tripedẽ mulũ
Reate natũ nunciatũ erat/ et a formiis edem Apolinis ꝛ Caiete de celo tactam
/. ob ea . prodigia xxti hostiis maioribz/ sacrificatũ/ et diem vnũ supplicacio fuit/ Per
eosdem . dies/ ex lris Terencii propretoris cognitum/ P. Semproniũ i vlteriore hys
pania cũ plus anni eger fuisset/ mortuũ ẽẽ/ eo maturius i hyspaniã iussi profi
cisci/ legationes . deinde trãsmarine inducte sunt/ Prima Eumenis ꝛ pharna
cis regum/ ꝛ rhodiorũ/ querentiũ de sinopensiũ clade/ philippi . quoq3 legati . a
cheorũ et lacedemoniorũ . sub idem tempus venerũt/ hiis prius marcio audito
qui ad res grecie Macedonieq3 visitandas missus erat/ Responsa . data sunt
Asie regibz/ ac rhodiis visum ẽ/ legatos ad eas res visendas/ Senatũ missurum/

DE Philippo etiam acceperat Marcius nam et ita fecisse que Senatui pla
cuissent fatebatur, ut facile appareret non diutius quam necesse esset facturum, neque obscurum
erat rebellaturum, omniaque que tunc ageret diceretque eo spectare, Iam primum fere omnem
multitudinem civium ex maritimis Civitatibus cum familiis suis in Emathiam
que nunc dicitur, quondam appellata Peonia traduxit, Thracibusque et aliis barb
aris urbes tradidit habitandas, fidiora hec genera hominum fore ratus in romano bello,
ingentem ea res fremitum in tota macedonia fecit, Relinquentesque suos cum coniugibus
et liberis pauci tacitum dolorem continebant execrationesque in agminibus proficiscentium in
regem vincente odio metum exaudiebantur. HUIUS ferox animus omnes
homines, omnia loca temporaque suspecta habebat, postremo negare propalam cepit satis
tutum sibi quicquam esse, nisi liberos eorum quos interfecisset comprehensos in custodia haberet, et
tempore alium alio tolleret, eam crudelitatem fedam per se fediorem unius domus
clades fecit, herodicum principem thessalorum multis ante annis occiderat
generos quoque postea interfecit, in viduitate relicte filie singulos filios parvulos
theoxena et archo nomina mulieribus erant, Theoxena multis petentibus aspernata
est nuptias, Archo Poridi cuidem longe principi gentis nupsit, et apud eum plures enixa
partus, parvulis admodum relictis omnibus decessit, Theoxena ut in suis manibus
sororis liberi educarentur Poridi nupsit, et tamquam omnes ipsa enixa foret sororisque
eet in eadem habebant cura, Postquam regis edictum de comprehendendis liberis eorum
qui interfecti essent accepit, ludibrio futuros non regis modo sed custodum etiam libidini
rata, ad rem atrocem animum adiecit, ausaque est dicere se sua manu potius omnes interfecturam
quam in potestatem philippi venirent, Poris abhominatus mentionem tam fedi facinoris
Athenas deportaturum eos ad fidos hospites dixit, comitemque ipsum fuge futurum esse
professus est, et Thessalonica Eniam ad statutum sacrificium quod Enee conditori maxima
cerimonia quotannis faciunt, Ibi die per sollempnes epulas consumpto, navem preparatam
a Poride sopitis omnibus de tertia vigilia conscendunt, tamquam redditure in thessaloni
cam, sed traicere in Euboeam erat propositum, Ceterum in adversum ventum nequicquam eos
tendentes prope terram lux oppressit, et regii qui preerant custodie portus lembum
armatum ad eam pertrahendam navem miserunt cum gravi edicto ne reverterentur
sine ea, Cum iam appropinquabant, Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat
interdum manus ad celum tendens opem ut ferrent orabat, ferox interim femina
ad multo ante precogitatum revoluta facinus, venenum diluit ferrumque promit
et posito in conspectu poculo strictisque gladiis, mors inquit una vindicta est
vie ad mortem hee sunt qua quemque animus fert, Effugite superbiam regiam Agite
iuvenes mei primum qui maiores estis, Capite ferrum, aut haurite poculum si segnior
mors iuvat, et hostes aderant, et auctor mortis instabat Alii alio leto absump
ti semianimes e nave precipitantur, Ipsa deinde virum comitem mortis complexa
in mare sese deiecit, Nave vacua domino, regii potiti sunt, Huius

atrocitas facinoris nouum velut flamen regis inuidie adiecit ut vulgo ip-
sum liberosque exsecrarentur que dire breui ab omnibus diis exaudite ut
se viret ipse in suum sanguinem effecerunt/ **Perseus** enim
cum in dies magis cerneret fauorem et dignitatem demetrii fratris/
apud macedonum multitudinem crescere/et gratiam apud romanos/sibi
nullam spem regni esse nisi in scelere ratus/ad id unum omnes cogitatio-
nes intendit/ Ceterum cum se ne ad id quidem quod muliebri cogitabat
animo per se satis validum crederet/singulos amicorum patris tenta-
re sermonibus perplexis instituit/ et primo quidem ex hiis aspernantium
tale quidam prebuerat quia plus in demetrio spei ponebat/ Deinde cres-
cente in dies philippi odio in romanos cui perseus indulgeret demetri-
us summa ope aduersaretur/prospicientes animo exitum/incautique ad
iuuandum quod futurum erat rati/fouendamque spem potentioris/perseo
se adiungunt/Ceterum in suum quodque tempus differunt/in presentia
placet omni ope in romanos accendi regem/impellique ad consilia bel-
li/ad que iam sua sponte inclinassent simul ut demetrius in dies
suspectior esset ex composito sermones ad spem romanorum trahe-
bant/ Ubi cum alii mores instituta eorum/alii res gestas alii speciem
ipsius urbis/nondum exornate neque publicas neque priuatis loca/alii
in singulos principum eludebant/ iuuenis incautus et amore nomi-
nis romani/et certamine aduersus fratrem omnia tuendo/suspectum se
patri et oportunum criminibus faciebat/Itaque expertem eum pater
omnium de rebus romanis consiliorum habebat/totusque in perseum uersus
cum eo cogitationes eius rei/dies ac noctes agitabat/ redierunt quos
forte miserat in besternas ad accersenda auxilia adduxerantque no-
biles ex inde iuuenes et regii quondam generis quorum unus sororem suam
in matrimonium philippi filio pollicebatur/erexeratque consociatio gen-
tis eius animum regis/tum perseus quid prosunt ista inquit/neque
quam tantum in externis auxiliis est presidii quantum periculi fraude dome-
stica proditorem nolo dicere speculatorem/ Cuius ex quo obses rome
fuit corpus nobis reddiderunt romani/ipsi animum habent/Omni-
um pene macedonum in eum conuersa ora sunt/nec regem alium
se habituros esse quam quem crederent/ His a per se egra mens senis sti-
mulabatur et animo magis quam vultu ea crimina accipiebat/

Forte lustrandi exercitus tempus aduenit/cuius solemne est tale dex-
tera posterior ad leuam vie ponitur/inter hanc diuisam hostiam copie
armate traducuntur/primo preferuntur agmini arma insignia
omnium ab ultima origine macedonie regum Deinde rex ipse cum

i. flammam

Emulacio persei in demetrium

Suspectus fit philippo pro demetrius

mos exercitus lustrandi

lustratio sequitur/ prima e regia cohors custodes corporis/ postremum agmen
macedonum cetera multitudo claudit/ latera regis duo filii iuvenes cin-
gebant/ perseus iam tricesimum annum agens/ demetrius quinquennio
minor/ medie iuventutis robore/ ille hic flore/ fortunati patris matura
soboles si mens sana erat/ lustrationis sacro peracto decurrere exercitum
in divisas bifariam/ duas acies concurrere ad simulachrum pugne regii
duces iuvenes ei ludicro certamini dati/ Ceterum non ymago fuit pugne
sed tamquam de regno subsidiis facta/ nec preter ferrum quicquam defuit/ ad instar belli
speciem/ pars ea que sub demetrio erat/ longe superior fuit/ id egre patien-
te perseo/ letari prudentes amici eius/ eamque rem dicere ipsam prebitu-
ram causam criminandi iuvenis/ Convivium eo die sodalium qui simul
decurrerant uterque habuit/ Cum vocatus ad cenam ab demetrio per-
seus negasset/ festo die invitatio benigna et iuvenilis utrosque in vinum
traxit/ commemoratio certaminis ludicri et iocosa dicta in adversarios
ita ut ne ipsis quidem ducibus abstineretur iactabantur/ ad has excipi-
endas voces speculator ex convivis persei missus/ cum incautior ad-
versaretur exceptus a iuvenibus forte triclinio egressis/ male mulca-
tatur/ Huius rei ignarus demetrius quin comessatum inquit ad fra-
trem imus/ et iram eius si qua ex certamine residet simplicitate et
hylaritate nostra lenimus/ omnes ire se conclamaverunt preter eos qui
ab se pulsati/ presentem ultionem metuebant/ Cum eos demetrius quoque
traheret ferrum veste abdiderunt/ quo se tutari si qua vis fieret posset
nichil occultum esse in intestina discordia potest/ utraque domus specula-
torum et proditorum plena erat/ precurrit index ad perseum ferro succinctos
nuncians cum demetrio quatuor adolescentes venire/ et sic causa appa-
rebat/ Nam ab hiis pulsatum convivam/ fenestris comessatores tamquam
ad sedem suam venientes/ aditu ianue arcet/ demetrius per vim inquit ad
excluderetur/ paulisper vociferatus in convivium redit/ totius rei ignarus

Postero die perseus quod primum conveniendi patris fuit/ re-
giam ingressus/ perturbato vultu in conspectu patris/ tacitus procul con-
stitit/ cum quoniam pater satin salve/ et que nam ea mestitia esset interro-
garet eum de ludicro/ tibi inquit vivere me scito/ iam non occultis a fra-
tre petimur insidiis nocte cum armatis domum ad interficiendum me ve-
nit/ clausisque foribus/ parietum presidio me a furore eius sum tutatus
cum pavorem mixtum admiratione patri iniecisset/ atque si aures prebe-
re potes inquit/ manifestam rem tenens faciam/ Enimvero si philip-
pus dicere auditurum/ vocarique extemplo demetrium dixit et seniores
duos amicos expertes/ inter fratres certaminum infrequentis iam
in regia lysimachum et onomastum arcessit/ quos in consilio haberet

triclinio
verberatum persei conviva ab sodalibus demetrii insistentibus

speculatores

i. perseus audierat/ in famam de rei totam ianuam obserari iubet ex parte superiori edium versus que in viam

ordit perseus insidias apud patrem in demetrium

satin .i. satis ne/ credo quod hic mult

dum venirent amicis solus filiis per l[illegible] stante/ multa secum animo volu
tans inambulavit/ postquam venisse eos nuntiatum est/ secessit in partem in
teriorem cum duobus amicis totidem custodibus corporis/ filiis ut ternos
inermes secum introducerent permisit ibi cum consedisset/

Sedeo inquit miserrimus pater iudex inter duos filios/ accusa
torem parricidii et reum/ aut conficti aut admissi criminis labem apud
meos inventurus/ iam pridem quidem hanc procellam imminentem
timebam cum vultus inter vos minime fraternos cernerem/ cum vo
ces quasdam exaudirem/ Sed interdum spes animum subibat deflagrare
iras vestras/ purgari suspitiones posse/ etiam hostes armis positis foedus
icisse/ et privatas multorum simultates finitas/ subiturum vobis aliquando
germanitatis memoriam/ puerilis quondam simplicitatis consuetudi
nisque inter vos/ meorum denique preceptorum que vereor ne vana surdis
auribus cecinerim/ quotiens ego audientibus vobis detestatus exem
pla discordiarum fraternarum/ horrendos eorum eventus retuli/ quibus
stirpem suam domos regna funditus evertissent/ meliora quoque exem
pla parte altera posui/ Sociabilem consortionem inter binos Lacedemonio
rum reges salutarem per multa secula ipsis patrie que/ eandem civitatem
postquam mos sibi cuique rapiendi tirannidem exortus sit eversam/ Ia
m hos Eumenem Attalum que fratres/ a quam exiguis rebus/ prope ut pu
deret regii nominis/ mihi Antiocho et cuilibet regum huius etatis/ nulla
re magis quam fraterna unanimitate regnum equasse/ ne Romanis quidem ex
emplis abstinui/ que aut visa aut audita habeam et T. Quintium qui
mecum bellum gesserunt/ P. et L. Scipionum qui Anthiochum device
runt/ patris patruique eorum/ quorum perpetua vite concordia/ mors quo
que miscuit/ Neque vos illorum simile que scelus sceleri que potuit/ Neque eo
rum bona mens bona fortuna ad sanitatem flectere/ vivo et spirante me
hereditatem meam ambo et spe et cupiditate improba petitis/ eousque me
vivere vultis/ donec alterius vestrum superstes haud ambiguum alterum re
gem mea morte faciam/ nec fratrem nec patrem potestis pati/ nihil sancti nominis/ in
vice regni omnibus insatiabilis amor successit/ agite conscelerate aures pa
ternas decernite criminibus/ mox ferro decreturi/ dicite palam quid
veri potestis/ aut comminisci libet/ reserate aures/ que post hec secretis al
terius ab altero criminibus claudentur/ Hec furens ita cum dixis
set lacrime oborte omnibus et diu mestum silentium tenuit/

Tum Perseus/ aperienda nimirum nocte ianua prebendumque ferro iu
gulum fuit/ et armati comessatores accipiendi/ prebendum que ferro iugu
lum/ quoniam non creditur nisi perpetratum facinus penitus insidiis au
dio que latro et insidiator/ nomine quidem isti unum Demetrium filium te

locus [illegible] audiendi a philippo filiis et pater utrosque castigat

proverbium surdo narrare fabulam

grecie exempla

persei subdola de fratre accusatio

habere / me subditum ex pellice genitum appellat / Nam si gladium in societate
filii apud te haberem non in me querente deprehensas insidias / sed
in eum qui fecisset sevires / nec adeo vilis tibi vita esset nostra / ut nec
preterito periculo meo / moveris neque futuro insidiantibus im
pune / Itaque si mori tacitum oportet taceamus / precati tamen deos ut a me
ceptum scelus / finem habeat / nec in meum latus tu petaris / Sin autem quod

circumvenientibus in solitudine ipsa natura subicit / ut hominum quos numquam
viderint / fidem tamen implorent / mihi quoque ferrum in me stringenti vo
cem mittere liceat / per te patrium / quod nomen quod utrique nostrum
sanctius sit / Sentis iam pridem / ita me audias precor tamquam si voce
et ploratione nocturna / excitus / mihi querenti intervenisses de
metrium cum armatis / nocte intempesta / vestibulo meo deprehendisse / quod quom
vociferaret in re presenti pavidus / hoc nunc postero die queror / Frater non comessa
cum sumus iam diu vivimus / regnare inter nos utique vis / huic spei tue obstat
vetustius / macedonie mos / obstat etiam vero patris iudicium / hoc transcendere non
per meum sanguinem non potes / omnia molitur et temptas / adhuc seu cura mea
seu fortuna restitit / parricidio tuo / hesterna die lustratione et decursu et si
mulacro ludicro pugne / funestum prope prelium fecisti / nec me aliud a mor
te vindicavit quam quod me ac meos vinci passus sum / Ab hostili prelio fraterno
tamquam lusu / pertrahere me ad cenam voluisti / credis me pater inter convivas
inermes cenaturum fuisse / ad quem armati comessatum venerunt / credis ni
hil a gladiis periculi nocte fuisse / quem sudibus te inspectante prope occidisse
Quid hoc noctis / quid ut inimicus ad iratum / quid cum ferro succinctis iuveni
ibus venis / convivio tibi me committere ausus non sum / comessatorem te cum
armatis recipiam / si aperta ianua fuisset / funus meum parares. Hec tibi pater
quo querente audis nihil ego tamquam accusator crimine nec dubia argumenta col
ligendo ago / Quid enim negat venisse se cum multitudine ad ianuam meam
aut ferro succinctos secum fuisse / quos nominavero accersi possunt quidem omnia
audere / qui hec ausi sunt / non tamen audebunt negare / Sed deprehensos intra
limen meum cum ferro si ad te deducerem / re pro manifesto haberes / fatentes
pro deprehensis habe / execrare nunc cupiditatem regni / et furias fraternas eo
gita / Sed ne sint ceteri pater execrationes tue / discerne dispice insidiato
rem et petitum insidiis / noxium huic esse caput qui occisurus fratrem fuit
habeat etiam iratos paternos deos / qui periturus fraterno scelere fuit per
fugium in patria misericordia et iustitia habeat / quo enim alio confugiat
cui non sollempne lustrale exercitus tui / non decursus militum / non domus
non epule non nox ad quietem data nature beneficio mortalibus tuta
est. Si iero ad fratrem invitatus / moriendum est. Si recepero intra ianuam
comessatum fratrem / moriendum est / nec eundo nec manendo / insidias

Suspectum reddit Demetrium Romanorum gratia.

cuius / quo me conferam. Nihil preter deos pater / et te colui. non romanos
habeo ad quos confugiam / perisse expetunt / quia tuis iniurijs doleo / quia
tibi ademptas / tot urbes tot gentes / modo thracie maritimam oram / indi
gnor / nec me nec te incolumem macedonia sua futura sperant / Si si me frater
scelus / te senectus absumpserit / aut ne ea quidem expectata fuerit / regem regnumque
macedonie sua futura sciunt / Si quid extra macedoniam / tibi romani reliquissent
mihi quoque id relictum crederem receptaculum / At in macedonibus satis presidij est.
/ vidisti hesterno die impetum in me militum / quid illis defuit nisi ferrum / quod illi
noctu absumpserunt / quid de magna parte principum loquar qui in romanis spe
omnem dignitatis et fortune posuerunt / et in eo qui omnia apud romanos potest
neque hercule istum mihi tantum fratri maiori / sed prope est ut tibi ipsi quoque regi et
patri preferant. iste enim est cuius beneficio penam tibi senatus remisit / qui
nunc te ab armis romanis protegit qui tuam senectam obligatam et obnoxiam ado
lescentie sue / esse equum censet / pro isto romani stant / pro isto omnes urbes tuo impe
rio liberate / pro isto macedones / qui pace romana gaudebant / mihi preter te pa
ter quid usquam aut spei aut presidij est / quo spectare illas litteras ad se missas
T. Quintij credis / quibus et bene te consuluisse rebus tuis ait / quod deme
trium romam miseris / et hortatur ut iterum et cum pluribus legatis et primo
ribus quoque macedonum remittas eum / T. Quintius nunc est auctor omnium
isti et magister / eum sibi abdicato patre in locum tuum substituit / Illic ante
omnia / clandestina concocta sunt consilia / que rerum adiutores consilia
cum te pluros et principes macedonum cum isto mittere iubet. qui hinc
integri et sinceri romam eunt / philippum regem se habere credentes / imbuti
illinc et infecti romanis delinimentis redeunt / demetrius his unus
omnia est / eum iam regem patre vivo appellant. Hec si indignor audiendum
est statim non ab alijs solum / sed etiam a te patre cupiditatis regni crimine / Ego
vero si in medio positus non agnosco. quem enim suo loco moveo / ut ipse in
eius locum succedam / unus ante me pater est et ut diu sit deos rogo superstes.
et ita sim / si merebor / ut ipse me esse velit hereditatem regni / si paterna
det accipiam / cupit regnum et quidem scelerate cupit / qui transcendere festinat
ordinem etatis nature. Moris macedonum iurisgentium obstat / frater maior
ad quem iure / voluntate etiam patris regnum pertinet tollatur / Non primum regnum
fraterna cede potior / pater senex et filio solus orbatus / et magis timebit ne
ita statum quam ut filij necem paratur / Romani letabuntur probabunt defendent
factum / Hec sunt spes incerto pater. sed non inanes sunt / ita enim se res habet / pe
riculum vite propellere a me potes / puniendo eos qui ad me interficiendum
ferrum sumpserunt / si facinori eorum successerit / mortem meam idem tu ipse
qui non poteris. postquam dicendi finem perseus fecit / coniecti eorum qui aderant
oculi in demetrium sunt / velut confestim responsurus esset. deinde silen
cium fuit / cum perfusum fletu / appareret omnibus loqui non posse. tandem vicit

Responsio demetrij in calumniam persej

dolorem ipsa necessitas cum dicere iuberet atque ita orsus est/ Omnia que reo-
rum ante fuerunt auxilia pater/ preoccupavit accusator/ simulatisque lacrimis in
alterius lacrimas perniciem/ veras meas suspectas tibi fecit/ quoniam ipse/ ex quo
ab roma redij/ preocculta cum suis colloquens/ dies noctesque insidietur ultro mihi
non insidiatoris modo sed latronis manifesti/ et percussoris speciem induit/ pe-
riculo suo te exterret/ ut innoxio fratri per eundem te maturet perniciem/ perfugium
sibi tuisque gentium esse ait/ ut ego ne apud te quidem spei quicquam reliquum
habeam/ circumventum solum inopem invidia gratie externe/ que obest potius
quam prodest onerare/ Iam illud quam accusatorie quod noctis huius crimen miscuit
cum cetera insultatione vite mee/ et ut hoc quod iam quale sit scias/ suspec-
tum alio vite nostre tenore faceret/ et illam vanam criminationem spei voluntatis
consiliorum nocturno hoc ficto et composito argumento fulciret/ simul et illud quesivit
ut repentina minime preparata accusatio videretur/ quippe ex noctis huius metu et
tumultu eius repentino exorta/ Oportuit autem Perseu/ si proditor ego patris inieram
consilia/ non expectatam fabulam esse noctis huius/ sed proditionis me accusatum/ si illa
criminosa vana accusatio erat invidiaque tuam adversus me magisque crimen meum
indicatura/ hodie quoque iam aut pretermitti aut in aliud tempus differre ut per se quere-
rer/ utrum ego tibi an tu mihi novo quidem et singulari genere odij insidias fecissem
ego tamen quantum in hac subita perturbatione potero separabo ea que tu confudisti et
noctis huius insidias aut tuas aut meas detegam/ occidendi sui consilium cepisse
me videri vult/ ut scilicet maiore fratre sublato/ cuius iure gentium more macedonum tuo et
iudicio ut ait/ regnum est futurum/ ego minor in eius quem occidissem succederem
locum/ Quid ergo sibi vult pars altera orationis/ qua romanos a me cultos ait/ atque fiducia
eorum in spem regni me venisse. Nam et si in romanis tantum momenti esse credebam ut que
vellet imponeret macedonie regem/ et me apud eos tantum gratie habere confidebam/ quid opus
parricidio fuit/ an ut cruentum diadema fraterna cede gererem/ ut illis ipsis apud
quos aut vera aut certe simulata probitate partam gratiam habeo/ si quam forte
habeo execrabilis et invisus essem/ nisi T. Quinctium credis/ cuius virtute et consilijs
mea nunc arguis regi/ cum et ipse tali pietate vivat cum fratre/ mihi fraterne cedis fuisse
auctorem/ Idem non romanorum gratiam solum sed macedonum iudicia ac deorum pene omnium
consensum collegit/ per que omnia mihi parem in certamine futurum non crediderat/
ideo perinde tamquam in alijs rebus omnibus inferior essem/ ad sceleris ultimam spem me confu-
gisse insimulas/ vis hanc formulam cognitionis esse/ ut uter timuerit ne alter videretur
regno dignior/ is consilium fratris opprimendi iudicetur consilium cepisse/ exequamur
tamen quocumque modo conficti ordinem/ pluribus modis se petitum criminatus est/ et omnes insi-
diarum vias in unum diem contulit/ Volui interdiu/ cum post lustrationem concur-
rimus/ et quidem si dijs placet iusto rationum die occidere/ volui cum ad cenam
invitarem veneno scilicet tollere/ volui cum comessatum gladijs cincti me secuti
sunt ferro interficere/ Tempora quidem qualia sint ad parricidium electa vides

usus comitiis / comessationis quidem dies qualis est lustratus exercitus quo inter divisam victi
mam / prelatis omnium que numquam fuere macedonie regum / armis regis duo solito more gestis
latera pueri prevecti sumus et scutatum est macedonum agmen. Hoc ego etiam si quid
antea admisissem piaculo dignum / lustratus expiatusque sacrificium cum maxime in hostiam in
tuens nostro cruciatum mittens / parricidium venena gladios in comessatione preparata
tuis volutabam in animo ut quibus aliis deinde sacris contaminatam omni scelere gentem ex
piarem / sed tecum criminandi cupiditate animus dum omnia suspecta efficere vult aliud alio
confundit. Nam si veneno te inter cenam tollere volui / quid minus actum fuit quam pertina
ciam et iracundie iratum te efficere / ut merito sicut fecisti invitatus ad cenam abnue
res. Cum autem iratus negasses / utrum te ut placarem danda opera fuit ut aliam quererem
occasionem / quoniam semel venenum paraveram / ab illo consilio velut transiliendum
ad aliud fuit / ut ferro te quidem in eo / per speciem comessationem occiderem / quo . Deinde
modo si te metu mortis credebam cenam vitasse meam / non ab eodem metu co
messationem quoque esse vitaturum existimabam / nonne est res / qua erubescam pater
si die festo inter equales largior vino sum usus / tu quoque velim inquiras qua leti
tia quo risu apud me celebratum hesternum convivium sit. Ille etiam pravo forsi
tam gaudio provehente / quod in iuvenili armorum certamine pars mea non inferior erat.
Miseria hec et metus crapulam facile excusserunt / que si non intervenissent / me
diatores / nos sopiti iaceremus / si domum tuam expugnaturus / capta domo dominum
interfecturus eram / non temperassem vinum in unum diem / non milites abstinuissem
meos / Et ne ego me solus nimia simplicitate tenear / ipse quoque minime malus
ac suspicax frater nihil aliud scio inquit neque arguo / nisi quod cum ferro comessatum venerit
querat / unde id ipsum sciam necesse erit / aut speculatorum tuorum plenam domum fuisse
meam / aut illos ita aperte sumpsisse ferrum / ut omnes viderent / et ne ipse quidem aut
prius inquisisse / aut curiose argumentari videretur / te querere ex hiis quos nominasset
iubebat / an ferrum habuissent / ut tamquam in re dubia / cum id quereres quod ipsi fa
tentur pro victis haberentur / quin tu inquit queri iubes / num tui occidendi causa
ferrum sumpserint / num me auctore et sciente / hoc enim videri vis non illud
quod fatentur / et palam est et sui se causa sumpsisse dicunt / recte an perperam
fecerint / ipsi suas rationes reddent / meam causam que nihil hoc facto contingit
ne miscueris. At explica utrum aperte aut clam / aut te aggressuri fuerimus.
Si aperte cur non omnes ferrum habuimus / Cur nemo preter eos qui tuum
speculatorem pulsaverunt / si clam quis ordo consilii fuit / convivio soluto / cum
comessator ego discessissem / quatuor substitissent / ut soppitum te aggrederen
tur / quo fefellissent et alieni et mei / et maxime suspecti / quia paulo ante
rixa fuerant / Quo autem trucidato te / ipsi evasuri fuerint / quatuor gladiis
domus tua capi et expugnari potuerit. Quin tu omissa ista nocturna
fabula / ad id quod doles quod invidia urit revertens / Cur usquam tui regni men
tio fuit demetri / Cur dignior patris fortune successor / quibusdam videris quam

ego. Cur spem meam que si tu non eras certa, dubia et sollicita facis. hec sentit
frater, et si non dicat. Hec istum inimicum, hec accusatorem fecerunt, hec domum hec
regnum tuum criminibus et suspicionibus replet. Ego autem pater quemadmodum nec nunc
sperare regnum, nec ambigere de eo umquam forsitan debeam, quia minor sum, quia tu me ma-
iori cedere vis; sic illud nec debui facere nec debeo, ut indignus te patre, indignus
omnibus videar. id enim vitiis meis non cedendo, cui ius fasque est, modestia consequar.

De amicitia Romanorum obiecta [illegible]

Romanos obiicis mihi, et ea que glorie esse debent, in crimen vertis. Ego nec obsidem
Romanis ut traderer, nec ut legatus a te petitus mitterer, non recusavi. utroque tempore
me ita gessi, ne tibi pudori, ne regno tuo, ne genti Macedonum essem. Itaque mihi
cum Romanis pater causa amicicie tu fuisti. quoad tecum illis pax manebit, meum quoque gratia
si bellum esse ceperit, qui obses, qui legatus pro patre non inutilis fui, idem hostis il-
lis acerrimus ero. nec hodie ut prosit mihi Romanorum gratia postulo, nec obsit, nec ad
bellum reservatum, pacis pignus fui, ad pacem retinendam legatus missus sum. neu-
tra res mihi nec glorie nec crimini sit. Ego si quod scelestum in fratrem admisi, nullam
deprecor penam, si innocens sum, ne invidia conflagrem, cum crimine non possim, de-
precor. non hodie me primum frater accusavit, sed hodie primum aperte, nullo meo in se
merito. si mihi pater succenseret, te maiorem fratrem pro minore deprecari oportebat,
tibi exitium est. Ex convivio et comessatione prope semisomnis raptus sum ad causam
parricidii dicendam, sine advocatis, sine patronis ipse pro me dicere cogor. si pro
alio dicendum essem, tempus ad meditandum et ad componendum orationem sumpsissem. Cum
quid aliud quam ingenii fama periclitaretur. ignarus quid accersitus essem, te iratum
et iubentem dicere causam, fratrem accusantem audivi. Ille diu ante preparata
meditataque in me oratione usus est. Ego id tantum temporis quo accusatus sum, ad cognos-
cendum quid ageretur habui. utrum illo momento accusatorem audirem, an de-
fensionem meditarer, attonitus repentino atque inopinato malo, vix quid obiceretur
intelligere potui, nedum satis sciam quomodo me tuear. quid mihi spei esset, nisi patrem
iudicem habere, apud quem etiam si a fratre caritate vincor, misericordia certe rei
vinci non debeo. Ego enim ut me mihi tibique serves precor, ille me ut
in securitatem suam occidas postulat. Quid eum cum ei regnum tradideris facturum

Audistis filii quid dixerint

esse in me credis, qui iam nunc sanguinem meum eo sibi indulgere equum censet. hec dicenti
hec lacrime simul spiritum et vocem intercluserunt. Philippus summotis his paulisper
collocutus cum amicis, pronunciavit non verbis se, nec unius hore disceptatione
causam eorum diiudicaturum, sed inquirendo utriusque vitam mores facta dictaque in ma-
gnis parvisque rebus observando, ut omnibus appareret noctis prioris crimen facile
revictum, suspectum nimium cum Romanis gratiam Demetrii esse. Hec vivo Philip-
po velut semina iacta sunt Macedonici belli, quod maxime cum Perseo geren-
dum erat.

Res in liguribus geste

CONSULES ambo in Ligures, que tum una consula-
ris fuit provincia, proficiscuntur, et quia prospere ibi res gesserunt, supplicatio in
unum diem decreta est. Ligurum duo milia fere ad extremum finem provincie

Gallie, ubi castra Marcellus habebat, venerunt. Uti reciperentur oratos Mar-
cellus operiri eodem loco Liguribus iussis, senatum per litteras consuluit. Senatus scribere
M. Ogulnium pretorem Marcello iussit, verius fuisse consules quorum esset, quam se, tu-
eri: non placere, si per dedicionem Ligures recipi, et receptis arma adimi, atque eos
ad consulem mitti, senatum equum censere. PRETORES eo anno P. Man-
lius in ulteriorem Hispaniam, quam et priore pretura provinciam obtinuerat, Q.
Fulvius Flaccus in citeriorem pervenit, exercitumque a Terentio accepit. Nam ul-
terior morte P. Sempronii proconsulis sine imperio fuerat. Fulvium Flaccum
oppidum hispanum Urbicuam nomine oppugnantem Celtiberi adorti sunt. Dura ibi
prelia aliquot facta. Multi milites Romani et vulnerati et interfecti sunt.
Vicit perseverantia Fulvius, quod nulla vi abstrahi ab obsidione potuit. Cel-
tiberi fessi variis preliis abcesserunt. Urbs amoto auxilio intra pau-
cos dies capta, et direpta est. Predam militibus pretor concessit. Fulvius hoc
loco capto, P. Manlius exercitu tantum in unum coacto, qui dissipatus fuerat,
nulla alia memorabili gesta re exercitus in hiberna deduxerunt. Hec
ea estate in Hispania gesta. Terentius, qui ex ea provincia decesserat, ova(n)s
urbem iniit. Translatum argenti pondo novem milia XX, auri LXXX pondo, et co-
rone due auree LXVII. EODEM anno inter populum Carthagine-
sem et regem Masinissam in re presenti disceptatores Romani de agro fuerunt.
Ceperat eum ab Carthaginiensibus pater Masinisse Gala. Gala Syphar
inde expulerat. Postea in gratiam generi Hasdrubalis Cartha-
giniensibus dono dederat. Cartaginienses eo anno expulerat Mas-
sinissa. Haud minore certamine animorum, quam cum ferro et acie dimicaverunt,
res acte apud Romanos. Carthaginienses quod more maiorum suorum fu-
isset, deinde a Syphace ad se pervenisset, repetebant. Masinissa pater-
ni regni agrum se et recepisse, et habere iure gentium aiebat, et causa et
possessione potiorem esse. Nihil aliud se in ea disceptatione metuere, quam
ne pudor Romanorum dum verentur, ne quid socio atque amico regi adversus eo-
rum eque atque illius hostes indulsisse videantur, dampno sit. Legati possessio-
nis nichil mutaverunt; causam integram Romam ad senatum reiecerunt. IN
Liguribus nihil postea gestum. Recesserant primum in devios saltus, deinde di-
misso exercitu passim in vicos castellaque sua dilapsi sunt. Consules quoque dimitte-
re exercitum voluerunt, ac de ea re patres consuluerunt. Alterum ex his dimisso ex-
ercitu ad magistratus in annum creandos venire Romam iusserunt; alterum cum
legionibus suis Pisis hiemare. Fama erat Gallos transalpinos iuven-
tutem armare, nec in quam regionem Ytalie effusura se multitudo esset
scribebatur. Ita tamen inter se consules comparaverunt, ut C. Bebius ad co-
micia iret, quia M. Bebius frater eius consulatum petebat. COM-
ICIA consulibus rogandis fuere. Creati P. Cornelius Lentulus Ce-

bebius Tamphilus/ pretores inde facti duo Q. fabii fabij maximus et buteo. T.
claudius Nero. Q. petillius spurinus. pison. L. duronius. his inito magistratu
provincie ita sorte evenerunt/ ligures consulibus/ pretoribus Q. petilio urbana/ Q. ma
ximo fabio peregrina. Q. fabio buteoni gallia. T. claudio neroni. Sicilia
M. pinario Sardinia. L. duronio apulia et histri adiecti quod Tarentini brun
dusini que nuntiabant/ maritimos agros infestos transmarinarum navium
latrociniis esse/ eadem massilienses de ligurum navibus querebantur/ exercitus
inde decreti/ quatuor legiones consulibus/ que quina milia ducenos romanos
pedites trecenos haberent equites/ et hispaniis prorogatum veteribus pre
toribus imperium est/ cum exercitibus quos haberent et in supplementum decreta tria
milia civium romanorum et equites/ et sociorum latini nominis sex milia peditum
cc equites/ nec rei navalis cura omissa/ duumviros in eam rem consules crea
re iussi per quos naves xx deducte navalibus sociis civium romanorum qui servissent
servitute complerent/ ingenui tantum ut his preessent/ inter duumviros ita divisa
tuenda de mari navibus maritima ora est ut promontorium minerve velut
cardo in medio esset/ alter in dextra parte usque ad massiliam/ leva alter usque
in barium tueretur/ PRODIGIA multa foeda et rome eo anno visa
et nuntiata/ per triduum in area vulcani et concordie sanguine pluit et pon
tifices hastas motas nuntiavere/ et lanuvini simulachrum iunonis sospi
te lacrimasse/ pestilentia in agris foris que et in conciliabulis in urbe que
tanta erat ut libitina vix sufficeret. his prodigiis cladibusque anxii pa
tres decreverunt ut et consules quibus diis videretur hostiis maioribus sac
rificarent/ decemviri libros adirent/ eorum decreto supplicatio circa omnia pulvi
naria rome in diem unum indicta est/ hisdem auctoribus et senatus censuit
et consules edixerunt ut per totam italiam triduum supplicatio et ferie essent/
pestilentie tanta vis erat ut cum propter defectionem corsorum/ bellumque ab Iliensibus
concitatum in Sardinia/ octo milia peditum ex sociis latini nominis re
placuisset et trecenti equites quos M. pinarius pretor secum in sardinia
traiceret/ tantum hominum demortuum esse tantum ubique egrorum consules re
nuntiaverunt ut is numerus effici militum non potuerit/ quod deerat militum
sumere a C. bebio proconsule qui pisis hibernabat iussus pretor/ atque
inde in sardiniam traicere. L. duronio pretori cui provincia apulie venerat
obiecta de bacchanalibus questio est. cuius residua quedam velut semina
ex prioribus in aliis iam priore anno apparuerat/ sed magis inchoate
apud L. pupium pretorem questiones erant quam ad exitum ulle perducte. id
persecare novum pretorem ne serperet iterum latius patres iusserunt et lege
de ambitu LEGATOS consules introduxerunt ex auctoritate senatus
regum/ primos eumenis et ariarathis Capadocis et pharnacis pontici/
nec ultra quicquam iis responsum est quam missuros qui de controversiis eorum

nō

cognoscerent statuerentque / lacedemoniorum deinde exulum et acheorum legati
introducti sunt / et spes data exulibus est scripturum senatum acheis / ut restituere-
tur exules eorum ac recepta rerum / achei de messana recepta compositisque ibi rebus
cum assensu patrum exposuerunt / et a philippo rege macedonum duo legati peruenerunt [venerunt]
philocles et appelles / nullius rei que petendi esset a senatu magis speculatum in-
quisitumque missi / de hiis quorum perseus demetrium insimulasset sermonum cum romanis
maxime cum T. Quintio aduersus fratrem de regno habitorum / hos tamquam medios nec
in alterius fauorem inclinatos miserat rex. Erant autem et hii persei fraudis
in fratrem ministri et participes

DEMETRIUS omnium preterquam fratris
scelere quod nuper eruperat ignarus / primo neque magnam neque ullam spem habebat
patrem sibi placari posse. minus deinde in dies patris animo fidebat / cum obsideri au-
res a fratre cerneret / itaque circumspiciens dicta factaque sua ne cuius suspiciones
augeret / maxime ab omni mentione et cognitione romanorum abstinebat ut ne
quidem sibi scribi vellet / quia hoc precipue criminum genere exasperari animum senciebat

PHILIPPUS simul ne ocio miles deterior fieret / simul auertende
suspicionis causa ~~causa~~ quicquam a se agitari de romano bello exercitu [post] per in exercitu
in media in macedoniam ducere pergit. cupido eum ceperat in uerticem emi
montis ascendendi / quia uulgari opinioni crediderat ponticum simul et adriaticum ma-
re et histrum amnem / et alpibus conspici posse / subiecta oculis ea haud paruum si-
bi momenti futura / ad cogitacionem romani belli. percunctatus regionis peritos
de ascensu Emi / cum satis inter omnes constaret exercitui ~~minare~~ [mari] esse / paucis et
expeditis per difficillimum aditum / ut sermone familiari minorem filium permul-
ceret quem statuerat non ducere secum / primum querit ab eo cum tanta difficultas
itineris proponatur / utrum perseuerandum sit incepto an abstinendum / si per-
gat tamen ire / non posse obliuisci se in talibus rebus / antigoni tamen qui a seua
tempestate iactatus / in eadem naue secum / cum suos omnes habuisset / precepisse liberis
dicitur / ut et ipsi meminissent / et ita posteris proderent ne quis cum tota gente / simul
in rebus dubiis periclitari auderet / memorem ergo precepti eius / duos fi-
lios simul non commissurum in aleam eius / qui proponeretur casus / et quoniam maiorem secum
filium duceret / minorem ad subsidia spei et custodiam regni remissurum se / in ma-
cedoniam esse / Non fallebat demetrium ablegari se ne adesset consilio / cum in
conspectu locorum consultarent / que proxime itinera ad mare adriaticum atque ita-
liam ducerent / queque racio belli esset futura / sed non solum parendum patri tum [/ sed et assentiendum erat ne inuitum parere suspicionem faceret / ut tamen iter tutum in ma]
in macedoniam esset / dydas ex pretoribus regiis unus [qui] peoponie preerat
iussus est prosequi cum cum modico presidio / hunc quoque perseus sicut plerosque pa-
tris amicorum / ex quo haud cuiquam dubium esse ceperat / ad quem regum animo ita
inclinato hereditas regni pertineret / inter coniuratos in fratrem
habuit in presencia dat ei mandata / ut per omne obsequium insinuaret se in quam
maxime familiarem usum / ut elicere omnia archana speculari que abditos sensus

eius posset. Ita digreditur demetrius cum presidio. Quod si solus iret presidiis. Philippus medicam primum deinde solitudines interiacentes medice atque hemo transgressus septimis demum castris ad radices montis peruenit. Ibi unum moratus diem ad eligendos quos duceret secum, tertio die iter est ingressus. Modicus primo labor in imis collibus fuit quantum in altitudinem ingrediebantur magis magisque silvestria et pleraque loca invia excipiebant. Peruenere deinde in tam opacum iter ut pre densitate arborum immissorumque aliorum in alios ramorum perspici celum vix posset. Ut vero magis appropinquabant quod rarum in altis locis esset adeo esse omnia contecta nebula ut haud secus quam nocturno itinere impedirentur. Tertio demum die ad verticem peruentum. Nihil vulgate opinioni degressi inde detraxerunt, magis credo ne vanitas itineris ludibrio esset quam quod diuisa inter se maria montesque et amnes ex uno loco conspici potuerint. Vexati omnes et ante alios rex ipse quo grauior etate erat difficultate vie est. Duabus aris ibi Iovi et Soli sacratis cum immolasset quadriduo ascenderet biduo degressus frigora nocturna maxime metuens que canicule similia ortu brumalibus erant. Multis per eos dies difficultatibus conflictatus nihilo letiora in castris inuenit ubi summa penuria erat ut in regione quam in omni parte solitudines clauderent. Itaque unum tantum moratus diem quietis eorum causa quos habuerat secum, itinere inde simili fuge in dentheletos transcurrit. Socii erant sed propter inopiam haud secus quam hostium fines macedones populati sunt. Rapiendo enim villas passim primum deinde quosdam etiam vicos euastarunt non sine magno pudore regis cum sociorum voces nequicquam deos sociales nomenque suum implorantes audiret. Frumento inde sublato in medicam regressus urbem quam petram appellant oppugnare est adortus. Ipse a campestri aditu castra posuit. Perseum filium cum modica manu circummisit ut a superioribus locis urbem aggrederetur. Oppidani cum terror undique instaret obsidibus datis dediderunt se in presentia; idem postquam exercitus recessit obliti obsidum relicta urbe in loca munita et montes refugerunt. Philippus omni genere laboris sine ullo effectu fatigatis militibus et fraude Persei[Vide] auctis in filium suspicionibus in macedoniam rediit. Missus hic comes ut ante dictum est cum simplicitatem iuuenis incauti et haud immerito succensentis assentando indignandoque et ipse vicem eius captaret in omnia sua ultro offerens operam fide data arcana eius elicuit. Fugam ad romanos demetrius meditabatur. Cui consilio adiutor deum beneficio oblatus videbatur peonie prefectus per cuius prouinciam spem ceperat elabi tuto posse. Hoc consilium extemplo et fratri proditur et auctore eo indicatur patri. Littere primum ad obsidentem petram allate sunt. Inde herodotus princeps hic amicorum demetrii erat in custodiam est coniectus et demetrium dissimulanter asseruari iussus. LXI

Hec super cetera tristem aduentum in macedoniam regis fecerunt. Mouebant eum et presentia crimina; expectandos tamen quos ad exploranda omnia romam

miserat consectabatur. Hic anxius curis quom aliquot menses egisset, tandem le-
gati iam ante premeditati in macedoniam que ab romanis renunciaret venerunt, qui
super cetera scelera falsas etiam litteras signo adulterino T. quintii signatas reddide-
runt regi. Deprecatio erat in litteris si quid adolescens cupiditate regni prolapsus
secum egisset, nihil eum adversus suorum quemquam facturum, neque eum se esse qui ullius impii
consilii auctor futurus videri possit. Hec littere fidem persei criminibus fecerunt. Itaque he-
rodotus ex templo diu excruciatus sine iudicio rei ullius in tormentis moritur. Deme-
trium iterum ad patrem accusavit, fugam per peoniam preparatam arguebat et corrup-
tos quidem ut comites itineris essent, maxime littere false T. quintii urge-
bant. Nihil tamen palam gravius pronunciatum de eo est, ut dolo potius interficeretur, ne-
quid cura ipsius sed ne pena eius consilia adversus romanos nudaret. Ab
thessalonice demetriadem ipsi cum iter esset, mittit cum eodem comite didam perse-
um ad philippopolim ad obsides thracum accipiendos. Degredienti ad se dide man-
data dedisse dicitur de filio occidendo. Sacrificium ab dida institutum seu simula-
tum est, ad quod celebrandum invitatus demetrius ab astreo heracleam venit. In ea
cena dicitur venenum datum. Poculo epoto ex templo sensit, et mox cohortis
doloribus relicto convivio, cum in cubiculum recepisset sese, crudelitatem patris
conquerens, parricidium fratris ac dide scelus incusans torquebatur. Intro-
missi deinde thersis quidam stuberrea et beroea alexander, iniectis tape-
tibus in caput faucesque, spiritum interclusserunt. Ita innoxius adolescens cum
in eo ne simplici quidem genere mortis contenti inimici fuissent interficitur.

DUM hec in macedonia geruntur, L. emilius prorogato ex consulatu
imperio, principio veris in ligures ingaunos introduxit. Ubi primum in hostium
finibus castra posuit, legati ad eum per speciem pacis petende speculatum vene-
runt. Neganti paulo nisi cum deditis pacisci se pacem, non tam id recusa-
bant quam tempore opus esse aiebant ut generi agresti hominum persuaderetur. Ad hec de-
cem dierum indutie cum darentur, petierunt deinde ut trans montes proximos castris
pabulatum lignatumque milites ne irent, culta ea loca suorum finium esse. Id

UBI impetravere, post eos ipsos montes unde averterant hostem, exercitu
omni coacto repente multitudine ingenti castra romanorum oppugnare simul
omnibus portis aggressi sunt. Summa vi totum diem oppugnaverunt ita ut nec
quidem efferendi signa romanis spacium, nec ad explicandam aciem locus esset.
Conferti in portis obstando magis quam pugnando castra tutabantur. Sub occa-
sum solis cum recessissent hostes, duos equites ad Cn. bebium proconsulem cum
litteris pisas mittit, ut obsesso per indutias sibi quam primum veniret subsi-
dio. Bebius exercitum M. piriano pretori in sardiniam tradiderat. Ceterum
et senatum litteris certiorem fecit obsideri a liguribus L. emilium, et M.
claudio marcello cuius proxima inde provincia erat scripsit, ut si videretur
ei exercitum e gallia traduceret in liguriam. Ad castra postero die redeunt. Emilio

cum et venturos sciret et educere in aciem potuisset intervallum spatii tenuit et
extraheret rem in id tempus quo bebius cum exercitu venire posset a pisis. Rome
magnam trepidationem littere bebii fecerunt, eo maiorem quod post paucos dies marcellus
tradito exercitu fabio romam cum venisset spem ademit eum qui in gallia esset exerci-
tum in ligures posse traduci quia bellum cum histris esset prohibentibus coloniam
aquilegiam deduci, eo profectum fabium neque inde regredi bello incohato
posse. Una et ea ipsa tardior quam tempora postulabant subsidii spes erat si consu-
les maturassent in provinciam ire. id ut facerent pro se quisque patrum vocifera-
ri. consules nisi confecto delectu negare ituros se, nec suam segnitiem
sed vim morbi in causa esse quo serius perficeretur. Non tamen potuerunt sustinere
consensum senatus quin paludati exirent et militibus quos conscriptos
haberent diem dicerent quo pisas convenirent. permissum qua irent protinus
subitarios milites scriberent ducerentque secum. et praetoribus Q. petilio et
Q. fabio imperatum est ut petilius duas legiones civium romanorum tumul-
tuarias scriberet et omnes minores quinquaginta annis sacramento rogaret
fabio et sociis latini nominis xv milia peditum ccc equites imperaret. duum-
viri navales creati C. matienus et C. lucretius navesque hiis ornate sunt
matienusque ad sinum gallicum cui praefectus erat imperatum ut classem primo quoque tempore
duceret in ligurum oram si quo usui esse L. emilio atque eius exercitui posset.

Emilius postquam usquam nihil auxilii ostendebatur interceptos credens
equites non ultra differendum ratus quin per se fortunam temptaret priusquam hostes
venirent qui segnius socordiusque oppugnabant ad quattuor portas exercitum in-
struxit ut signo dato simul ex omnibus partibus eruptionem facerent. quattuor
extraordinariis cohortibus adiunxit duas praeposito M. valerio legato erumpere
extraordinaria porta iussit. ad dextram principalem hastatos legionis prime
instruxit, principes ex eadem legione in subsidiis posuit. M. servilio et
L. sulpicio tribuni militum his praepositi. tertia legio adversus sinistram principalem
partem instructa est; id tantum mutatum: principes primi et hastati in subsidiis
locati. Sextus iulius cesar et L. valerius cotta tribuni militum huic legioni
praepositi sunt. Q. fulvius flaccus legatus cum dextra ala ad questoriam portam
positus; due cohortes et triarii duarum legionum in praesidio castrorum manere
iussi. omnes portas contionabundus ipse imperator circuiit et quibus-
cumque irritamentis poterat iras militum acuebat. Nunc fraudem hostium
incusans qui pace petita indutiis datis per ipsum indutiarum tempus contra ius
gentium ad castra oppugnanda venissent. Nunc quantus pudor esset edocens ab
liguribus latronibus verius quam hostibus iustis romanum exercitum obsi-
deri. quo ore quisquam vestrum si hinc alieno praesidio non vestra virtute e-
vaseritis occurret? non dico eis militibus qui hanibalem qui philippum
qui anthiocum maximos etatis nostre reges ducesque vicerunt sed his

qui hostes ipsi da ligures aliquotiens modo pecorum fugientes per saltus inuios consectati
ceciderunt. Quid hispani quid galli. Quid macedones peni rem non audeant le
gustini hostis uallum romanum subisse obsidet ultro et oppugnat quem scrutantes
ante in deuios saltus abditum et latentem uix inueniebamus. Ad hec consentiens
reddebatur clamor nullam militum culpam esse quibus nemo ad erumpendum
signa dedisset daret signum intellecturum eosdem qui antea fuerint et romanos
et ligures esse. Binacis motis castra ligurum erant. Ex his primis diebus sole
orto pariter omnes compositi et instructi procedebant tum nisi exatiati cibo vino
que arma non capiebant dispersi inordinati exibant ut quibus pro se certum
esset hostes extra uallum signa non elaturos **Aduersus** ita incompositos
eos uenientes clamore pariter omnium qui in castris erant calonumque
et lixarum sublato simul omnibus portis romani eruperunt. Liguribus adeo improui
sa res fuit ut proinde ac si insidiis circumuenti forent trepidarent. Exiguum temporis ali
qua pugne forma fuit. fuga deinde effusa. effugientium passim cedes erat
Equitibus dato signo ut conscenderent equos nec effugere quemquam sinerent
in castra omnes trepida fuga compulsi sunt deinde ipsis exuti castris supra
xv milia ligurum eo die occisa capta duo milia et quingenti. triduo post ligu
rum ingaunorum nomine omne obsidibus datis in dicionem uenit. guberna
tores nauteque conquisiti qui predatores fuissent nauibus atque omnes in cu
stodia coniecti et a C. amacieno duumuiro naues eius generis in ligustina
ora triginta due naues capte sunt. **Hec** qui nunciaret litteras quique ad
senatum ferrent L. aurelius cotta C. sulpicius gallus romam missi sunt
qui peterent ut L. emilio confecta prouincia decedere et deducere secum mili
tes liceret atque dimittere. Utrumque permissum a senatu et supplicatio ad omnia puluj
naria per triduum decreta iussi pretores petilius dimittere urbanas legiones
fabius sociis atque nomini latino remittere delectum et uti pretor urbanus consulibus
rescriberet senatum equum censere subitarios milites tumultus causa
conscriptos primo quoque tempore dimitti. Colonia grauiscos eo anno deducta est in agrum
hetruscum de tarquiniensibus quondam captum quina agri iugera data trium
uiri deduxerunt C. calpurnius piso P. claudius pulcher C. terentius histra.
Siccitate et inopia frugum insignis annus fuit sex menses numquam pluisse
memoria proditum. Eodem anno agro L. petilii scribe sub ianiculo quo cultores
altius moliuntur terram due lapidee arche octonos ferme pedes longe qua
ternos late inuente sunt operculis plumbo deuinctis litteris latinis grecisque utraque
area scripta erant in altera Numam pompilium regem romanorum sepultum esse
in altera libros Nume pompilii esse. eas archas cum ex amicorum sententia domi
aperuisset que titulum sepulti regis habuerat inanis inuenta sine uestigio
ullo corporis humani aut ullius rei per tabem tot annorum omnibus absumptis
in altera duo fasces candelis inuoluti septenos habuere libros non integros modo

s recentissima specie / vii latini de iure pontificio erant vii greci de disciplina sapientie que illius etatis esse potuit / Adicit Antias valerius pithagoricos fuisse / vulgate opinioni qua creditur pithagore auditorem fuisse Numam / mendacio probabili accommodat fidem / primo ab amicis qui in re presenti fuerunt libri lecti / mox pluribus legentibus cum vulgarentur / Q. petilius pretor urbanus studiosus legendi / eos libros a L. petilio sumpsit et erat familiaris usus quem scriba questor Q. petilius in decuriam legeret / lectis rerum summis quom animum advertisset pleraque ad dissolvendam religionem esse / L. petilio dixit sese libros eos in ignem coniecturum esse / prius quam id faceret se ei permittere ut si quod seu ius seu auxilium se habere ad eos libros repetendos existimaret / experiretur integra sua gratia eum facturum / scriba tribunos plebis adit / ab tribunis ad senatum res est reiecta / pretor se iusiurandum dare paratum esse aiebat / libros eos legi servarique non oportere / senatus censuit satis habendum quod pretor iusiurandum polliceretur / libros primo quoque tempore in comitio cremandos esse / pretium pro libris quantum Q. petilio pretori et maiori parti tribunorum plebis videretur domino esse solvendum / id scriba non accepit / libri in comitio igne a victimariis facto in conspectu populi cremati sunt /

Magnum bellum eo estate coortum in hyspania citeriore / ad v. et triginta milia hominum quantum numquam ferme antea celtiberi comparaverant / Q. fulvius flaccus eam obtinebat provinciam / is quia armare iuventutem celtiberos audierat / et ipse quantum poterat a sociis auxilia contraxerat / sed nequaquam numero militum hostem equabat / Principio veris exercitum in carpetaniam duxit et castra locavit ad oppidum Eburam / modico presidio in urbe posito / paucis post diebus celtiberi duo milia ferme inde sub colle posuerunt castra / quos ubi adesse pretor romanus sensit / M. fulvium fratrem cum duabus turmis sociorum equitum ad castra hostium speculatum mittit / ut viseret quanta essent / pugna abstineret / reciperetque sese si hostium equitatum exeuntem vidisset / Itaut preceptum erat fecit / per aliquot dies nihil ultra motum quam ut hee due turme ostenderentur / deinde subducerentur / ubi equitatus castris procurrisset / postremo et celtiberi omnibus simul copiis peditum equitumque castris egressi acie directa medio ferme spacio inter bina castra constiterunt / campus erat planus omnis et aptus pugne / ibi stetere hyspani hostes expectantes / romanus intra vallum suos continuit / per quatriduum continuum et illi eodem loco aciem instructam tenuerunt / ab romanis nihil motum / Inde quievere in castris celtiberi / quia pugne copia non fiebat / equites tantum in stationem egrediebantur / ut parati essent si quid ab hoste moveretur / pone castra utrique pabulatum et lignatum ibant neutri alteros impedientes / pretor romanus ubi satis tot dierum quiete credidit spem factam hosti / nihil se priorem moturum / L. attilium cum ala sinistra et sex milibus provincialium auxiliorum circumire montes iubet quod ab tergo hostibus

L. petilio dixit sese libros eos in ignem coniecturum esse prius

N

erant/ inde ubi clamorem audissent decurrere ad castra contra noctem profecti sunt/ ne pos
sent conspici/ flaccus luce prima / C. Scribonium prefectum sociorum ad uallum hostium
cum equitibus extraordinariis/ sinistre ale mittit quos ubi et propius accedere
et pluresque soliti erant/ celtiberi conspexerunt omnis equitatus effunditur castris
suis et peditibus signum ad exeundum datur/ scribonius uti preceptum erat ubi
primum fremitum equestrem audiuit auertit equos et castra repetit eo ef
fusius sequi hostes primo equites mox et peditum acies aderat haud du
bia spe castra eo die oppugnaturos. d. passus non plus a uallo aberant

Itaque flaccus ubi satis abstractos eos a presidio castrorum suorum ratus est
intra uallum exitu instructo tribus partibus simul erupit/ clamore non tam
ad ardorem excitandum pugne sublato/ sed etiam ut qui in montibus erant exau
direnet nec morati sunt quin decurrerent sicut imperatum erat ad castra ubi
quinque milium armatorum non amplius relictum erat presidium. Quos cum et pau
citas sua et multitudo hostium et improuisa res terruisset/ prope sine certamine
capiuntur castra/ castrisque qua pars maxime pugnantibus conspici poterat/ iniecit
acilius ignem/ postremi celtiberorum qui in acie erant primum flammam conspexe
re/ deinde per totam aciem uulgatum est castra amissa esse/ et tum quom ma
xime arderent/ unde illis terror/ inde romanis animus creuit iam clamor
suorum uincentium accendebat/ iam ardentia hostium castra apparebant

Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt ceterum postquam re
ceptus pulsis nemo erat/ nec usquam nisi in se incerta est spes/ pertinacius
de integro capessunt pugnam/ acie media urgebantur acriter a quinta le
gione/ aduersus leuum cornu quo sui generis prouincialia auxilia in
struxisse romanos cernebant/ cum maiore fiducia intulerunt signa. iam
prope erat ut sinistrum cornu pelleretur romanis nisi septima legione successisset
simul ab oppido ebura qui in presidio relicti erant in medio ardore pugne
aduenerunt et acilius ab tergo/ erat diu in medio cesi celtiberi qui super
erant in omnes partes capessunt fugam. equites bipartito in eos emissi
magnam cedem edidere et tria et xx ti milia hostium eo die cesa capta qua
tuor milia et dcc cum equis plus quingentis et signa militaria lxxxviii/ ma
gna uictoria non tamen incruenta erat/ romani de duabus legionibus mi
litibus paulo plus et ducenti sociorum latini nominis dccc. xxx. externorum auxiliarium per
duo milia ferme et ccc ceciderunt/ Pretor in castra uictorem exer
citum reducit/ acilius manere in castris a se captis iussus/ postero die spolia
de hostibus lecta et pro contione donati/ quorum uirtus insignis fuerat
et saucii deinde in oppidum eburam deuectis per carpetaniam ad contrebiam
ducte legiones/ ea urbe circumsessa cum a celtiberis auxilia accersisset
/ moratibus hiis non quia ipsi cunctati sunt/ sed quia profecti domo in
explicabiles continuis ymbribus uie et inflati amnes tenebant

Septingenti

desperato auxilio suorum in deditionem venit. Flaccus quoque tempestatibus foedis
coactus exercitum omnem in urbem introduxit. Celtiberi qui domo profecti erant
deditionis ignari, cum tandem superatis ubi primum remiserunt ymbribus
cum trebiam venissent, postquam castra nulla extra moenia viderunt, aut in alte
ram partem translata rati aut recessisse hostes, per negligentiam effusi ad oppidum
accesserunt. In eos duabus portis romani eruptionem fecerunt et incompositos
adorti fuderunt. Que res ad resistendum eos et capessendam pugnam impedivit quod
non uno agmine nec ad signa frequentes veniebant, eadem magne parti
ad fugam saluti fuit. Sparsi enim toto passim campo se diffuderunt nec usquam
confertos eos hostis circumvenit. Tamen ad duodecim milia sunt cesa, capta plus
quinque milia hostium, equi quadringenti, signa militaria .lxii. Qui pa
latim qui fuga domum se recipiebant alterum agmen celtiberorum venientium
in deditionem contrebie et suam cladem narrando averterunt. Extemplo in vicos
castellaque sua dilapsi. Flaccus a contrebia profectus per celtiberiam populabundus ducit legiones, multa castella oppugnando, donec maxima pars celti
berorum in deditionem venit. Hec in citeriore hyspania eo anno gesta
et in ulteriore Manlius pretor secunda aliquot prelia cum lusitanis
fecit. Aquilegia colonia latina eodem anno in agro gallorum
est deducta. Tria milia peditum quinquagena iugera, centurionibus cente
na, quadragena iugera equites acceperunt. Triumviri deduxerunt P. Corne
lius Scipio Nassica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Edes due eo an
no dedicate sunt, una veneris ericine ad portam collinam. Dedicavit L.
Porcius L. filius Licinius duumvir. Vota erat a consule L. Porcio li
gustino bello. Altera in foro olitorio pietatis. Eam edem dedicavit M. Aci
lius Glabrio duumvir, statuamque auratam, que prima omnium in ytalia
est statua aurata, patris Glabrionis posuit. Is erat qui ipse eam edem vo
verat quo die cum rege anthiocho ad thermopilas depugnavisset, lo
caveratque idem ex senatusconsulto. Per eosdem dies quibus edes hee edifi
cate sunt L. Emilius Paulus proconsul ex liguribus ingaunis triumphavit.
Transtulit coronas aureas quinque et viginti, nec preterea quicquam auri et argen
ti in eo triumpho latum. Captivi multi principes ligurum ante currum ducti.
Eris trecenos militibus divisit. Auxerunt eius triumphi famam legati
ligurum pacem perpetuam orantes, ita in animum ligurum induxisse gentem nulla
unquam arma nisi imperata a populo romano sumere. Responsum a C. Fabio
pretore et liguribus iussu senatus orationem eam non novam liguribus esse,
mentem vero ut novam et orationi convenientem esset ipsorum id plurimum referre.
Ad consules irent et que ab hiis imperata essent facerent. Nulli alii quam consulibus
~~ter~~ senatum crediturum esse sincera fide in pace liguras esse. Pax in ligu
ribus fuit. In corsica pugnatum ~~fuit~~ cum corsis. Ad M. Pinarius pretor in acie occidit
atie

compulsi obsides dederunt et aere .C. mil. pondo. inde in Sardiniam exercitus
ductus et cum Iliensibus gente ne nunc quidem omni parte pacata secun
da pugna facta. Chartaginiensibus eodem anno .C. obsides redditi pacemque
cum his populus romanus non ab se tantum sed ab rege etiam Massinissa praestitit qui
cum praesidio armato agrum qui in controversia erat obtinebat. otiosam provin
ciam consules habuerunt. Marcus Bebius comitiorum causa Romam
revocatus consules creavit A. Postumium Albinum Lustum et C. Calfurnium
Pisonem. praetores exinde facti T. Sempronius Gracchus. L. Postumius Albinus. P.
Cornelius Mamerchus. T. Minucius Molliculus. A. Hostilius Mancinus.
C. Menenius. hii omnes magistratus idibus marciis inierunt. Principio
eius anni quo A. Postumius Albinus et C. Calfurnius Piso consules fuerunt
ab A. Postumio consule in senatum introducti qui ex Hispania citeriore
venerunt a Q. Flacco. L. Minucius legatus et duo tribuni militum. T. Me
nius et L. Terentius Massaliota. hii cum duo secunda prelia deditionem Cel
tiberie confectam provinciam nunciassent, nec stipendio quod soleret mitti nec
frumento portato ad exercitum in eum annum opus esse, petierunt ab senatu pri
mum ut ob res prospere gestas diis immortalibus honos haberetur
deinde ut L. Fulvio decedenti de provincia deportare inde exercitum cuius
forti opera et ipse et multi ante eum praetores usi essent liceret. quod fieri
praeterquam quod ita deberet et prope necessarium esset, ita enim obstinatos esse
milites et non ultra retineri posse in provincia viderentur, iniussu quoque
abituri inde essent si non dimitterentur, aut in permitia seditionem si quis
retineret, in perniciosam seditionem exarsuros. consulibus ambobus provinciam Ligu
res esse senatus iussit. praetores inde sortiti sunt. A. Hostilio urbana, Ticio
Minucio peregrina obvenit. P. Cornelio Sicilia. C. Menenio Sardinia. His
panias sorti sunt L. Postumius citeriorem T. Sempronius ulteriorem. Is
quia successurus Q. Fulvio erat, ne vetere exercitu provincia spoliaretur,
quero inquit de te L. Minuci cum confectam provinciam nunties, exi
stimesne Celtiberos perpetuo in fide mansuros, ita ut sine exercitu ea pro
vincia obtineri possit. si neque de fide barbarorum quicquam recipere aut affirma
re nobis potes, et habendum illic utique exercitum censes, utrum tandem auc
tor senatui sis supplementum in Hispaniam mittendi, ut hii modo quibus
emerita stipendia sint milites dimittantur, veteribus militibus ty
rones immisceantur, an deductis de provincia veteribus legionibus novas
conscribendi et mittendum, cum contemptus tyrocinium etiam mitiores
barbaros excitare ad rebellandum possit. dictu quam re facilius sit provinciam inge
nio ferocem rebellatricemque confecisse. pauce civitates ut quidem ego au
dio quas vicina maxime hyberna premebant in ius dicionemque vene
runt, ulteriores in armis sunt. que cum ita sint, ego iam hinc predico p.

c. me exercitu eo quem nunc est rem publicam administraturus si deducat. Secum Flaccus
legiones locum pacata me ad hybernacula electurum, ne novum militem
ferocissimo hosti obiecturus. Legatus ad ea ad que interrogatus erat
respondit, neque se neque quemquam alium divinare posse. Quid in animo Celtiberi ha
berent aut porro habituri essent, itaque negare non posse quin rectius sit
etiam ad pacatos barbaros nondum satis assuetos imperio exercitum mitti
Novo autem quam ut vetere exercitu possit, cuius esse dicere qui possit, qua fide Celti
beri in pace mansuri non sint, simul et qui illis exploratum habeat
quieturos milites si diutius in provincia retineantur, si ex eo quod inter se lo
quantur aut clamoribus apud contionantem imperatorem significent quid sen
tiant coniectandum sit, palam vociferatos esse aut imperatorem in provincia reten
turos aut cum eo in ytaliam venturos esse. Disceptationem inter praetores in
provincia legatumque consulum relatio interrupit, qua suas ornari provincias pri
usquam de praetorum exercitu ageretur equum censebant. Novus omnis exercitus consulibus
est decretus, bine legiones Romane cum suo equitatu et sociorum Latini nominis
quantus semper numerus, XV milia peditum VIII equites, cum hoc exercitu T. Sem
pronius Apuanis Liguribus ut inferret bellum mandatum est. P. Cornelio
et M. Bebio prorogatum imperium iussique provincias obtinere donec consules
venissent. Bini imperatum ut dimisso quem haberent exercitu reverterentur
Romam. Inde de T. Sempronii exercitu actum est. Novam legionem ei quinque
milium et CC peditum cum equitibus quadringentis consules scribere iussi
et praeterea peditum Romanorum quinquaginta equites et sociis nominis Latini impe
rare septem milia peditum CCC equites. Cum hoc exercitu T. Sempronium in
hyspaniam placuit citeriorem. Q. Fulvio permissum ut qui milites ante
Sp. Postumium consulem Q. Marcium cives Romani sociique in Hispania
transportati essent, et praeterea supplemento adducto quo amplius duabus le
gionibus quam X milia et quadringenti pedites sexcenti equites essent
et sociorum Latini nominis duodecim milia DC equites, quorum forti opera
duobus adversus Celtiberos proeliis usus Q. Fulvius esset, quos sibi vide
tur secum deportaret. Et supplicationes decrete quod is prospere rem pu
gessisset, et alii praetores in provincias missi. Q. Fabio Buteoni prorogatum in
Gallia imperium est. Octo legiones exercitum veterem quam in Liguribus in spe
propinqua missionis erat eo anno esse placuit. Et is ipse exercitus egre exple
batur propter pestilentiam que iam tercium annum urbem Romanam atque ytaliam vastabat. Praetor
M. Minucius et haud ita post eos L. Calpurnius moritur. Multique alii ordinum
omnium illustres viri. Postremo prodigii loco ea clades haberi cepta est. C. Servi
pontifex maximus piacula ire deum conquirere iussus, decemviri libros inspicere, consules
Apollini Aesculapio Saluti dona vovere et dare signa inaurata; que vovit dedit
que. Decemviri supplicationem in biduum valitudinis causa et per omnia fora conciliabulaque edi
xerunt

Finis

I

fol. 130

III